ſigna ita diſpoſita:ut cum ſex cœlo peruagentur:ſex ſub terra occultari neceſſe ſit.ſic lapſa: & orta recte dictum. Satis eſt mihi Quintiliani autoritas p̄cipientis:ut prius ortum: q̄ occaſum dicamus.illud quoq; aīaduertēdum erit ſignoꝝ ortū & occaſum duplici modo fieri:& heliace:& coſmice:heliace:qn̄ ſol longe abeſt,a ſigno: ut uix illud uidere poſſit:& tūc ſignū apparere incipiet.Sed quādo per ſplendorē oriētis ſolis uideri deſinit:tūc ſignum occidere dicemus.Coſmicus aūt ortus:qui fit ipſa mundi:& diei rōne:hoc eſt ſemel per diem cum de inferiore hemiſperio ad ſuperius ſigna aſcendunt.Occaſus uero cum a,ſuperiore deſcendunt ad inferius.

Officioq; leuem non auerſatus honorem
Huic tibi deuoto numine dexter ades.
Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis.
Et quo ſit merito quæq; notata dies.

OFFIcioq; leuem non auerſatus honorē Huic tibi deuoto.Auerſor hanc rem dicimus quēadmoduȝ & aſpernor:ut Veteres philippi milites rudis uario uoluptates palā auerſabant.Illud ſumit ſignificationē a geſtu quia ſolemus a rebus quæ diſplicent uultū auertere hoc ab aſpero deductuȝ eſt:& ſignificat,teſte Donato auerti nō ſolū corpore ſed etiā animo. Cauēdū aūt ne in hac ſignificatione auerſor p d ſcribamus Nam aduerſor & aliud ſignificat & datiuo iungitur. Deuotum aūt officium Germanico figurate dicit ut illud:Dirige nauis iter.Sumptū eſt enim ab his qui ſe diis īmortalibus deuouebant. SACRA recognoſces: Propoſitio ſummæ totius operis reddidit docilem auditorem nunc captatur attentio cum ea ſe dicturum pollicetur:quæ ad deoꝝ religionem pertinent:cæterū e ſacris alia publica ſunt:& alia priuata.Publica quæ pro populo fiunt.Priuata quæ pro ſingulis familiis:quoꝝ ea peregrina dicebantur autore Feſto quæ Romā ab aliis urbibus religionis gratia aduecta fuerant.Conſtat ſane Cadmum Agenoris filium ut Euſebius refert myſteria & ſolennitates deoꝝ primum oīum græcis tradidiſſe:& deinde Orpheum:Linum ac Muſeum qui nihil aliud q̄ ægyptiorum ac phœnicum cōmenta græciæ relinquerunt.Vnde ad noſtros multa fluxere. ANNALIBVS eruta priſcis.Hi ſunt faſti qui per annos ſingulos(ut diximus)ſcribebantur & ſignatis temporibus tantum illuſtria continebant:quiq; Ouidio & tempora: & dierum feſtorum ordinem ſuppeditarunt ſicuti & multo ante Gn.Flauio appii cæci ſcribæ.Neq; enim faſtos tātum uocamus uolumina poetarum qui ſacra cecinerunt ſed annales libros:qui noīa conſulum:qui tempoꝝ notas:qui uirtutum indicia ſuggerebant:,nec plenas amplectabantur hiſtorias ſed breuē quādā traditionē reruȝ illuſtrium.Itaq; a ꝓbatiſſimis autoribus merito annales uocant.Nouimus enim eſſe annales ut A.Gel.refert cum res geſtæ pluriū annoꝝ obſeruato cuiuſq; anni ordīe cōponunt:qui(ut placuit Sempronio Aſellioni)multū differūt ab hiſtoria.Hac enim q̄bus cōſiliis: qua rōne res geſtæ fuerint demōſtrat:illi aūt tantūmodo qd factū quoq; anno geſtū ſit aliq̄d ondunt & neq; alacriorē quēq̄ ad remp.defendendā:neq; ſegniorē reddere poſſunt ad res ꝑperā faciēdas:Sciēdū tn̄ placere Ciceroni in primo ad Herenniū hiſtoriā eſſe rem geſtā ſed ab ætatis noſtræ memoria remotā cum alii cōtra ſenſerint earuȝ uidelicet rerum ꝓprie hiſtoriā eſſe quibus interfuerit is qui narret.Vnde Verrius Flaccus in libro de ſignificatu uerborum quarto uideri poſſe inquit non nihil rationis eſſe in ea opinione qđ hiſtoria græce ſignificet rerum cognitionem præſentium:a qua nonnulli annales differre uoluerunt:quod eorum proprie temporū ſint: quæ ætas noſtra non nouit:licet uſus iſta confundat ut Seruius ſcribit.

ANTO. FAN. Auerſari. Sacra publica. Sacra priuata. Quis ſacra tradit græcis. Faſti. Annales Hiſtoriæ Hiſtoriæ diffinitio.

EXcipe:cæſaris germanici fauorē implorat:ut & ingenio faueat & opus hoc tranquilla mēte ſuſcipiat. Stabatq; uerſus:ſi ſuſcipe aut accipe dixiſſet:ſed ut cōmoueret affectū.Excipe dixit:nā excipimus cadentes: aut in calamitatē collapſos.Vir.in.iii.ænei.Heu quis te caſus deiectā coniuge tāto Excipit:aut quæ digna ſatis fortuna reuiſit.Idem quod nunc Oui.in libris de ponto fecit:peregrinos brute libellos Excipe:dūq; aliquo quolibet abde loco:& hoc cum eſſet in ipſa exilii calamitate:& inde librum emitteret. Excipe igitur accipe aut ſuſcipe. O CÆſar germanice:de germanico Druſ.filio intelligas:non de Tyberio: qui nunq̄ germanicus dictus eſt. Cæſar cognomen eſt Iuliorum:& poſt diuum Iulium imperatores cæſares quoq; cognominati ſunt & cæſar a cædo deducitur:hoc eſt a cæſo matris utero.Nā qui primus ſic dictus eſt.Ply.teſte lib.7 ex utero matris cæſo tractus fuit. HOC opus:hos faſtoꝝ libros. PACATO uultu:pacato & tranquillo animo.Nam uultus ut Marcel.oſtēdit eſt uolūtas:quæ pro motu animi in facie oſtēdit.inde eſt illud Ariſtotelicum per hæc ſigna exteriora cognoſcimus interiora.hoc ideo uult dicere poeta cum cæteri mihi ſint ſubirati eſto tu pacatior nec ſuccēſeas his libris:quēadmodū prius oēs amatoriæ arti ſuccēſuerūt. ET dirige iter timidæ nauis:per trāſlationē a gubernatoribus nauiū ſumptam: hoc eſt dirige curſum ingenii mei. TIMIdæ dixit:cum ſcripta eius non eſſent oībus grata uelut illius qui Auguſtum offenderat:uel timidæ: cum animo uolueret ad quem eruditiſſimum principem ſcriberet:facere non poterat: quin commoueretur:ut paulo quoq; inferius oſtendet.

PAV. MAR.

OFFIcio:nūc a ſeipſo beniuolentiā captat:rem ſuā deprimēs petēſq; fauorē:deuouens id numeris illi. ET nō auerſatus:tu o germanice nō aſpernatus:quaſi qui nō paruificeris. LEVem honorē:quaſi exiguum hoc munus hoꝝ libroꝝ. ADES dexter numine:ꝓpitius tuo nutu & fauore. HVIC officio:officioſo labori meo. TIBI deuoto:qđ in ꝑpetuū tibi deuouet & tradit Trāſlatūq; id inde eſt ab his:qui poſt rē diuinā in perpetuū diis ſe tradebāt:ſeu deuouebāt:offm̄ eſt cōgruis uniuſcuiuſq; actus honos dr̄ q̄ſi honeſtū onus ut Var. placet. SACRA:nunc a rebus ipſis beniuolentiā captat:& auditorē attentiorē reddit: rebuſq; autoritatē facit a uetuſtate. REcognoſces:o germanice:iā quæ aliis forte legiſti libris:releges ſerioſius in meis. SACRA:quæ ad deoꝝ cultū ꝑtinēt celebritates & cerimonias:& ſtatos dies.Sacra enim ſunt ut Martiano iuriſcōſulto placet:que publice cōſecrata ſunt:non priuatim. ERVTA priſcis annalibus:magna cura & diligentia excerpta ab antiquoꝝ poetarum faſtis:& pontificum monumentis:& uetuſtis annalibus. ET RECognoſces quo merito:quo meritorum præmio:ideſt qua celebritate. SIT Notata:ſcripta in priſcis annalibus.

Inuenies illic et feſta domeſtica uobis:
Sæpe tibi pater eſt: ſæpe legendus auus.
Quæqꝫ ferunt illi pictos ſignantia faſtos.
Tu quoqꝫ cum druſo præmia fratre feres.
Cæſaris arma canant alii: nos cæſaris aras:
Et quoſcunqꝫ ſacris addidit ille dies.

ANT. FAN. ¶INVENIES illic & feſta domeſtica uobis. Iterum captatur attentio: quod dicturum ſe pollicetur quæ ad Germanicum & Cæſares pertinent. Sic Virg. in primo Georg. Ferte ſimul fauniqꝫ pedem dryadeſqꝫ puellæ Munera ueſtra cano. SÆpe tibi pater eſt: ſæpe legendus auus. Germanico druſus.

Germanicus. Germanicus pater natura fuit is quem in germania defunctum Auguſtus ita laudauit: ut deos precatus ſit ut ſimiles ei cæſares ſuos facerent. Sed hic Tyberium accipimus qui ab Auguſto adoptatus eſt coactus prius Germanicum adoptare. Quare Suetonius Germanicum Tyberii filium uocat ut Tyberius orbatus utroqꝫ filio: quorum Germanicus in Syria: Druſus Romæ obierat: ſeceſſū Campaniæ petit. Auus autem Germanici eſt Cæſar Auguſtus cui Nero uxorem ſuam Liuiam Druſillā grauidam & ante iam apud ſe Tyberium enixam conceſſit: quæ cum auguſto nupſiſſet intra menſem tertium teſte Suetonio Druſum Germanici patrē peperit: unde ſuſpitio fuit eum ex uitrico per adulterii conſuetudinem procreatum: quem Auguſtus tantopere dilexit ut cohæredē filiis inſtituerit. Hic Druſus auguſti priuignus autore Plutarcho ex duabus Antonii & Octauiæ filiabus: alteram hoc eſt Antoniā minorem pudicitia & forma præclaram duxit uxorem: ex qua Germanicus & Claudius nati ſunt. Hanc eſſe Antoniam exiſtimāt quam Plynius ſcribit nunq̄ expuiſſe: nā altera quā Antoniam maiorem Suetonius uocat nupſit Domitio auo eius Neronis: qui fuit deteſtabili crudelitate notiſſimus. PICTOS ſignantia faſtos: Minio uel rubrica: quæ Troianis temporibus in honore fuit teſte Homero qui naues ea commendat.

Minium rubrica. Hinc illud eſt Martialis: Et qui purpureis iam tertia nomina faſtis iane refers. Fuit & apud Romanos Miniū ut Plinius tradit non ſolum maxime ſedentia ſacræ religionis: quod in ſcriptura uoluminum uſurpabant: quoqꝫ Iouis ipſius ſimulachri faciem feſtis diebus illini ſolitam autor eſt Verrius. Quod ideo fieri conſueuit ut quidam putant quia Iuppiter eſt æther: cui elemēto minium ſimile eſt: ideoqꝫ apud æthiopes dei omnes & proceres minio illinūtur quia a Ioue: ideſt a deo omnis poteſtas eſt: & dii omnes membra Iouis cenſentur ut Cœlicolæ mea membra dei. Hinc & faſti deorum feſta & nomina continentes minio pingebantur. Eo illitum fuiſſe legimus anſeris capitolini ſignum quod ſæpe abſtergebatur cū eius eſſet neceſſarius ſplendor autore Plutarcho. TV Quoqꝫ cum druſo præmia fratre feres: Hic Druſus Tyberii filius

Druſus. fluxioris remiſſioriſqꝫ animi fuiſſe dicitur: adeo ut Tyberius eum non dilexerit patria charitate: a quo fertur increpitus q̄d cimā braſicæ faſtidiret: Auguſtus uero eū ac Germanicū ſecūdos hæredes īſtituit. Druſū q̄dē ex triēte: Germanicū uero una cū liberis tribus ſexus uirilis ex partibus reliq̄s. Sane autor Druſoꝝ generis ut ait Sueto. a Drauſo duce hoſtiū cominus trucidato ſibi ac poſteris ſuis cognomē inuenit. CAESAris arma canāt alii: Auguſtū Cæſarē accipe qui uiuēs diuīos honores meruit: cuiqꝫ hoc opus autor inſcripſerat: ut diximus ſupra.

PAV. MAR. ¶QAEqꝫ dies: per ſuos. ſ. mēſes & totū annū. De dierū rōne alio loco diximus: & alias: hoc quoqꝫ in hoc opere dicemus. Illud nō p̄teribo ciuilē Romanoꝝ diē diuiſū in ptis has. Inclinationē: q̄d tp̄us eſt mediæ noctis gallicīniū: diluculū mane. meridiē. occiduū. Sup̄mā tēpeſtatē. Veſperā primā facem. Cōcubiā intēpeſtā. Q̄d latius apit Aurelius Theodoſius in primo ſatur. INVEnies: pſtat in beniuolētia captāda & attētiōe augēda: dicit enī in his faſtis īueniri cæſarea feſta: & patrē & auū germanici relatos in faſtos. INVenies: tu germanice. ILLIC: in ipſis faſtis. ET Feſta domeſtica: ex domo tuo cæſarea q̄ſi dies feſtos u̅ris meritis īſtitutos & quos ipſi cæſares īſtituerūt. VObis: cæſaribus. SAEPE Eſt tibi legēdus p̄r: legis facta & merita p̄ris tui. Sæpe eſt tibi legēdus auus: hīc alii ſūpſere argumētū: q̄d Tyberio fuerit opus dicatū: cū uideat dicere. Sæpe leges facta Auguſti p̄ris tui ex adoptiōe: Sæpe facta aui tui Cæſaris. Tu aūt ſic ītellige. SAEPE eſt legēdus p̄r Tyberius: q p̄r erat adoptiōe: q̄m dicet īferius de tēplo cōcordiæ: q̄d Tyberius dicauit. Sæpe eſt legēdus auus: hoc ē merita & laudes ipſius auguſti. QVAEqꝫ: uirtutis p̄mium eſt laudari & a poſteritate cōmēdari: q̄d eū cōſecuturū dicit. TV Quoqꝫ feres p̄mia: cōſequeris ea p̄mia & eas laudes. QVAE ferūt illi: quæ p̄r & auus cōſecuti ſunt. SIgnātia pictos faſtos: quæ ſignāt īſcriptos faſtoꝝ libros: q̄ſi quæ ſignātur & īſcribūtur in faſtis & annalibus ut diuturnitati commendentur. CVM Druſo fr̄e: qa ecōſequeris tu: & Druſus frater tuus: p hoc etiā aſſerūt de Tyberio intelligēdū: qui Druſum fratrē habuerit: q in Germania oppetiit: ſed affirmari nō pōt q̄d ad Tyberiū ſcripſerit: cū dicat īferius ut ſupra diximus: & tuus Auguſto noīe dictus auus: auus enī Tyberii: Auguſtus appellatus nō eſt: ſed auus germanici. Præterea apud Trāquillū nō īuenies Tyberiū germanicū fuiſſe uocatū cū de eius agit cognomētis & ſiq̄s dicat in numiſmatibus aut marmoribus īueniſſe: Tyberius Cæſar Germanicus nō ītelligit de hoc: ſed de Tyberio filio Druſi: filii huius Tyberii quē pariter cū Caio Germanici filio ex teſtamēto hæredē reliquit: ergo hic cū Druſo fratre intelligas de Druſo Tyberii filio quia patruelis primū: deīde ex adoptione frater: ea enī cōditione Tyberiū Auguſtus adoptauit: ut ipſe Germanicū fratris filiū adoptaret: & ne decipiaris ſaxum eſt in tarpeio mōte cū īſcriptiōe Tyberii Neronis germanici oſſa ne credas Tyberii īperatoris oſſa. Nā ſubditur ibi diui Auguſti pronepotis: cuius nepos erat Druſus Tyberii filius: pnepos Tyberius huius Druſi filius.

CAEſaris pōt hoc & ad Iuliū Cæſarē referri: & ad Auguſtū: quoꝝ alter relatus ī deos: alter relatū cōprobauit & tēpla multa ſacrauit: pluréſqꝫ dies ſtatos īſtituit & deoꝝ cultū r̄formauit. ALii: poetæ. ſ. CAnāt cātādo ſcribāt. ARma cæſaris: bella p Cæſarē geſta & cōfecta: & erit denoīatio cū īſtrumētū pro re ponit. NOS: canamus. ſ. ARAS cæſaris: aras quæ cæſari dedicatæ ſunt ob eius merita: uel quas ipſe uiuens: aut Auguſtus cōſecraſſet: & cū aris ſacra quoqꝫ ab eo īſtituta. ET CAnā quoſcūqꝫ dies: feſtos. ſ. ILLE Cæſar ADDIDIT ſacris: faſtis ſacra referētibus: uel quos ipſe ſacros & feſtos eē inſtituerit uel quos meritis ſuis ſacros fecerit.

EXCVTE corde metus: Ob id quod ſequit̃. PAGina iudiciũ docti ſubitura mouet̃ Principis. Aucupatur ANT.
enim Germanici gr̃am: quia teſte Quintiliano naturalis eſt pro laborãtibus fauor. DA Mihi te placidũ dede FAN.
ris in carmine uires: Nõ claudicat hic uerſus: q̃uis prima quarti pedis ſyllaba ꝓducat̃: quæ uidet̃ in uerbo dede
ris corripi debuiſſe. ſuſtẽtat̃ enim cæſura cum ſyllaba unde pes incipit terminet partẽ orõnis: ut duꝫ ſanguis in-
erat. VT Clario miſſa legẽda deo: Apollini a Clario oppido: qđ eſt in finibus Colophonioꝝ: Vnde Apol- Clarius
lo clarius dicit̃: correpta antepenultima: ut Qui tripodas clarii lauros qui ſydera ſentis. Strabo geographus po deus.

Annue conanti per laudes ire tuorum
Deque meo pauidos excute corde metus.
Da mihi te placidũ: dederis in carmine uires:
Ingenium uultu ſtatqꝫ caditqꝫ tuo.
Pagina iudicium docti ſubitura mouetur
Principis: ut clario miſſa legenda deo
Quæ ſit enim culti facundia ſenſimus oris
Ciuica pro trepidis cum tulit arma reis:
Scimus & ad noſtras cũ ſe tulit impetus artes
Ingenii currant flumina quanta tui.
Si licet & fas eſt uates rege uatis habenas.
Auſpicio fœlix totus & annus eat.

ſtea eſt galeſius mons & colophon ciuitas ioniæ: &
ante eã Apollinis clarii lucus. Sũt qui a claro inſula
qđ nõ placet Clarii cognomen deductũ exiſtiment:
in qua phœbus Caſſandræ uaticinãdi artẽ dicit̃ tra
didiſſe. Vnde eã putãt a Lycophrone Clarimimallo
nẽ appellatã. Nõ amittendũ hoc loco qđ ait Plynius
Colophone in Apollinis clarii ſpecu lacunã eſſe cu-
ius potu mira reddunt̃ oracula breuiore uita biben-
tiũ. Hinc Macrobius apud Ligyreos ait in Thracia
eſſe adytũ libro conſecratũ ex quo reddunt̃ oracula
plurimo mero ſumpto uti apud clariũ aqua epota ef
fant̃ oracula. QVÆ ſit enĩ culti facundia ſenſim9
oris: Cõciliat ſibi germanicũ laudans eũ ab oratoria
& poetica facultate. CIVICA arma: cauſarũ defẽ
ſiones: q̃bus in ciuitate utimur. Ciuica & hoſtica ma
iores dixerũt: Deinde ciuilia & hoſtilia: PRO Tre
pidis reis: Rei dicũtur nõ modo qui arguuntur: ſed Rei
oẽs quoꝝ de re diſceptatur. Huic enim uocabulo te
ſte Feſto a re nomẽ ĩditũ eſt. Et ſunt alii rei ſtipulãdi alii ꝓmittendi autore Moleſtino iuriſconſulto a quo Fe-
ſtus aliqua in parte diſſentit: Nonius reos inquit eſſe nõ ſolum crimini & culpæ obnoxios q̃les hoc loco acci-
pimus (unde autor addidit. trepidis) ſed etiam honeſti uel uoti debitores: ut Conſtituam ante aras uoti reus.
NOSTRAS artes: Poeticas. Conſtat enĩ Germanicũ inter ſtudioꝝ ſuorũ monumẽta reliquiſſe comœdias
græcas. Vnde illud eſt Nõ potes officiũ uatis contẽnere uates: Iudicio p̃cium res habet iſta tuo. Qui (niſi te uir
tus opera ad maiora tuliſſet) Gloria pieriduꝫ ſumma futurus eras. Huic iuueni ut ait Suetonius oẽs corporis
animiqꝫ uirtutes & quãtæ nemini cuiq̃ cõtingerũt forma & fortitudo egregia cõciliandæ hominũ gratiæ ac ꝓ
merẽdi amoris mirũ & efficax ſtudiũ ingeniuꝫ excellens ita ut & reliquerit comœdias quas diximus & oraue-
rit cauſas etiã triũphales. SI Licet & fas eſt uates rege uatis habenas: Quia non decebat tantũ imꝑatorẽ poe
tæ nomine appellari cum diuerſarum rerum artifex nominetur a nobiliore ſubiecto: & haud quaq̃ par gloria
ſcriptorem & auctorem rerum ſequatur ut in Ca. Sal. tradit.
ANNVE: quo audẽtius ſcribat rurſus germanici fauorẽ petit. ANNVE: faueas aut nutu aſſenſuꝫ p̃ſtes: PAV.
qđ annuere ꝑ duplex nn ſignificat: cũ per bn. cõtrariũ oſtẽdat. COnãti ire ꝑ laudes tuoꝝ: mihi qui conor ce- MAR.
lebrare laudes cæſarũ: & ꝑ trãſlationẽ a uiatoribus: & deambulãtibus ire ꝑ laudes dixit. ET Excute: excutias
& repellas. DE Meo corde metus pauidos: metũ quo nũc meũ cor p̃ſſum tenet̃ pauidos ab effectu. q̃a q me-
tuit expaueſcit: Metuebat enĩ poeta aliq̃d in publicũ edere: cũ ĩgratus eẽt eius labor ob artẽ quã ſcripſerat. etiã
cũ cogitaret ad quẽ ſcriberet. DA Mihi: eſto mihi benignus: quo uires in carmĩa ſuggerent̃. cũ a teipſo pẽde-
at ĩgeniũ meũ. DA Te placidũ mihi: cõcede te nũc mihi pacatũ. quietũ & benignũ. DEDeris uires ĩ carmi-
ne: ſi benignus eris erũt & mihi uires ad ſcribẽdũ. & in carmĩe: & in carmĩa recte dicimus. Lucanus. Tu ſatis ad
uires romana in carmĩa dãdas. Dederis ultima ſyllaba lõga ꝓtulit uti a ueterib9 grãmaticis p̃ceptũ eſt: uelut
cõſtat ex diomedeis monumẽtis: quæ differre p̃teritũ a futuro ſubiũctiui uolũt in hoc ut ris p̃ti breue ſit: futu
ri lõgũ. ſic penultima primæ & ſecũdæ pſonæ numeri multitudinis. ide eſt illud uitã dederitis in undis: & Enni
us dixit. Nec mi aurũ poſco nec mi p̃ciũ dederitis. & Ouidius ipſe in libris de ponto in elegia. Ite leues elegi: Et
maris Ionii trãſieritis aquas. & in eadẽ elegia Copia nec uobis ullo ꝓhibẽte uidẽdi cõſulis ut limen cõtigeritis
erit. & ſæpe alias eodẽ modo utimur. Horatius quoqꝫ in carminibus dederis lõgũ fecit Cũcta manus auidas fu
giũt hæredes amico. Quæ dederis aio. INGeniũ meũ. i. STAT & cadit uultu tuo: q̃ſi pẽdẽs a uultu tuo. fir
mũ & ualidũ erit: ſi tu mihi pacatior & lenior eris. CONcidet: ſi tu eris ſubiratior ergo pacatior eſto. PAGI
na cõmẽdatio germanici a doctria: q̃ horreſcãt: q ſua ſcripta cẽſuræ illius ſupponãt: ac ſi Apollinis iudiciũ eẽnt
ſubituri. PAGina ſubitura iudiciũ docti prĩcipis: liber hic meus ſeu poemata nr̃a uẽtura ſub tuã cẽſurã: q prĩ-
ceps es doct9 & erudit9. MOVet̃: cõmouet̃ & horreſcit: ne quo errore poſſit ãnotari. VT miſſa legẽda clario
deo: ac ſi apud Apollinẽ legẽda mitteret̃: q clarius dictus eſt a Clario oppido in Ionia nõ lõge a Colophone: ẽt
Clario ĩſula: ubi ſũma religiõe colebat̃. Paginæ Põpeio teſte dictæ ꝙ in libris ſuã quæqꝫ obtineant regionẽ: ut
pagi: uel a pãgẽdo ꝙ in illis uerſus pãgunt̃. i. figunt̃. QVÆ ſit: cõmẽdatio germãici ab eloquẽtiæ laudib9: cũ
ſæpe reos defẽdiſſet: & ut Sue. ait cãs oraſſet ẽt triũphales. SENſimus enĩ: uidimus aut audiuimus. QVÆ ſit
facũdia culti oris: eloquẽtia oris exculti & ornati. COntulit arma ciuica: ciuilia: hoc eſt ciuiles defenſiões ĩ fo-
ro: ſeu cũ cãs ciuiles egit. PRO trepidis reis: ꝓ his q alicui9 crimĩs iudicib9 eẽnt accuſati: trepidãtib9: hoc ẽ me
tuẽtibus ne morti dãnarent̃. Reus enĩ a re debẽda dr̃: & magnæ dat laudi Cicero iuuenibus reos defendere.
SCImus: nunc ab eloquẽtia poetica cõmẽdat. erat enim & clarus orator & poeta illuſtris de quo Trãquillus.

Oēs germanico corporis animiq; uirtutes:& quātas nemini cuiq̄ cōtigiſſe ſatis cōſtat formā & fortitudin em egregiā.Ingeniū in utroq; eloquētiæ doctrīæq; gñe pcellēs.& paulopoſt īter cætera ſtudiorum monumēta reliquit & comœdias græcas.poetā igit̄ oñdit cū oñdat comicū. SCImus q̄ta:q̄ magna. FLVmina currāt ingenii tui:q̄ſi quā magnū & q̄ fertile ingeniū hēas:p trāſlationē locutus eſt ab aquarū copia ex uberrimo flumine:cū ita exuberaret illius ingeniū. CVM impetus:hoc eſt ſcribēdi ardor:Tulit ſe ad nr̄as artes:ad poeticē ipſā; hoc eſt cū ſubit ille ardor poemata ſcribēdi.Impetus enī ardor ſeu deſideriū eſt.ide in heroid.Eſt mihi p ſæuas impetus ire feras. SI Licet:cum a poetice cōmēdarit:petit ut poeta poetam regat:ac ſi diceret:ſi nō uis ut princeps ſaltē faueas ut poeta: & cū pudore locutus eſt:ne temeritatis argueret̄. SI Licet: quo ad humana. SI Fas eſt:quo ad diuina. TV Vates rege habenas uatis.i.rege ingeniū meū:p trāſlationē ab equis ſumptam quī habenis:hoc eſt loris reguntur. VT Totus annus:quē ego ſcripturus ſum. EAT Fœlix:auſpicio fauore tuo quaſi fœlix:Te mihi fauente ſit auſpicatus ānus.

Tempora digereret cum cōditor urbis in anno
Cōſtituit mēſes quinq; bis eſſe ſuo

ANT. FAN. TEMPora digereret. Narratiōis initiū eſt Vbi meminiſſe debemus q̄ ut ait Plynius dierū āni ſoliſq; motus ppe inexplicabilis rō eſt.Quare & Soſygenes a cæſare dictatore ad redigēdos ānos ad ſolis curſū adhibitus errores ſuos ſæpe correxit & non ſolū apud Romanos regnante Romulo ſed apud græcos quoq; annus ignorabatur ſolis itineri congruens: quem quidam pūtant primos omniūm hominum ægyptios comperiſſe & in menſes.xii.ait Euſebius diuiſiſſe ad quos teſte Strabōe Eudoxus cuius ſupra meminimus cum Platone pfectus eſt:necnō & Thales mileſius:quē nōnulli autore Laertio primū ferūt annū in.ccclxv.dies diuiſiſſe.Romāi igit̄ autore Romulo annū decē mēſiū habuerūt a Martio auſpicātes adeo ut eius die prima aris ueſtalibus ignes accēderēt.Laureas mutarēt ſenatus & populus comitia agerēt.matronæ ſeruis ſuis cœnas ponerēt ut honore pmptius obſequiū puocarēt.Hūc primū āni menſem fuiſſe illud teſtat̄ qđ mēſes q ab hoc q̄ntus eſt.Quintilis dicebat̄.deīde numero decurrēte decēber ītra diē trecēteſimū q̄rtū āni circuītū finiebat.ita ut ſex mēſes.xxx.q̄ttuor uero reliq uno ac.xxx diebus expedirent̄ & Martiū āni principiū hēre uoluerūt pp martem ſuæ gētis auctorē:qui ex ilia Romulū ac remū genuiſſe dr̄:ut Donec regina ſacerdos Marte grauis geminā ptu dabit ilia plē.Fuerūt ſane nōnulli grāmaticorum teſte.A.Gel.q diſputarūt Homeri quoq; ætate ſicuti Romuli annū nō.xii.mēſiū fuiſſe ſed decē. Lege Plutarchū in Numa qui ēt tradit duodecim mēſes fuiſſe ſub Romulo ac multos aliter ſenſiſſe ut dicemus in ſecūdo huius opis libro. CONditor urbis:Inter autores de cōditis urbibus eſt tāta diſſenſio ut ne urbis Romæ origo (ut ait Ser.) diligēter poſſit agnoſci.Salu.enī urbē Romā inq̄t cōdidere atq; habuere initio Troiani & cū iis aborigines.Alii autore Solino ſunt q uideri uelint Romæ ab Euādro uocabulū datū:qui cū oppidū primū offendiſſet:quod extructū antea iuuētus latina ualentiam dixerat ſeruata ſignificatione impoſiti prius nominis romam græce:ideſt ualentiam nominauit.ſecundum quos ait Virgilius.Tum rex Euādrus Romanæ conditor arcis.Alii dicunt Troia capta quoſdam ex Achiuis in ea loca ubi nunc Roma eſt deueniſſe per Tyberim deinde ſuadente Roma nobiliſſima captiuarū:quæ iis comes erat īcēſis nauibus poſuiſſe ſedes ſtruxiſſe mœnia & oppidū ab ea romā appellaſſe.Alii ſcribūt Romā nō captiuā fuiſſe:ſed ab Aſcanio natā Æneæ neptē.Cæterū Varro autor diligētiſſimus cum quo pene oēs hiſtoriographi ſentiūt Romam a Romulo cōditā dicit:quā is de ſuo noīe (ut ait Feſtus) ideo Romā non Romulā appellauit ut ampliore uocabuli ſignificatu pſperiora ſuæ patriæ ominaret̄.Lege Decadē primā earū quas Pomponius ſcripſit hoc tpe ubi nihil ad urbis originē attinēs ptermiſit hiſtoricus doctiſſimus & poeta.Illud aūt Promathionis ne referri q̄dē dignū exiſtimauerim.q memoriæ pdidit Romulū & Remū Æneæ filios infantes in Italiā fuiſſe delatos.ubi merſis nauibus manſere incolumes & Romam a fortitudine nuncuparunt.

De anno

Romæ origo.

PAV. MAR. TEEMpora:nūc aggredit̄ āni rōnē:quē alii aliter obſeruabāt.nā ut eſt in ſaturnalibus apud Macrobiū.Arcades annū tribus mēſibus explicabāt.Arcananes ſex.Græci cæteri.ccliiii.dieb⁹ cōputabāt.Romani.x.mēſibus a Romulo.Herodotus ægyptios.xii.mēſibus ānū habuiſſe refert.De his idē Macrobius:āni certus modus apud ſolos ægyptios ſemp fuit.Ply.tñ li.7.inq̄t annū æſtate unū determinabāt:alterū hyeme.Alii q̄dripartitis tpibus ſicut arcades:quorum anni trimeſtres fuere quidā lunæ ſenio ut ægyptii.Itaq; apud eos aliqui ſingula milia ānorum uixiſſe pduntur.Licinius Macer.& L.Feneſtella annū.xii.menſiū fuiſſe ſcribūt.cui ſnīæ repugnat decēber:qui ultimus erat: & decimus eſt a Martio cū mēſes a numero dicerent̄.M.Varro & Fuluius nobilior & Iunius gracchus ſcribūt numerū mēſiū romanos a latinis accepiſſe.Annū aūt duplicē eē cōſtat:naturalē & ciuilē.alterū ſcđm curſum aſtrorum:alterum arbitrio gētiū.Vnde & Cares ſicut Acarnanes ſemeſtrē hēbāt annū Hæbrei cū ad lunā regerent̄ differenter ānos cōputabāt.alterū duodecim alterū tredecim mēſiū.ut geminus illis ānus.v.&.xx.lunæ curſibus cōpleret̄.Lauinii quoq; tredecim mēſiū ānus fuit At albæ decē.Vñ forte Romulus ſuū decē mēſiū eſſe uoluit.Primūq; matri pr̄i dicauit Numa uero duos mēſes addidit Ianuariū quē primū inſtituit: & februariū quē ultimū:ſed a decēuiris poſt ianuariū februarius nūeratus eſt. Verū Fuluius hos duos mēſes a Tarquinio priſco additos retulit.Sed poſtea cū dephēſus eēt error qđ ānus nō certo ordine ſeruaret̄.Cœpit græcorum more multorum dierū intercalatio fieri:ut ad naturalē curſum ānus redigeret̄. QVI eſt.ccclxv.dierū & q̄rta parte diei.Data eſt cura pōtificibus:q rē deprauarūt.Inde Cæſar pōti.max.In tertio conſulatu cū habuit collegā Marcū æmiliū lepidū.Adhibito ſoſygene figulo eius artis perito:rē emēdauit.Intercalares dies.lxiiii.addidit nouēbri & decēbri & ānū ciuilē formauit ad ſolis curſum:ſublato oī mēſe ītercalari: & diebus.ccclv.q̄bus cōſtabat prius ciuilis an

nus addidit decē & pp q̄rtā partē diei q̄ erat ad ſupplemētū: iſtituit ut q̄rto quoq; āno menſe februarii adderet dies unus: & cū itercalatio fieri deberet deſinēte āno: ſacerdotes faciebāt ieunte āno q̄rto: & rurſus erratu; eſt: xxxvi. ānis. Auguſtus cæſar pſpecto ſacerdotū errore: emēdauit ānū. M. Ceſorio & C. Aſinio gallo conſ. Siquis plura de āno uelit plegat Ceſorinū & Macrobiū: a qbus nos pauca de multis excerpſimus. CONDitor urbis: hoc eſt Romulus q urbē cōdidit de quo ſuo mēſe dicet. CVM digereret tpa: diſponeret & ordinaret ānū ciuilē & mēſes. CONſtituit eē bis qnq; mēſes in āno ſuo a ſe digeſto. cōſtituit ānū ſuū eē decē menſiū. VRBIS: urbs eſt ſcđm marcellū iuriſcōſultū Roma q̄ muro cingeret. Vt Alphenus ait. Roma eſt quātū cōtinētia ædificia eēnt. Paulus iuriſcōſultus urbis inqt appellatio muris cōtinētibuſq; ædificiis finit: Pōponius iuriſconſultus de uerboꝝ ſignificatiōe urbs ab urbo appellata eſt: urbare eſt aratro diffinire. & Varro ait urbū appellari curuaturā aratri: qđ in urbe cōdēda adhiberi ſolet: inde eſt apud Virgiliū urbē deſignat aratro. & inferius libro q̄rto. Apta dies legit q̄ mœnia ſignet aratro. & paulopoſt. Ille tenēs ſtiuā deſignat mœnia ſulco. MENſes: mēſis απο τησ μηνησ qđ eſt luna. Nā lunæ rōne mēſis cōſtitutus eſt. Vnde Varro mēſis a lunæ motu dictus: dum ab ſole profecta rurſus redit ad eum luna: ægyptii quoq; menam uocauere lunā Herodoto teſte.

Scilicet arma magis q̄ ſydera romule noras
Curaq; finitimos uincere maior erat
Eſt tamen & ratio cæſar q̄ mouerat illum.
Erroremq; ſuum quo tueatur habet.
Quod ſatis eſt utero mr̄is dū prodeat infans
Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis

ℭSCILICET Arma magis q̄ ſydera Romule noras. Plutarchus autor eſt Romulū acrē: bellicoſu; ac pene bellādi amore inſanū fuiſſe: quē Feſtus Romulum inqt a robore noiatū. Eundē tamē nō ineruditum fuiſſe qdā memoriæ ꝓdiderūt: Sed qm̄ hoſtes ſunt diſciplinarū labores (ut a Platone traditū eſt) ignorauit rex acri qdē ingenio ſed agreſti atq; in rebus bellicis occupato ſolē e cuius curſu ānus colligit nō ante trecēteſimū ac ſexageſimū quintū diē abūdāte inſup q̄drāte ad eundē a quo incepit zodiaci gradū reuerti. ANT. FAN. Cuius rei nō ignarus Cæſar Auguſtus āno iampridē a Numa pōpilio in duodeci mēſes diſtributo additis Ianuario ac Februario: poſteaq; a Iulio cæſare ad curſum ſolis accōmodato & alioꝝ negligētia conturbato atq; cōfuſo rōnē tēpoꝝ nō ſine maxima ſua laude fundauit intercalantiū correctis erroribus. Nec nos moueat qđ quædā a maioribus nr̄is tradita aſtrologoꝝ ætatis nr̄æ cōputationibus non rn̄dent. facit enim id & viii. ſphæræ motus & quadrantis longitudo ſuperabūdantis temporis modum excedens & intellecta quidem: ſed ideo ſpreta quod & parum tpis ſuperabūdat & ſex horæ quater ductæ cōficiunt integrum diem. Nec falſum eſt quod Plutarchus docet inæqualitatem temporum uel hoc tempore quo ad ſummum aſtrologiæ peruentum eſt Mathematicorum peritiam uincere: ita ut eorum numeri ac ſupputationes perſæpe fallantur.

QVOD Satis eſt utero matris dum prodeat infans: Medici ac philoſophi illuſtres opinantur poſtq̄ mulieris uterus conceperit ſemen eſſe hominem gignendi ſummum finem decem menſes. Vnde illud eſt Plauti in Ciſtellaria tum illa quam compreſſerat decimo poſt menſe exacto hic peperit filiam: & P. Scipionem qui prior Aphricanus appellatus eſt decimo menſe legimus in lucem editum. Qua opinione adduci Romulus potuit ut annum in decem menſes diuideret: Plynius tamen ſcribit uſq; ad initia decimi undecimiq; gigni hominē: & Varro undecimo menſe aliquando naſci poſſe hominem putat: eiuſq; ſententiæ Ariſtotilem laudat autorē. Idem tamen Romanos ait exiſtimaſſe nono tantum menſe aut decimo ſecundum naturam fieri partionem: nam ſeptimo raro fit: octauo nunq̄. Licet octauo idem Varro & Plynius ſenſiſſe aliter uideantur. Quod nemini mirum uideri poterit qui legerit A. Gel. libro tertio noctium atticarum. Sane Pythagoras teſte Laertio dicebat intra ſeptem aut nouem aut decem ut plurimum menſes conſūmatum atq; perfectum infantem gigni: & Saturnus Apollodorus ait autore Macrobio alligari per annum laneo uinculo & ſolui ad diem eius feſtum ideſt menſe Decembri quo ſignificabatur decimo menſe ſemen in utero animatum in uitam grandeſcere: qđ donec erumpat in lucem mollibus naturæ uinculis detinetur. Maiores noſtri ab hoc numero magna quædam decumana dixere: ut Albenſia ſcuta quæ ampliſſima fuerunt: item decumana oua & decumanos fluctus. Ouū enim decimum maius naſcitur: & decimus fluctus fieri maximus dicitur autore Feſto. Decumana

ℭSCILIcet: apoſtrophat ad Romulum uerba. quod rei militaris magis q̄ aſtrorum peritia ualeret. O ROmule ſcilicet: certe. MAGis noras: cognoueras. ARMa: rem ipſam militarem & bella: QVAM ſydera: q̄ ſyderum: & cœli rationem: & tamen legimus eum gabiis philoſophiæ dediſſe operam & aſtrologiæ diſciplinæ non expertem. PAV. MAR. ET ERat maior cura uincere finitimos: magis curabas ſubigere tuo imperio eos qui propinqui eſſent regno tuo. q̄ curares cœleſtia. Vicit enim Romulus fidenates & ueientes: & primus arma ioui feretrio retulit obtruncato ceninenſium rege. ETS tamen non ſine ratione Romulus in decem menſes annu; digeſſit. Hic enim duplicem rationem affert quod fœmina decimo menſe pariat. Altera quod decē menſibus uxor iam uidua ab obitu uiri lugubris ſe domi continet. Intertio tamen libro Triplicem rationem oſtēdit. Ita inquiēs. Annus erat decimū cum luna receperat orbem. Hic numerus magno tūc in honore fuit. Seu quia tot digiti per quos numerare ſolemus: Seu quia biſquino fœmina menſe parit: Seu quod ad uſq; decē numero creſcente uenimus. Principium ſpatiis ſumit inde nouis. O CÆSar germanice. EST Tn̄ ratio q̄ illū romulū. MOuerat: ad annum ita digerēdū: quia cū aliq̄ rōne ab eo factū eſt. ET hēt quo tueat. Defēdat & ſuſtētet. SVVM Errorē: hēt quo pacto poſſit ſe defendere ab eo quod erraſſe inanni cōputatione dicitur. Quod ſatis ſtatuit Romulus. HOC Tēporis eſſe ſatis anno: illud tēpus eſſe ſatis adciuilis anni cōputationē. QVOD eſt ſatis utero matris: aluo ſeu uentri materno. DVM ideſt uſqquo id enī dū ſignificat PRodeat infans exeat infans de matris utero. PROdeat dixit: quia ꝓdeūt iſantes ex utero capite. QVI uero pedib⁹



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

exirēt agrippæ uocāť.Ply.teſte q̄ſi ægre p̄ti.Hi iſœlices p̄ter paucos a Ply.relatos & ut de p̄tu aliq̄d dicamus Variā eē hūani p̄tus ſniaꝫ. Gellius inq̄t. Vbi mulieris uterus ſemen cōcepit hoies.7.mēſe gigni.nōnunq̄.8.Sæpe.9.ſæpius.x.eūq̄ꝫ dixerūt ſūmū finē gignēdi.M.Varro qđ ēt teſtať Gellius nōnūq̄.8.naſci hoieꝫ & interdū.xi.Ariſtotelē laudat autorē.Rōæ cū fœmia bōis hōeſtiſq̄ꝫ moribus:nec ābigua pudicitia menſe.xi.poſt mariti obitū pepiſſet. Decretū diuus hadrianus fecit.xi.mēſe edi poſſe p̄p hæreditates:refert Ply.li.7.ueſtiliā.C.herditii:Pōponii & orphici clariſſimoꝝ ciuiū cōiugē ex his q̄ttuor p̄tus enixā.7.ſp mēſe pepiſſe.Suilluꝫ ruffū.6.Corbulonē ſeptimo.Cæſoniā.C.p̄rīcipis cōiugem.8.ī quo mēſiū nūero gēitis.ītra.xl.diē maximus labor grauidis āt.4.&.8.mēſe lætales ī his abortus.Maſſurius autor eſt.L.papyriū p̄torē ſecūdo cohærede lege agēte bonoꝝ poſſeſſionē cōtra eū dediſſe cū mr̄ p̄tū.xvi.mēſibus diceret tuliſſe:qm̄ nullū certū t̄pus pariendi ſtatutū uideť.

> Per totidē mēſes a funere coniugis uxor
> Suſtinet in uidua triſtia ſigna domo.
> Hoc igitur uidit trabeati cura quirini.
> Cum rudibus populis annua iura daret.
> Martis erat primus mēſis:ueneriſq̄ꝫ ſecūdus
> Hæc generis princeps:ipſius ipſe pater.

**ANT. FAN.** ¶PER Totidē mēſes a funere cōiugis uxor. SVſtinet in uidua triſtia ſigna domo. Antiq olim in luctib⁹ quēadmodū & nos hodie atris ueſtibus utebantur. [*Atra ueſtis ī luctu*] Statius in ſiluis.Ipſe eteni tectū nigræ ſolatia pōpæ Spectaculūq̄ꝫ urbi ſcelus & puerile feretꝝ p̄duxi. Varro de uita patrū amiculo nigello.capillo dimiſſo ſequerenť luctū.Hinc thetis apud Homerū ad iouē itura cū filiū breui ad Troiā periturū deploraret uelo nigerrimo ſe opuit:& Craſſus ille p̄diues Murenā in piſcina domus mortuā atratus luxit.Is eni color nocti ſimilis eſt:quā amāt lugētes:dicti(ut q̄buſdā placet)q̄ſi lucis egētes. [*Lugentes Viduæ.*] Statius ī ſexto Thebaidos:noctēq̄ꝫ diēq̄ꝫ aſſimulāt maculis īternigrātibus albæ. Viduæ igiť a uiroꝝ interitu p decē mēſes atratæ ſigna triſtitiæ ſuſtinebāt:nec licebat p leges ut ait Plutarchus cuiuſq̄ earū nuptias celebrari ante decimuꝫ mēſem a uiri morte. Quare opus fuit Senatus decreto ut Antonii & Octauiæ nuptiæ firmarenť:quoniā ea.C.Marcellū cui nupta fuerat lugebat. Statuit aūt Numa Pōpilius ut quæcūq̄ꝫ ante decē mēſes a uiri morte nupſiſſet uaccā p̄gnanteꝫ īmolaret. [*Veſtes in luctu quales*] Legimus & apud Plutarchū in queſtionibus mulieres in luctu olim albis ueſtibus uti ſolitas:quas agiuæ īduerūt aq̄ lotas ut Iſocrates ſcripſit. Vſi etiā ſunt aliq̄n maiores noſtri pellibus diebus luctus autore Feſto.

HOC igiť uidit trabeati cura q̄rini. [*Purpuræ uſus*] Purpuræ uſus autore Plynio Romæ ſemp fuit:ſed Romulo in Trabea:quā Togæ ſpeciē fuiſſe dubiū nō eſt teſtibus Seruio & Plutarcho. Nō aūt cōcedebať uti purpura:niſi ſūmis uiris quā ob cām Senatū Catoni Vticēſi decreuiſſe accepimus ludos īſpicere ueſte purpurea. [*Trabea. Trabearū gñа tria.*] Tria aūt ſunt genera Trabearū ut Seruio placet Suetonium ſequēti. Vnum diis conſecratū quod eſt tātum e purpura. Aliud regnū qđ eſt purpureū hēt tñ̄ albū mixtū purpuræ:fuitq̄ꝫ teſte Virgilio Romanoꝝ regnū īſigne:ut & ſellā regni trabeāq̄ꝫ īſignia nr̄i. Tertiū Augurale qđ eſt e purpura & cocco. Et ſciēdū qđ q̄uis Ply.ſentiat Togæ uſū regnāte Romulo nō fuiſſe ac Tullū hoſtiliū tradat toga p̄texta & latiore clauo primū uſū eē. Trabea tñ̄ q̄ Romulus & alii reges uſi ſūt a plæriſq̄ꝫ ſcriptorib⁹ toga dr̄ ab ea trabeat⁹ deduciť nomē nō p̄ticipiū. Caret.n.t̄pe ut tūicat⁹.paludat⁹. [*Martius. Aprilis. Maius. Iunius.*] MARtis erat prim⁹ mēſis ueneriſq̄ꝫ ſecūdus:Romulus primū āni mēſē p̄te ſuo Marte Martiū ſecūdū aprilē ab æneæ mr̄e uenere noiauit q̄ſi aphrilē a ſpuma q̄ a græcis αφρος dr̄:ū̄ orta uenus crediť:q̄ ide aphrodita uenus uocať.ut hi mēſes āni p̄ricipia ſeruarēt:q noiati eēnt a romanæ gētis autorib⁹:de q̄b⁹ Martialis Iā p̄cor oblitus nr̄æ uulcane querelæ. Parce ſumus martis turba ſed & Veneris. Aliis placet Aprilem dictū ab aperiēdo ut libro q̄rto latius dicemus. HÆC generis princeps:ipſius ille pr̄. Recte hic p̄piori:ille reſpōdet ſūmotiori:ut ſi dixeris. Odi græcos & hiſpanos:hos auaros:illos uitioꝝ omnium genitores.

**PAV. MAR.** ¶PER totidē.ſcđ'a rō qđ.x.mēſib⁹ uxor uidua domi lugubris ſe cōtineat:qđ īde ſūptū uolūt a t̄pe.ſ.quo latet īfās ī mr̄is utero. VXOR:q̄ uxor erat:ſed q̄ iā eē deſiit. PER totidē mēſes:p.x.mēſes. A.Funere cōiugis:ab obitu uiri uel ab eo t̄pe:quo extīcto uiro exeq̄æ:& iuſta ſūt ſoluta. SVſtinet ī uidua domo:q̄a ipſa uidua:q̄ iaꝫ uiro diuiſa. TRIſtia ſigna:aut lugubres ueſtes luctū īdicātes:aut cup̄ſſos:q̄ mortuoꝝ domib⁹ ponebāť:ut Pōpei⁹ ait q̄a hui⁹ gñis arbor exciſa nō renaſciť:ſic ut ex mortuo nihil ē ſperādū:quā ob cām ī tutelā ditis pr̄is putabať:& Ply.ſubditis tutela eē oñ̄dit. Sed illud aduertēdū:ī luctu mulieres albis ueſtib⁹ īdui ſolitas:de quo pluribus rōnib⁹ a Plutarcho diſſeriť.p̄blemate.xxv. HOC igiť:his rōnib⁹ motū romulū:inq̄t cū rudi populo rōnē āni traderet. HOC igiť uidit:cōſiderauit. CVra q̄rini trabeati:romuli trabea ornati:ut regē decebat id ille ſua cura & diligētia obſeruauit. CVM daret iura ānua:āni rōnē aut. IVra ānua:de āno in ānū. POpulis rudib⁹:nouis & īexptis. TRabeati:trabeæ ueſtes togatæ dñ̄r purpura circūductæ ſub tegmīe puniceo:q̄s aureæ fibulæ ānectebāt:hæ reges dicebāt. TRabea primū romæ romulus uſus ē:q̄ poſt exactos reges romāi ulteri⁹ nō ſūt uſi(ut multi aſſerūt.) Veꝝ Dionyſi⁹ ea idibus Quītilibus eq̄tes uſos oñ̄dit. Añ̄ rōulū ēt illa latini reges utebanť Vñ̄ Virg.Ipſe q̄rinali lituo p̄uaq̄ꝫ ſedebat Succīctus trabea:cū de pico loq̄reť.Ply.ēt inq̄t trabeis uſos accipio reges. QVIrini:q̄rinus romulus dictus ē ab haſta:q̄ ligua ſabina q̄ris dr̄. Vñ̄ īferius ſiue qđ haſta q̄ris priſcis ē dicta ſabinis:Bellicus a telo uenit in aſtra deus. Siue ſuo regi nomē poſuere q̄rites. Seu q̄a rōanis iūxerat ille cures. Liuius a curib⁹ ſabinis q̄rites dictos ait. MARtis:ānū rōulus a martio mēſe īchoauit. Marti p̄rimū āni mēſē cōſecrauit. Secūdū ueneri:tāq̄ rōani gñis p̄ricipi & parēti q̄a æneæ mr̄. Vñ̄ ē illud Macro. p̄rimū mēſē a p̄re ſuo marte.ſecūdū ab æneæ mr̄e uenere noiauit ut p̄ricipia āni ſeruarēt a q̄b⁹ eēt rōani nois origo. Alii eodē teſte putāt rōulū altiore prudētia ita prios ordīaſſe mēſes ut cū p̄cedēs marti eēt dicat⁹. Deo plerūq̄ꝫ hoīuꝫ necatori ſecūdus ueneri dicareť:q̄ uim eius q̄ſi bñ̄ficia leniret. In.xii.zodiaci ſignis:cū primū ſignuꝫ aries marti aſſignatus ſit. Sequēs mox uenerē Taurus accepit:& rurſus e regiōe Scorpius ita diuiſus ē:ut deo eēt utriq̄ꝫ cōis. Sed latius de his ſuis mēſibus:& de orto rōuli ſuo loco dicemus. PRImus mēſis āni.ſ.a romu-

ſo cõſtituit. ER at martis:nã marti cõſecratus.idẽ martius dicebaẽ.Mars Varrõe teſte dr̃ qđ ĩ bello maribus p̃eſt uel qđ lingua ſabina mamers dictus eſt detractiõe ſyllabæ.Põpeius tñ inqt mamers mamertis idẽ lĩgua oſca mars dr̃ & mauors qđ magna uortat:ut Ci.placet. ET ſecũdus mẽſis.ſ. ER at ueneris ueneri cõſecratus nã aprilis dictus q̃ſi aphrilis ab αφροσ q̧ eſt ſpuma cũ ex maris ſpuma nata ſit uenus:& idẽ dicta aphroditis. Venus aũt dicta ut Ci.placet qđ ad res oẽs ueniat:ſed de uenere:& de his q nolũt aprilẽ ab ea dici ſuo mẽſe: & libro dicemus:& quot fuerit ueneres. TER tius:refert Vectius p̃textatus ĩ theodoſii ſaturnalibus. Fuluiũ nobiliorẽ in faſtis quos in æde herculis & muſarũ poſuit.Romulũ poſtq̃ populũ in maiores:iunioreſq; diuiſit.ut altera pars cõſilio altera armis rẽpu.tuereẽ in honorẽ utriuſq; partis. Tertiũ mẽſem maiũ ſequentem iunium uocaſſe.Sed de diuiſione populi aliis locis dicemus:& de his quinto & ſexto libro diſſeremus.

Tertius a ſenibus:iuuenum de nomine q̃rtus
 Quæ ſequitur numero turba uocata fuit.
Aſt numa nec ianũ:nec auitas p̃terit umbras
 Menſibus antiquis addidit ille duos.
Ne tamen ignores uariorum iura dierum
 Non habet officium lucifer omnis idem:

¶TER tius a ſcib⁹:Maiũ:& Iuniũ q̃dã noĩatos putãt illũ a maiorib⁹ hũc a iũiorib⁹ ſ; alii aliter ſentiãt ut ĩfra docebĩus. Romu.n.urbẽ cõditurus paſtores inter quos adoleuerat cõuocauit:cũq; eoꝝ nũerus condẽdæ urbi paꝝ idõeus uidereẽ aſylũ patefecit:quo ex finitimis locis peſſim⁹ q̃ſq; cõfugeret:atq; ita populũ Ro.cõflauit.legitq; ĩ ſenatũ cẽtũ q ætate añibãt de qb⁹ ait Prop.Buccia cogebat priſcos ad uerba quirites.Cẽtũ illi ĩ prato ſæpe ſenatus erat:Cũq; hi cõſilio:iuniores ãt armis rẽp.tuereẽ:placuit ut ĩ honorẽ utriuſq; p̃tis terti⁹ & q̃rtus mẽſis nomẽ acciperẽt. QVÆ ſeqẽ nũero turba uocata fuit:Reliq mẽſes a numero nomẽ adepti ſũt:ut Quĩtilis.Sextilis.Septẽber.October.Nouember:ac Decẽber:quoꝝ ultĩus Saturno a Romãnis cõſecratus ẽ quẽ ĩ ĩferioꝝ deoꝝ nũero hũerũt:ſed q a Romu. Quĩtilis dictus eſt:poſtea ĩ honorẽ Iulii cæſaris iulius appellatus ẽ:q̧a hoc mẽſe Iulius cæſar natus dr̃.Deĩde q Sextilis ãtea uocabaẽ ex ſenatuſcõſulto a cæſare Augu. Auguſti nomẽ accepit Hi duo mẽſes ſũt de q̧bus ait Vir.ĩ buc. Et ĩcipiẽt magni p̃cedere mẽſes. Tẽtatũ ẽ ãt ut ex aliis q̃dã a nõnullis ĩpatoribus denomĩareẽ q̧bus is honor adẽptus ẽ poſtq̃ hũanis rebus exceſſeẽ. AST numa nec ianũ:nec auitas p̃terit ũbras:Numa Põpilius ãno Rõuli Ianuariũ ac Februariũ adiecit:atq; uti autor ẽ liui⁹ ad curſũ lũæ duodecĩ mẽſes ãnũ deſcripſit:quẽ q̧a tricẽos dies ſingulis mẽſibus lũa ñ explet deſũtq; dies ſolido ãno:q ſolſtitiãi circũagiẽ orbe ĩtercalares mẽſibus ĩterponẽdo ita diſpẽſauit ut ãno.xx.ad metã eãdẽ ſolis uñ orſi eẽnt plẽis oĩum ãnoꝝ ſpaciis dies cõgruerẽt. Et Iãuariũ q̃dẽ primũ ãni mẽſẽ eẽ uoluit:qđ ĩ oĩbus placeret rẽ urbanã bellicæ ĩ honore p̃ferri ut Plutar. ſcri.ĩ Numa. Quãuis nõnulli (ut q̃dẽ ĩ q̃onibus refert) dixerĩt iõ Ianuariũ cœptũ primũ oĩum nũerari qđ exactis regibus Kalẽdis Ianuariis primi cõſules creati fuerĩt. Is a iano bicipite nomẽ habuit:q ſiue genius ſiue rex fuerit dr̃ ferũ & ſilueſtrẽ cultũ in urbanũ ciuileq; mutaſſe: hic ẽ cui oẽ prĩcipiũ ſacrauit antiquitas. Februarius uero dicatus ẽ Februo ditis p̃ri:qui luſtrationũ potẽs crediẽ. Luſtrabaẽ.n.hoc mẽſe ciuitas quo ſtatuit ut iuſta diis mãibus ſoluereẽ. Deputatus quoq; hic mẽſis ẽ deis inferis pp dies pares ſicut Ianuarius & Martius pp dies ĩpares diis ſupis dicati ſũt quos delectat ĩpar nũerus:ut Nũero de⁹ ĩpare gaudet. Nec nos lateat Februariũ olĩ fuiſſe ultimũ ãni mẽſẽ ut alibi latius dicẽus:uñ oĩ ĩtercalatiõi deputatus teſte Macr. placet aũt Ser. Ianuariũ aliq̃ñ fuiſſe pẽultimũ:qđ tetigiſſe putat Vir.ĩ.iii.Geor.ut Extrẽoq; irrorat aq̃rius anno. Menſibus antiqs p̃poſuitq; duos. Quõ p̃poſuit ſi Februarius ultimũ ãni tenuit locũ:quia qđ p aliũ facĩus p noſipſos facere uidemur: decẽ uiri.n.poſtea Ianuariũ & Februariũ a Numa additos cõiũxere. ¶TERTIVS menſis.ſ.anni romulei. A SEnibus dictus eſt:nam maius uocatus a maioribus hoc eſt a ſenioribus. QVAR tus:menſis. DE Nomine iuuenum:nam iunius a iunioribus dictus:ſed latius ſuo loco diſſeretur. TVRBA:menſiu;.ſ. QVÆ ſequitur:hoc eſt cæteri menſes qui ſubſequũtur. FVIT notata numero: quaſi uocata ab ordine numeri:nam quintus menſis quintilis dictus:ſextus ſextilis. Inde ſeptember:october:nouember:december: Verum poſtea quintilis iulius a iulio cæſare dictus eſt:& ſextilis ab octauio auguſto auguſtus inde Domitianus uoluit a cognomine & nomine ſuo ſeptember germanicum.& octobrem Domitianu; appellare. Sed eo mortuo mẽſes ſuis noĩb⁹ uocati ſũt. AT numa.duos mẽſes priori ãno ianuariũ:& februariũ a numa põpilio additos multi aſſerunt.fului⁹ tñ nobilior negare uẽ:& Tarqniũ priſcũ addidiſſe refert. Veꝝ uectius ĩ ſaturnalib⁹ Macro.de nũa referẽs hæc iqt.L.& ſex dies ĩ duos mẽſes pari rõne diuiſit.ac de duob⁹ primũ ianuariũ nũcupauit:primũq; ãni eẽ uoluit:tãquã bicipitis dei mẽſẽ reſpiciẽtẽ ac p̃ſpiciẽtẽ trãſacti ãni finẽ futuriq; prĩcipia. Scđm dicauit februo deo:q luſtrationũ potẽs crediẽ. Luſtrari ãt eo mẽſe citatẽ neceſſe erat. Statuit ut iuxta diis mãib⁹ ſoluereẽ. AT numa:q p⁹ romulũ regnauit de quo poſtea lati⁹. NEC p̃terit:q̃ſi nõ p̃termiſit. IANũ:q̧a mẽſiũ nũero admiſit.nã ab eo ianuariũ uocauit:ſed de iano & eius myſteriis paulopoſt. NEC auitas umbras.parẽtũ:ſiue auoꝝ aĩas:q̧a mẽſem ĩſtituit:quo illis parẽtareẽ:hoc ẽ quo fierẽt ſacrificia p̃ mortuis.& februariũ mẽſẽ dixit a februo & februare purgare ẽ:ſed de hoc.ii.lib.diceẽ. ILLE:numa. ADdidit duos mẽſes.ſ. Ianuariũ & feb. MENſibus:antiqs.x.mẽſibus a romulo ĩſtitutis.aliq legũt p̃poſuitq; duos:ſed uideẽ abſurdũ:quia nõ p̃poſuit.nã februariũ ultimũ anni fecit:niſi dicas ſi nõ præpoſuit p ſe præpoſuit p ſucceſſores.nam a.x.uiris februarius poſt ianuariũ numeratus eſt. NE TAmen.generalia q̃dã relaturus ẽ q in oĩbus cõtingũt mẽſibus:præſertim non eẽ eiuſdẽ officii dies oẽs:ſed aliud alii cõuenire. TAMEN ne ignores:ergo ſcias. Iura poteſtates ſeu officia. VAR iorũ dieꝝ:nam ut uarii noĩe.uarii tẽpore ita uariis officiis attributi. NON omnis lucifer: partem pro toto poſuit:nã principiũ diei pro toto die uel erit denominatio:cum ab eo quod facit id quod fit intelligitur:ut hic cum luciferũ pro die poſuit:aut pro diei principio. Lucifer a græcis φωσφοροσ dicitur ſtella.eſt ueneris.quæ cum ſole antecedit:ut Ci.inquit lucifer:cũ ſequitur ueſper uocatur:de ea multa refert Ply.lib.ii

ANT.
FAN.

Ianuarius
Februarius
Ianuarius a iano
Februarius unde iclinatus

PAV.
MAR.

Ille nefaſtus erit per quem tria uerba ſilentur
Faſtus erit per quem lege licebit agi.
Nec toto præſtare die ſua iura putaris
Qui iam faſtus erit mane nefaſtus erat:
Nam ſimul exta deo data ſunt; licet omnia fari
Verbaq; honoratus libera prætor habet:

ANT. ¶ILLE nefaſtus erit p quē tria uerba ſilētur:Numa ut Macro.tradit dies oēs aut feſtos aut pfeſtos aut itercíſos
FAN. uocauit.Feſti diis dicati ſũt:pfeſti hoíb' ob admiſtrádá rép.priuatáue cōceſſi:quoꝝ illo Corne.tacitus ſacros
Feſti dies hos negocioſos uocat.itercíſi deoꝝ hoíumq; cōes ſunt.Feſtis íſunt ſacrificia:epulæ ludi:feriæ.Profeſtis faſti co
profeſti mitiales:cōperédini:ſtati pliares:quoꝝ ſignificationé apud eúdé Macro.qre.Sunt át faſti teſte Varrone p quos
Intercíſi ptoribus uerba qdá legitima ſine piaculo fari licet ſiue i quibus ipm ius fatur.i.dr ut ſcribit Priſcianus. Cōtrarii
Faſti hoꝝ uocant nefaſti q teſte Feſto.N.lra notabát:p quos dies ea uerba fari ius nō eſt:& ſi ptores ea fati ſũt piacu
Nefaſti lũ faciũt:Ea uerba erát Do.dico abdico.Do qdé dice
Ceſſio bát cũ dabát ptáté citádi aliqué. Dico cũ pnũciabát
apud præ ſentétiá i cá quá cognouerát.Addico uero cũ quis in
torem iure cædebat.Fiebat át ceſſio hoc mō apud ptoreꝫ is
quomō cui res i iure cæditur ré tenés ita uēdicat:hũc ego ho
Addicere miné ſiue hác ré ex iure qritiũ meá eſſe dico.Deinde
unde ptor iterrogat eũ q cædit an cōtra uédicet:quo negá
Addicti: te aut tacéte tũc ei q uédicauerit eá rem addicit.Sane
uel An autore Feſto addicere eſt idem dicere & approbare
nexi dicédo.Inde addicti apud ueteres dicebant q præto
ris pnunciatione ac iuſſu cũ ſoluēdo non eſſent creditoribus uendebantur quos ét annexos uocabát.A.Gel.au tor eſt ex manifeſtis furibus liberos uerberari olim atq; addici ſolitos ei cui factũ furtũ eſſet ſi modo id luci feciſſent neq; telo ſe defendiſſent.Eſt etiam addicere dánare.Vnde addictos dicimus morti deſtinatos .FAStus erit p quē lege licebit agi.Faſtis diebus lege agi pōt cũ populo nō pōt.Vnde ait Liuius Numam dies faſtos ac nefaſtos feciſſe:qa aliqñ nihil cum populo agi utile futurũ erat.Illud quoq; ſciédum ad rem militarem nihil attinere utrũ faſtus uel nefaſtus dies ſit:ſed ad ſolas id actiōes priuatas reſpicere.Quare apd Macrobium legimus.Adiectoſq; oés a ſe dies faſtos noíauit ut maiorem daret actiōibus libertaté. NEC toto pſtare die ſua iura putaris. De intercíſis diebus loqtur qui ſunt ut diximus deorũ hoíumq; cōes:Vnde ait feſtus.Q ñ herus comitauit fas i faſtis notari ſolet:& hoc uidet ſignificare qñ rex Sacrificulus diuinis rebus pfectis i comitiũ uenit.Eoꝝ dieꝝ q
bUſdá horis fas eſt quibuſdá fas nō ius dicere:ná cũ hoſtia cædit fari nefas eſt inter cæſa exta & piecta teſte Ma
Exta crobio fari licet.Rurſus cũ adolet nō licet.Quod Varro cōfirmat his uerbis:itercíſi dies ſunt p quos mane &
aulicocia ueſperi eſt nefas:medio tpe iter hoſtiá cæſam & exta piecta fas eá ob cám:Rome flamen dialis qui Vindemiam
Aula pro auſpicabat cũ ioui agná feciſſet ut idé Varro memít iter ei' exta cæſa & piecta uinũ legebat. NAM ſimul exta
olla deo data ſunt licet oia fari.Exta ut Feſto placet ab extádo dicta ſunt nō quia diis maxíe extátibus pſecent:ſed qd
Auſpicia ea diis pſecari ſoleát quæ maxíe extát eminétq;.Extoꝝ q elixa & in oliis cocta fuiſſent aulicocia dicebantur:qm
peſtifera aulas antiqui dicebát quas nunc ollas dicimus cũ nullá lrám geminarent in iis ubi cor nō fuiſſet peſtifera auſpicia dicebantur:ſimiliter & cũ caput nō erat in iecore.nam muta exta tũc uocabant cũ nihil ex iis diuinatōis ani
Exta
Muta maduertebát.Regalia quæ petentibus inſperatũ honorem pollicebant Ea Velitris Marti ſemicruda reddi con
Extare ſueuerũt:qm ibi ut ſcribit Suetonius cũ Octauius Marti rem diuiná facerent nunciata repente hoſtis incurſione
galia ſemicruda exta proſecuit ac prœlium ingreſſus uictor rediit.Quamobré publico decreto:Velitris cautũ eſt ut
Ius hono impoſterum ſimili modo Marti exta redderent.Plutarchus in quæſtionibus autor eſt ſacerdotibus olim ueti
rarium tum crudam carnem tangere:qm ea neq; animal eſt neq; obſonium & quod recens & crudũ eſt aſpectum nequa
Prætor q purum & impollitum habet ſed ulceroſum & moleſtum.VERbaq; honoratus libera prætor habet:Præto
unde icli ris auctoritas tanta olim fuit ut quod ipſe edixiſſet ob eius honorem ius honorarium diceretur.Quare prætor
natur ut quibuſdam uidetur a præeſſendo ut nonio placet a præeundo nome accepit quod populo præiret cui regia in
Prætoriũ ſignia conſulareſq; ferme apparatus traditi ſunt.De hoc Cicero in epiſtola ad Plancũ:Placuit nobis ut ſtatim ad
Prætoria Cornutũ prætorem urbis litteras deferremus.qui quod conſules aberant conſulare munus ſuſtinebat more ma
porta iorum.Sane prætor non ſemper pro eo accipitur qui iura dicit:ſed etiam pro omni magiſtratu cui paret exerci
prætores tus.Vnde prætorium dicitur eius tabernaculuꝫ & cohors prætoria quæ a prætorio nō diſcedebat & porta præ
duo toria qua educebatur exercitus.Romani aliquando unum tantum prætorem habuerunt qui urbanus uocabatur
prætores Deinde peregrinorum multitudine undiq; in urbem confluente alterum creari placuit:qui q inter peregrinos ius
plures diceret peregrinus appellatus eſt.Creſcente uero imperio tot prætores adiecti ſunt quod ſibi populus Romanus prouincias ſubegiſſet.

PAV. ¶ILLE nefaſtus:Macro.cum de diuiſiōe dierum agat:numam inquit:ut in menſe annũ:ita in dies menſe diuiſiſ
MAR. ſe:dieſq; omnes aut feſtos aut profeſtos:aut intercíſos uocaſſe.Feſtos diis dicatos eſſe quibus inſunt ſacrificia. epulæ ludi feriæ.Profeſtos hominibus ob adminiſtrandam rem priuatam:aut publicam conceſſos:his inſunt faſti comitiales comperendini.ſtati.pliares.Intercíſos deorum hominumq; communes eſſe:ſed in ſe non alia diuiſi. Sunt tñ intercíſi dies:ut Var.& etiam ipſi Macro.placet p quos mane & ueſpe nefas ius dicere.medio auteꝫ tpe inter hoſtiá cæſam:& exta piecta fas a quo qd factũ intercidit intercíſi:aut quod intercíſum nefas:ſed de cæteris paulopoſt.Faſti Var.auct.dies ſũt p quos prætoribus oia uerba ſine piaculo licet fari.nefaſti per quos nefas fari prætorem do dico.addico.& ſi prudétia uel imprudentia hæc tria uerba emittuntur:piaculari hoſtia purgatur:q emiſerit prætor.Si ſeruus fuerit manumiſſus quia urbs libera erat.liber eſto.Mutius ambigebat eum expiari ut impium non poſſe.ILLE dies erit nefaſtus:cum fari non poterit prætor.PER quem:idem.SILENtur a prætore.ſ.TRIA uerba:hæc ſunt illa tria uerba quæ a prætorio proferebantur prætorius dicturus. Do dico addico:hoc eſt do leges dico ius:addico damno:nam addicere Pompeio teſte damnare eſt. FASTVS ERIT ille ſcilicet dies per quē licebit:fas erit.AGI LEge:hoc eſt cum poterit prætor ius dicere ſecundũ leges & iſtituta.

Nefaſti dies hac nota ſignantur Nefaſti ſic NP. NEC toto: erant dies in quibus mane cum fieret ſacrificiū iūs nō dicebat͂:ſic ea pte nefaſti.pfecto āt ſacrificio:cū ptor ius diceret.faſti.Sic dies nefaſtus mane poſtea faſtus:nec tu putaris quaſi nō arbitreris. TOTO die:die itegro. PER ſtare:perſeuerare ſeu firma eſſe. SVA iura:iura ipſi diei attributa. QVI:ille dies q iā abſoluto.ſ.ſacrificio. ERIT faſtus:cū fari poterit ptor. MANe cū fieret ſacrificiū.Erat nefaſtus:qa nō licebat fari ptorē.Mane Varrone teſte diei principiū quod tū manet dies ab oriē te:niſi potius quod bonū antiqui dicebāt manuū ad cuiuſmodi religionē:græci quoq; cū lumē afferꝛ ſolēt dicere φοσαγυον idē fere Pōpeius.ſic ēt Macro. mane dictū quod ab iferioribus locis.i.a manibus exordium lucis emergat:aut māe ab omie boni ominis.NAM ſimul.Ratio cur idē dies faſtus & nefaſtus ſit.Nā ſimul.i.poſtq̄. EXTA ſūt data deo:abſolutū ē ſacrificium.Exta ſūt ea interiora uitalia ut cor:iecur pulmo:& q ppe hæc.Dicta pōpeio teſte qđ ea dis ꝓſecenꝛ.q maxīe extāt eminētq;. LICet oīa fari:qa pt fari ptor & ptor honoratus h; uerba libera:qſi libere ſine ullo piaculo pt fari.Prætor dict⁹ qđ piret ī iure & ī exercitu.HOnorat⁹:nā ut Pōponius iuriſcō.ius ptoriū appellat͂ honorariū.& Paulus de iuſtitia & iure ius ēt ptoris honorariū dixit ſeu honoratū quia habet lictores & faſces more cōſulari.De ptore āt Pōpōius de origie iuris ſic inqt.Prætor creatus ē cū cōſules auocareꝛ bellis finitimis:nec eſſet q in ciuitate ius reddere poſſet.hic primo urbanus appellatus ē:eo qđ in urbe ius redderet poſt aliquot deinde annos nō ſufficiēte prætore eo q multa turba ēt pegrinorū in ciuitatem ueniret.creatus eſt & alius prætor q peregrinus appellatus ē:ab eo qđ plærūq; inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde ſardinia:& mox ſicilia & hiſpania ac narbonenſi prouincia. Totidē ptores quot prouinciæ in ditionem uenerant creati ſunt:partim qui urbanis rebus:partim q ꝓuincialibus præeſſent. ANT. FAN.

Eſt quoq; quo populū ius ē includere ſeptis
Eſt quoq; qui nono ſemper ab orbe redit
Vendicat auſonias iunonis cura calendas.

¶ EST QVOq; quo populum ius eſt includere ſeptis.Diem dicit Comitialem:quē teſte Macrobio cum populo agi licet: Nam cum faſtis diebus diximus lege agi poſſet cum populo non poſſet. Comitiali die utrunq; poterat quo ut inquit Feſtus in comitio conueniebant qui locus a coeundo.ideſt ſimul ueniendo dictus:poſtq̄ per tranſlationē ſeptorū nomine appellari:ut hoc loco.Sunt aūt ſepta proprie ut ait Seruius loca in cāpo martio incluſa tabulatis:in quibus populus Ro.ſuffragia ferre cōſueuerat:quæ quoniā ſimilia ſunt ouilibus aliquādo & ſepta pro ouilibus & ouilia pro ſeptis poni ſolent.Scire autem debemus q ait Varro l cere quidem cum populo Roma.diebus comitialibus ferre ſuffragia niſi ſi quæ feriæ conceptæ eſſent propter quas non liceret:ut compitalia latinæ. EST quoq; qui nono ſemper ab orbe redit. Sunt & dies qui nundinales dicuntur a nundinis:quæ a Romanis inſtitutæ ſunt ut octo quidem diebus in agris ruſtici opus facerent.nono autem die ad mercatum legeſq; accipiendas Romam uenirent.Columel.Nundinarum etiam conuentus manifeſtum eſt propterea uſurpatos: ut nonis tantummodo diebus urbanæ res agerentur:reliquis adminiſtrarentur ruſticæ.Itaq; Macro.appellat nundinas ferias ruſticorum.Et feſtus nundinas inquit feriarum diem eſſe uoluerunt quo mercandi gratia in urbem ruſtici conuenirent.De his Ply.libro decimooctauo natura.hiſtoriæ.Nundinis urbem reuiſitabāt:& ideo comitia nundinis haberi non licebat.ne plebs ruſtica auocaretur.Nundinas a nono die dictas eſſe nemini dubium uideri poteſt.Quare ait Plau.in Aulularia:Coquus ille nundinalis eſt in nonum diem ſolet ire coctum.ſimiliter & Nundinam deam:quam ait Macro.a nono die naſcentium nuncupatam qui luſtricus dicitur quo infantes luſtrantur & nomen accipiunt. VENDICAT auſonias iunonis cura calendas.Maiores noſtri ut inquit Plutarchus in quæſtionibus annum Iouis menſes iunonis eſſe exiſtimarunt:itaq; omnium calendæ iunoni ſacræ ſunt quæ inde a nonnullis dicitur calendaris.Eam enim eſſe Dianam quæ luna eſt:a cuius curſu menſis colligitur illud onē dit quod modo Dianam modo iunonem Lucinā dicimus cū in plenilunio mulieres facile partu leuari uideantur.Virgili.in Buc.Caſta faue Lucina.Ter.in And.Iuno Lucina fer opem.Dictæ autem ſunt calendæ a græco uerbo ideſt uoco pro quo nos calare dicimus.Varro:Primi dies menſium nominati calendæ ab eo q iis diebus calētur eius menſis nonæ a pontificibus.Olim enim ut Macro.docet pontifex minor nouæ lunæ primum obſeruabat aſpectum:qua uiſa regi ſacrificandum eſſe nunciabat.poſteaq; ſacrificio celebrato idem pontifex calata:ideſt uocata in Capitolium plebe iuxta curiam Calabram q dies a Calendis ad nonas ſupereſſe pronunciabat.Vnde ipſa curia Calabræ nomen accepit:& quintanas quidem dicto quinquies uerbo: ſeptimanas uero repetito ſepties prædicabat.Itaq; cum diem qui ex hiis qui calerentur primus eſſet calendas uocari placuit.Ideo autem minor pontifex numerum dierum qui ad nonas ſupereſſent calando prodebat.quia poſt nouam lunam oportebat nonarum die populos qui in agris eſſent confluere in urbem accepturos cauſas feriarum a rege ſacrorum ſciturosq; quid eſſet eo menſe faciendum.Vnde quidam hinc nonas exiſtimant dictas q̄ſi nonæ initium obſeruationis.Licet alii ſic eas nominati cenſeant q ab eo die ab idus nouem dies computentur.Adeo autem uerum eſt omnium menſium calendas ſacras eſſe Iunoni ut conſtet ianum dictum eſſe iunonium quaſi non ſolum menſis Ianuarii:ſed menſium omnium tenentem ingreſſus:qui ſunt in ditionē Iunonis.Calendæ apud græcos nullæ fuerunt.Vnde & auguſtus teſte Suetonio cum aliquos nunq̄ ſoluturos ſignificare uellet ad calendas græcas ſoluturos dicebat.Sunt qui calendas quaſi cælandas dici exiſtiment propter lunæ occultationem quæ una eſt e tribus eius planetæ mutationibus:quæ ſingulis menſibus fiunt ut Plutar.in queſtionibus tradit.Calendaria ſacra ut ait Seruius ſi qua ratione dilata fuiſſent repeti poterant cū anniuerſaria differri atq; iterari non poſſent.Lege Macrobium ubi & alia quæ ad hauc rem attinent:pertractantur.Auſonias autem calendas latinas dicit:quod græci eas non habeant ut diximus ſupra. PAV. MAR.

¶ EST quoq;: de comitiali & nūdinali die agit.Comitialis dies erat:cum habebantur comitia:hoc eſt cum cō

Comitiū
Septa
Nundiæ
Nundina dea
Calendæ Iunonis
Calendæ un dictæ
Calare
Calabra curia
Nonæ
Ad calendas græcas

uenìebat populus ad creandos magiſtratus:unde Varro comitialis inquit dies dicti quod tum eſſet populus cõ
ſtitutus ad ſuffragium ferẽdũ. EST quoq;:ẽ ẽt dies. QVO eſt ius:in quo die eſt poteſtas. INCludere popu
lum ſeptis:uocare populũ i campũ martiũ ubi ſeptũ erat:quo populus includebat:cũ creandi eſſent magiſtratus
& ſepta ẽt dicunt̃ p metaphorã ab ouili.nã & populũ pecudes:& gubernatoré paſtoré uocam⁹:ut Fabi. memi
nit. EST quoq;:ẽ ẽt dies:Qui ſemp redit ab orbe nono:a nono ſolis circuitu hoc ẽ a nono die & de nũdinali in
telligit:Nũdinæ tñ inter ſolẽnes ferias a Tito quintio poſitæ non ſunt:Inſtitutas uero fuiſſe nũdĩas Rutilius gal/
lus ait:ut ruſtici octo diebus ĩ agris eſſent & nono die repeterent urbem pro ſacris Plyni. tamen inquit ruſticæ
tribus nundinis urbem reuiſitabant:& ideo comitia nundinis habere non licebat: ne plebs ruſtica auocaretur
hæc ille. A nono autem die nundinæ dictæ ſunt. Nono ẽt die qui dicebat̃ luſtricus antiqui noĩa infantibus da/
bãt:& de ea q̃ in ueneratione erat nũdinæ ab ipſo die dicebãtur. VENdicat:calẽdæ iunoni:idus ioui ſacræ ſunt.
Primi dies mẽſiũ ut Varro inqt noĩari ab eo calẽdæ:quod his diebus calẽtur mẽſes: calẽdæ ẽt ut idẽ meminit iu/
noni ſunt attributæ. Vñ laurẽtes iunonẽ appellabãt calẽdarẽ:eiq; ſacrificabãt a martio ad decẽbrẽ:ſed romæ ca
lẽdis oĩbus reis uxor ſacrificuli porcũ uel agnã iunoni ĩmolabat:& mĩor põti fex ĩ curia Calabria rẽ diuinã facie
bat iunoni. Dicũturq; calẽdæ a calo.i.uoco. Vñ Macrobio teſte ipſi curiæ ad quã uocabat̃ Calabre nomẽ datũ
ẽ:nã curia calabria dicebt̃. Sed attributas iunoni calẽdas & Varronis:& põtificalis cõfirmat auctoritas. Ratio
ẽ q̃ ĩ ſaturnalibus a ꝑtextato refert̃. Cũ initiũ mẽſiũ maiores nr̃i ab exortu lunæ ſeruauerit:iure iunoni calẽdas
addixerũt lunã ac iunonẽ eãdẽ putãtes:uel q̃a luna p aerẽ meat. uñ græci lunã ἀρτέμην nũcuparũt ἀεροτόμην
quod aera ſecat. Iuno ãt aeris arbitra ẽ merito initia mẽſiũ.i.calẽdas huic deæ cõſecrarũt:inqt ergo poeta. CV/
RA iunonis uẽdicat:attribuit ſibi. CAlẽdas Auſonias:latinas ſeu romanas & hoc iõ dixit:quoniã græci calendas
nõ habẽt. Ideo auguſtus cũ aliquos nũq̃ ſoluturos ſignificare uellet ad calẽdas græcas ſoluturos dicebat νουμη
νίας græci principia menſium appellant. AVSOnias:ab auſonia q̃ pars erat Italiæ in qua ſunt urbes beneuẽ
tum cales teracina:ita dicta ab Auſone calypſus & Vlyxis filio. Nunc uero pro tota italia accipitur.

> Idibus alba ioui grandior agna cadit.
> Nonarum tutela deo caret:omnibus iſtis
> Ne fallare caue:proximus ater erit

ANT. ¶IDIBus alba ioui gratior agna cadit:idus qdẽ oui:
FAN. nonæ uero nulli deo dicatæ ſunt:q̃s tñ populus Ro.
exactis regibus maxĩe celebrauit nonarũ diẽ Seruili
Idus uñ dicuntur — Tullii natalẽ exiſtimãs. Dr̃ ãt idus ab iduãdo ꝙ is di/
es diuidat mẽſem. Induare.n.ligua hetruſca ẽ diuide
Lucetius — re. Hor.i iiii.carminũ. Idus tibi ſũt agẽdæ q̃ dies mẽ/
Dieſpiter — ſe; ueneris marinæ findit aprilẽ. Alii putãt idus dictas quaſi uidus a uidẽdo:ꝙ tũc plena luna uideat̃. Alii.
hoc eſt a ſpecie quã tunc iuno pleniſſime oſtẽdit. Alii a Thuſcis hoc nomen tranſlatũ uolunt::qui item dicũt io
uis fiduciã. Nã cũ iuppiter ſit lucis autor: Vnde uocat̃ Lucetius ac dieſpiter:recte is dies itis uocatur cuius lux nõ
finitur cũ ſolis occaſu pp pleniluniũ. quod in medio menſis fieri ſolet. Sane idibus ioui ouis alba mactabat̃ dice
baturq; idulis Feſto unde quidam idibus nomen inditum uoluerunt:Ex hac hoſtia ferunt albogalerum fieri ſo
litum quo diales flamines.i.iouis ſacerdotes utebantur:cui affigebat̃ apex uirgula oleagina. Sciẽdum calendas
nonas & idus copulandis nuptiis religioſas hoc eſt deuitandas fuiſſe autore Macrobio: ꝙ ii dies præter nonas
feriati eſſent & feriis uim cuiquã fieri piacula foret. Nonarum aliam rationem apud eundem Macrobium le/
ge. OMNIbus iſtis:ne fallere caue proximus ater erit. Dies qui ſunt poſtridie calendas nonas idus:quos quidã
Atri dies — praue ac perperam nefaſtos appellant atri ĩnominales ſiue impediti ac religioſi ſunt hoc eſt triſti omine iſa mes
in quibus nec quoq̃ exire nec peregre proficiſci conſueuerunt & rem diuinam facere ac rem quampiam noua;
exordiri temperabant quibuſq; nec iouem nec ianum nec quemq̃ ſuperum præfari fas putabãt. dictiq; ſunt ali
enſes ac poſtriduani:quoniam Sulpi.tribunus militum ad aliam diuerſus in gallos pugnaturus quod flumen ab
urbe.xv milibus paſſuum diſtat rem diuinam dimicandi gratia poſtridie idus feciſſe dicitur poſteaq; ad aliam
cum exitio urbis fede pugnatum eſt. Qua de re cũ in ſenatu uerba fierent cõplures ſenatores recordari ſeſe di
xerunt quotiens belli gerendi gratia res diuina poſtridie calendas nonas idus a magiſtratu populi Roma. facta
eſſet eius belli proximo deinceps prœlio remp. male geſtam. Senatus eam rem ad põtifices reiecit ut ipſi quod
uideretur ſtatuerent. Pontifices decreuerunt nullum his diebus ſacrificium rectæ futurum eoſq; dies neq; prœ
Poſtriduaui — liares neq; puros neq; comitiales eſſe. Alii poſtriduanos dies atros atq; infauſtos eſſe dicunt:quoniam inferis di
cati ſunt:cum nonarum calendarum atq; iduum dies qui principes appellant̃ faſti ac ſacri habeantur:ſintq; im/
paribus numeris terminati contraq; atri paribus terminẽtur. Lege Plutarchum in quæſtionibus. Dies atros nõ
nulli communes uelut ad emendationem nominis uocauerunt teſte Macrobio in quibus etiam parentare nõ
licebat cum in parentationibus ꝓfari Ianum ac iouẽ neceſſe ſit:quos noĩari atro die non oportebat.
PAV. ¶ALBA agna grandior:pinguis. CADIT:immoletur. IOVI:ad honorẽ iouis. IDIbus:die iduũ. Quili/
MAR. bet.n.menſis calendas idus & nonas habet ut primi dies menſium ſunt iunonis:ita idus ſunt iouis:& idus di/
ctæ:ut inquit Varro ab eo ꝙ hetruſci itis:uel potius ꝙ ſabini idus dicunt aut dicuntur idus quaſi uidus detra/
cto.u.quod eo die plena luna uideatur:aut quia iduare apud thuſcos diuidere eſt. Diuidũt enim menſes præci
pue nonas a calendis:uel ab hoſtia eo die ioui immolata:quam idulium appellabant:& Macro. refert nomen
hoc a thuſcis eſſe:apud quos is dies itis uocatur. Item illi interꝑtabant̃ iouis fiduciã:nã cum iouem accipiamus
lucis auctorem. Vnde & lucetium ſalii in carminibus canunt & cretenſes την ἡμέραν uocant:romãi dieſpitrẽ:
ut diei patrẽ iure dies hic iouis fiducia uocat̃. Cuius lux cum ſolis occaſu non finitur. Splendorẽ diei:& noctis
continuat illuſtrante luna quod ſemper plenilunio.i.i medio mẽſe fieri ſolet. Diem uero qui nocturnis caret te
nebris iouis fiduciã thuſco noĩe uocauerũt: Vñ & oẽs:idus iouis ferias obſeruandas ſanxit antiquitas. NONA
RVM:nonis nulli deo ſacrificatur:ideo ſub nullius numinis tutela eſſe dicuntur. Nonæ ut Varro ait:a pon/

tificibus qntanæ:& ſeptimanæ dictæ & ab eo qd añ dié nonũ ſunt dicunť:aut a nona luna:cũ põtifex eo die noná luná obſeruaret:& uiſam regi ſacrificuloꝶ idicabat. Vñ nonæ q̃ſi nouæ lunæ initiũ:aut qd ab eo die ad idus nové ſũt dies. Veꝶ ut dixius ſub tutela ſũt nulli⁹ numís:qm̃ iunõi & ioui cões reliquũť. TVtela nonaꝶ caret deo:p hypallagé:hoc ẽ nonæ carét tutela dei. PROximus oib⁹ iſtis:hoc ẽ dies q ſeqtur calendas nonas idus. ERIT ater:erit infaſtus. CAVE ne fallare:ne decipiaris:ná poſtridianos dies calẽdaꝶ nonaꝶ iduũ ifeli ces habédos cẽſuit antiqtas:ut mox dicá. Dicerẽ rõné calendaꝶ iduũ & nonarũ:niſi uel pueris notá quoq; ſciré.

Omen ab euentu eſt:nam roma diebus
Damna ſub aduerſo triſtia marte tulit
Hæc mihi dicta ſemel totis hærentia faſtis
Ne ſeriem rerum ſcindere cogar:erunt.
Ecce tibi fauſtum germanice nunciat annum
Inq; meo primus carmine ianus adeſt:

¶NE ſerié rerum ſcindere cogar: Hæc inquit ſemel dixiſſe uolui ne per omnes menſes repetita interſe- cent rerum dicendarum ordinem & confundát. ANT. FAN.

¶OMEN ab:quod atri dies ſint ab eo quod in his euenit obſeruatum eſt:uti refert aurelianus ille uecti us cum infeliciter dimicatum eſſet:ut apud Gellium eſt annalium.xv.& caſſum heminiam libro hiſtoria rum ſecundo.ccclxiii.urbis anno a Manlio & Au.po- ſthumio tri.pl. actum in ſenatu quid eſſet quod intra paucos annos totiẽs erat afflicta res.p.perquæſiuit li cynius haruſpex ex ſenatus præcepto retulitq; Qu. Sulpitium trib.pl.poſtridie idus quintiles contra ſenones dimicaturum ſacrificaſſe. Item ad cremeram multiſq; aliis in locis infœliciter dimicatuꝫ. Tunc põtifex iubente ſenatu ſtatuit poſtridie calendas idus & nonas dies atros habendos. Plutarchus aliá rationé affert. Inquit.n.cum primi menſiũ dies ſint dis ſuperis conſecrati:ita ſe- quẽtes iferis:qbus maiores purgatiõibus qbuſdá utebanť:& mortuis parẽtabát ſic & dies illos tris i méſibus prí cipes feſtos & ſtatos poſuerunt. Eos auté q ui ſequuntur tris diis manibus attributos religioſos & infauſtos haben dos exiſtimarunt. Ita Plutarchus inquit. Ego tamen miror:nam Fabius ſeruilius minime parentandum his die- bus cenſet.quia Iouem & Ianum neceſſe eſſet inuocare:quos non licebat atris diebus nominare:idem a Theodo ſio aurelio refertur:qui etiam teſtatur omnes poſtridianos dies fuiſſe nuptiis inhabiles & ad omina maiores ca uendos putaſſe. OMEN:horum.ſ.dierum atrorum qui ſunt infauſti:& omins & augurii:omen quod ab ore ho minis:uel a quocũq; eius geſtu:augurium uero quod ab auibus captat. EST ab euẽtu: ab eo quod his diebus acci dit:euentus enim pro caſu ponitur. Cicero in libris de diuinatione. Quid eſt inquit aliud ſors:quid fortuna:quid caſus:quid euentus niſi cum ſic aliquid cecidit:ſic euenit:ut uel nõ cadere atq; euenire: aut aliter cadere atq; eueni re potuerit. NAM roma illis diebus poſtridianis:ſcilicet calendarũ iduum & nonarum: TVLIT damna tri- ſtia:ab effectu triſtia quia tot Romani periere. SVB ADuerſo marte:ſub aduerſis hoſtium armis: cum mars aduerſus romanis & fauens hoſti. HÆC mihi:hác dierum rationem:quæ omnibus ineſt menſibus:nunc in prin cipio retulit:ne poſtea eſſet dicturus.& ob id rerum ordiné interrupturus. HAEC:quæ de diebus dixi. HAE rentia totis faſtis:quæ inhærent omnibus menſibus:ſic & faſtorum libris. NE COgar ſcindere: interrumpere SERIEM:ordinem. Rerum erunt mihi ſemel dicta:quaſi dixerim ſemel non dicam poſtea:& uidetur hoc in loco erunt habere aliquam præteriti temporis ſignificationem:cum dicat erunt dicta:quia iam dixit & dicturus non eſt:& Lucanus inquit nec tantis cladibus autor pœnus erit. Iam lõge ante fuerant clades illæ.& pœnus Han nibal. Vox quidem futuri eſt. Sed ſignificatu uidetur præteritum reſpicere. Quod non ſolum nos dicimus: qa ſunt qui in nos ita dicentes inuehantur:ſed Pompo.iuris conſul. de uerborum ſignificatione ita admonet. Erit uerbum:interdum etiam præteritum:non ſolum futurum tempus demonſtrat: cum codicilli ita confirmati teſtamento fuerint:quod in codicillis ſcriptum erit:utrum ne futuri temporis demõſtratio fiat an & præteriti.ſi ante ſcriptos codicillos quis relinquat. ECCE:de ianuario menſe acturus qui iano dicatus eſt:eum adeſſe in- quit bono omine: Ecce o germanice ianus nunciat tibi fauſtum annum:ſolebant ianuarii calendis bona omina & auguria captare:ideo inquit ianum nunciare fœlicem annũ germanico. ET Adeſt primus in meo carmine: nam hoc primo libro de eo agendum eſt. PAV. MAR.

IAne biceps anni tacite labẽtis origo
Solus de ſuperis qui tua terga uides.
Dexter ades ducibus:quoꝶ ſecura la
Ocia terra ferax:ocia põtus habet (bore

IANE biceps anni tacite labentis origo. Alloquitur ianum totius anni deum a quo ianuarius primus anni menſis no- men accepit. Vnde huic deo calendis ia nuariis ſacra publica celebrabant: queꝫ conſtat nihil aliud eſſe q̃ chaos cõfuſum ut ait Heſiodus ab initio unitanté hiáté patétéq; i pfundũ. Iõq; ut inqt Feſtus iano prio ſupplicabát uelut paréti & a quo reruꝫ om nium factum putabant initium. Eum nonnulli quadrifrontem eſſe uolunt propter annum in quattuor tempo- ra diuiſum ſiue q is annoꝶ mũdiq; ſator:ut ait Marti.cõplexus ſit quattuor mũdi climata. Alii bifrontem dicunt quaſi ſupeꝶ & inferũ ianitoré:uel quaſi diei dñm in quo ortus eſt & occaſus. Vnde illud eſt Horatii: Matutine pa ter ſeu iane libentius audis. Licet matutinus dici potuerit quia rebus incipiendis præeſſe dicitur:quas frequenti- us matutino incipimus tpe:ſiue qa eo tpe cõmédaturi nos diis immortalibus primũ ianum inuocare debemus ut pcibus noſtris ad deos aditũ pſtet & ianuam. Sunt & qui bifrontem ianum fictum uolunt quia græcus fu- it ut in monumẽtis pditum eſſe Plutarchus ſcribit in quæſtionibus cũq; in italiá traieciſſet linguá ſimul & uictũ mutauit. Vel qa cũ ianus in italia regnaret & Saturnum a ioue pulſum excepiſſet hoſpitio ab eo edoctus uſum uineaꝶ & falcis ferum illum & rudem ante fruges cognitas uictum redegit in melius:factuſq; prudentior gemi

ANT. FAN. — Ianus q̃drifrons — Ianus bifrons

Iano principia omnia ſacrata

Ianus anni deus

nam faciem pertuliſſe dicitur:ut q̃ ante quæq; poſt tergum eſſent intueretur. Alii dicũt poſtq̃ Romulus & Tati
us in fœdera conuenerunt iano ſimulachrum duplicis frontis effectum quaſi ad duoꝝ imaginẽ populorũ. Vn⸗
de deus p̃eſſe dicitur fœderibus faciendis. Nõnulli Ianum Dianam eſſe uolunt quæ putatur uiaꝝ dea. Alii apolli
nem & ideo geminũ ꝙ exoriens aperiat diem occidens claudat. Illud dubium nõ eſt huic deo antiquitatem om⸗
ne ſacraſſe principiũ. Quare Varro ait Iano quaſi oĩum mẽſium ingreſſus tenenti .xii. aras pro totidem menſi
bus dedicatas. Anni aũt deũ eſſe illud probat ꝙ Ply. ſcri. Ianũ geminum a Numa rege dicatũ eſſe digitis ita figu⸗
ratis ut trecentorum quinquagintaquinq; dierum notam per ſignificationem anni temporis & æui ſe deum
indicaret. Nec nos moueant uerba Plynii qui anno tribuit dies .ccclv tot.n. dierum annus aliquãdo fuit ut ſcri⸗
bit Solinus regnante Numa a quo Ianum eiuſmodi dicatum accepimus. Sunt & qui ianum ab eundo dictũ tra
diderunt ꝙ mundus .i. cœlum ſemper eat dum in orbem uoluitur & ex ſe initium faciens i ſe refertur: ideoq; &
Eanus dictus eſt & apud Romanos ſpectabat in quattuor partes ut eius ſimulachrum aduectum. phaleris oſten
debat. De hoc deo infra ſuis locis alia referentur. DEXter ades ducibus: Cæſaribus qui autores ſunt tranquillita
tis & pacis: qua teſte Suetonio terra mariq; parta ianus clauſus eſt: ut alibi dicemus.

PAV. MAR.

IANE: Ianum ĩuocat: cuius myſteria & mẽſem relaturus eſt. De quo nos quoq; multa acturi autore
utemur p̃textato macrobiano qui in ſaturnalibus de his diſſerit. REGionem iſtam: q̃ nunc uocatur
italia regno ianus obtinuit. Qui ut Iginius tradit cũ cameſſe indigena terrã hanc æq; poſſidebãt: ita
ut regio cameſena: oppidũ ianiculũ uocaret: poſt ad ianum ſolũ regnũ redactum eſt. Creditur gemi
nã faciem p̃tuliſſe: ut q̃ ante quæq; poſt tergum eſſent intueret: quod ad prudentiam regis ſolertiamq; referendũ
eſt. Mythici regnãte iano referunt oĩum domos religiõe: ac ſanctitate fuiſſe munitas eiq; diuinos honores eſſe de
cretos ob merita introitus & exitus ædium eidẽ cõſecratos. Xenophõ italicũ tradidit ianũ: in italia diis primum
tẽpla feciſſe & ritus ſacroꝝ inſtituiſſe: ideo in ſacris p̃fationẽ meruiſſe p̃petuã. Phiſici eũ magnis cõſecrãt argu⸗
mentis diuinitatis. Sunt qui ianum eũdẽ appollinẽ eẽ: & dianã & dicãt & in hoc uno utrũq; exprimi numẽ affir⸗
mẽt. Et.n. ſicut nigidius refert apud græcos apollo colitur q θυραιοσ uocaẽ eiuſq; aras ante fores ſuas celebrãt
ipſum exitus & introitus demõſtrãtes potẽtem idẽ apud illos ἀγυιευσ dicitur. quaſi uiis p̃poſitus urbanis illi uias
q̃ intra pomæria ſunt ἀγυιασ appellant: Dianæ uero ut triuiæ uiaꝝ oĩum idem tribuũt ptãtem: Apud nos ianũ
oĩbus p̃eſſe ianus nomẽ oñdit quod ẽ ſimile θυραιον cũ claui & uirga figuraẽ. quaſi oĩum & portaꝝ cuſtos &
rector uiaꝝ. Pronũciauit Nigi. apollinẽ ianũ eſſe. Dianãq; lunã: appoſita .d. littera: q̃ ſæpe i litteræ decoris cã ap⸗
poniẽ: ut rediẽ reditegraẽ. Ianũ quidã ſolẽ demõſtrari uolũt. & iõ geminũ quaſi utriuſq; ianuæ cœleſtis potẽtem
qui exoriens aperiat diẽ: occidẽs claudat. Inuocariq; primũ cũ alicui res diuina celebraẽ: ut per eum pateat ad illũ
cui imolatur acceſſus: quaſi p̃ces ſupplicũ p portas ſuas ad deos ipſe trãſmittat. Simulachrũ ei⁹ pleruq; fingiẽ ma
nu dextra .ccc. ſiniſtra .lxv. numeꝝ tenẽs ad demonſtrandam anni dimẽſionẽ quæ p̃cipue eſt ſolis poteſtas. Alii
mũdum .i. cœlum eẽ uoluerunt. Ianũq; ab eundo dictum quod mundus ſemp eat dum in orbem uoluiẽ: & ex ſe
initium faciẽs in ſe referẽ. Cornyficius etymo. lib. iii. Ci. inquit nõ ianũ ſed eanũ noĩat & ab eundo: Apud nos in
quattuor partes ſpectat: ut demõſtrat ſimulachrũ eius phaleris aduectum. C. Baſſus in lib. de diis ianũ bifrontẽ
fingi ait quaſi ſuperum: atq; inferum ianitorem eundẽ quadriformem quaſi uniuerſa clymata maieſtate comple
xum. Saliorum carminibus antiquiſſimis deus deoꝝ canitur. M. meſſala. gn. Domitii in conſulatu collega ideq;
per annos .xv. augur ita de iano incipit: qui cuncta fingit eademq; regit aquæ terræq; uim ac naturã grauẽ atq;
pronam in profundum dilabentem ignis atq; animæ leuem immenſum ſublime fugientẽ copulauit: circundato
cœloq; uis cœli maxima duas diſpares colligauit. In ſacriſq; inuocamus ianum geminum. Ianum patrem. Ianũ
iunonium. Ianum conſiuium. Ianum quirinum. Ianum patutium. Ianum cluſium geminũ: quia utriuſq; ianuæ
cœleſtis potentem &c. Patrem quaſi deoꝝ deum. Iunonium quaſi non ſolum menſis ianuarii ſed oĩum menſiũ
ingreſſus tenentẽ. inditione autem iunonis ſunt oẽs calendæ. Varro lib. v. reꝝ diuina. ſcribit iano duodecĩ aras
pro totidem menſibus dedicatas. Cõſiuiũ a cõſerendo .i. propagine generis humani q̃ a iano autore conſeriẽ:
Quirinum quaſi belloꝝ potentem ab haſta quã ſabini quirim uocãt. Patutium & Cluſiũ quia bello cauſæ eius
patẽt. pace claudunẽ: cãm inferius ſubiiciemus &c. quæ de iano dicẽda ſunt. Plu. de iano ſic loquiẽ apud ãtiquos
ianus ſiue geminus: ſiue rex fuerit diciẽ cultũ ſilueſtrẽ in ciuilẽ redigiſſe: & ideo bifrontẽ pingũt: quia alterã fecit
ex altera uiuendi forma eius tẽplũ cum duabus portis ẽ aperiẽ in bello ianus. Sed hæc hactenus. IANE biceps
qui gemino capite figuraris. ORIGO anni: quaſi qui das principium anno tuis a calendis incipienti. TACI
te labentis: qui annus tacite labitur. & ad ipſum tempus reſpexit: quod ẽ ut ſuperius diximus mẽſura motus cœ
li quod tacite moueẽ: iuxta illud tacito labentia cœlo: ſic & tpa tacite labunẽ. Qui ſolus de ſuperis: ſolus ex om⸗
ni cœleſtiũ numero. VIDES tua terga: quia cum biceps ſis reſpicis & anteriora & poſteriora. ADES dexter
propitius. DVCIbus: & tyberio & germanico qui militiæ p̃ſunt. QVOrum: ducum. LABOre: indu⸗
ſtria & uigilãtia. TERga ferax: fertilis. HABet ocia ſecura: habet quietẽ & pacẽ ſeorſum ab omni belloꝝ cu⸗
ra. PONtus: mare. HABet ocia: pacẽ quia nõ modo in terris: ſed ne in mari quidẽ bella geruntẽ & hoc ob pa
cẽ. q̃ auguſti & Tyberii tpe undiq; p orbẽ terraꝝ fuit. Auguſtus.n. poſt ciuilia bella repreſſa poſt actiacã pugnã
Antonio & cleopatra nauali p̃lio uictis ægyptũ in prouinciam redegit. Iuſtoq; bello domuit dalmatiam: canta
briam: aquitaniam: pannoniam illyricum: rhetos: uidelicos. Sallaſſos gentes alpinas. Dacos: germanos ultra al
bim fluuium ſummouit: ex quibus ſueuos: & ſycambros in galliam traduxit. Indos: & ſythas magnitudine nomi⸗
nis ſui ad amicitiam pellexit. Parthos ſub phaarte rege cõpeſcuit: & filios dare obſides coegit. Repoſcẽtiq; ſigna
Craſſi clade erepta: & .M. Antonii fuga ablata ſupplices parthi reſtituerũt. Armeniam & ſuperiores tauricos om
nis in amicitia retinuit: arabas per ælium gallum ſubegit: æthiopas per. M. Petroniũ contudit. Deniq;: ut Trangl
lus ait pace terra mariq; parta ianum quirinum cluſit. & Florus in fine fere operis ſui. Seres etiaꝫ inquit habitan

teſq; ſub ipo ſole idi romā ad auguſtū miſere legatos cū gēmis & margaritis:elephātos iter munera trahētes iti dē & legatos miſere ſcythæ:itaq; auguſti tpibus cōtinua totius hūani gnīs aut pax fuit:aut pactio:hæc ille: hæc q dē ē illa pax auguſti tpoꝝ q i ſacris lrīs ſignificat.Orief i diebus ſuis iuſtitia & abūdātia pacis cū eo.Significat.n. illud tempus:quo cœleſtis ipſe rex uere pacificus humanam carnem aſſumpſit.

Dexter ades patribuſq; tuis populoq; quirini
Et reſera nutu candida templa tuo.
Proſpera lux oritur linguiſq; animiſq; fauete
Nunc dicēda bona ſunt bona uerba die
Lite uacent aures:inſanaq; protinus abſint
Iurgia:differ opus liuida turba tuum.
Cernis odoratis ut luceat ignibus æther.

¶PATRibuſq; tuis populoq; qrini:ſenatui populo q; Roma.q Iani ac cœli benignitate ſubdiderūt pedibus ſuis ut amicus nr̄ iqt Garamātas & idos auro rā & zephyꝝ:nec non boreāq; notūq;. ET Reſera nutu candida tēpla tuo.Nō ut apte bellū ſignificent ſed ut calēdis ianuarii ad rē diuinā populus admittatur. LINguiſq; aiſq; fauete:itēti eſtote ſilete:nā i ſacris taciturnitas neceſſaria ē teſte Ser.Vñ ait Plyni. certis pcatiōibus pire aliquē rurſuſq; aliū cuſtodem dari q attēdat aliū pponi q faueri linguis iubeat:Pōtifices uero autore Donato dicere ſolebāt.Fauete liguis:fauete uerbis.Vñ illud ē Virgilii.Ore fauete oēs:& Feſtus ait i ſacrificiis dici.Paſcito liguā.i.coerceto contineto taceto.Decet.n.ciues ut apud Plutarchū legimus neq; audire qcq; reꝝ diuinaꝝ neq; aſpicere p negligentiā: ſed uacare a cæteris menteq; adhibere & ab oī crepitu ſtrepitu ac gemitu abſtinere.Ea de re qd diuus Hiero.pcipiat ſupſedeo recēſere.Nec cōtrariū ē qd ſequif. NVNC dicēda bona ſūt bona uerba die:admonet.n.Romanos ut orta luce adſint ſacrificiis:linguā coerceant:mentem adhibeant:deinde bona uerba dicant quoniam infœlix annus portendi putabatur ſiquid ſiniſtri ominis kalendis ianuariis diceretur.Sciendum tñ fauere interdum eē bona fari.Vnde fauentia:ut ait Feſtus bonam ominationem ſignificat. DIFfer opus liuida turba tuū:uel liuidā turbam accipe uel liuidā dum uereſ ne cadat a cauſa:uel nimia lucri cupiditate pallentem. Horatius in ſermonibus.Quiſquis ambitione mala aut argenti pallet amore.

ANT. FAN. Fauere linguis animiſq; Fauere

¶ADES dexter:ppici⁹.PATribus & popu.qrini:ſenatui & pop.Ro.QVIrini.Romuli(ut dixius)erat.n.& ſenatus & populus ab initio urbis a romulo iſtitut⁹:de multitudinis diuiſiōe ita Plut.ait:cōdita urbe. Romu. ex qb⁹ erat ad militādū uigor:legiōes fecit cæteros uocauit populū.C.creauit ſenatores quos appellauit patres: & ordinē ſenatū:quod nomē a ſenectute eſt.Patres dicti aut quod patroni multitudinis erant:aut quod pr̄es cæteroꝝ uidebanf.Patroni dñr a patrone quodā:q cū euandro ea loca tenuit ſtudioſus inopiæ plebis ſubueniendi. Aut a uirtute:aut pſtātia nobilitatis:quod uerius eſt pr̄es appellauit:ut ea noīs māſuetudine arrogātia: & iuidia pcul eſſet.Qui deinde ſenatui aſcripti ſunt:pr̄es cōſcripti appellanf.Liuius uero ab urbe cōdita cū inquit uiriū haud pœniteret. Conſilium deinde uiribus parat. Centum creat ſenatores:ſiue quia is numerus ſatis erat:ſiue qa. C.erant qui creari patres poſſent.Patres certe ab honore patriciiq; pgenies eoꝝ appellati. Diony.autē alycarnaſeus ita inquit Romulus urbanis negociis unum pfecit. Tribubus pcepit:ut ſingulæ tres eligerent: & curiis q triginta erant:ut totidem addito pfecto urbis.Ex hoc centenario numero cōſilium facit ſenatum appellauit aut ab ætate aut uirtute.Senatus participes:patres cōſcripti.Hoc igitur nunc poeta innuit. PATribus & populo tuis quaſi q ſunt ſub tutela tui numinis. ET Reſera:aperi. TVO nutu:quaſi tuo numine & auſpicio. CANdida tēpla:marmorea tēpla & tua & aliorum deorum qa tibi cæteriſq; deis eſt imolandum:nec abſurda eſſet ſnīa ſi diceremus de tēplo iani non intelligi:nam apertum bellū ſignificat & tunc nō bellū ſed pax ut erat optabatur. Numa ut autor eſt Liuius ianū ad infimum argiletū indicem pacis belliq; fecit apertus:ut i armis eē ciuitatem:clauſus pacatos circa ſe populos ſignificaret:bis deinde poſt numæ regnū clauſus fuit. Semel Tito manilio conſule poſt punicum primū pfectum bellū iterū quod nr̄æ ætati dii dederūt ut uideremus poſt bellū actiacum ab imperatore Cæſare auguſto pace terra mariq; parta:ergo ſi clauſus pacem ſignificabat & ea tunc maxima erat arbitraret de alioꝝ deorum tēplis intelligendum. Quibus pariter & Iano kalēdis ianuariis ſacrificatur pſertim cum ianus pſit omnibus tēplis & ianuarum potēs ſit quin etiā quod primū diis templa fecerit in italia ut tradit Xenophon. PROſpera:de kalendis intelligit ianuariis & prima die anni qua in totū annū omina & auguria captabanf. ORItur lux proſpera:dies Kalendarum ianuarium quod anni caput eſt. FAuete oēs:mihi hinc exordiēti aut. FAuete alteri & linguis hoc ē bonis uerbis.ET aīs:bona uolūtate:nā pōt quis fauere & plaudere uerbis nō tñ animo. NVNc in bona:die in kalendis iani. SVNt dicenda bona uerba ut in ipſo anni principio bona fauſtaq; omnia captenf.Seruatur nunc etiā mos hic & in tota græcia & in pluribus italiæ locis accedūt diluculo kalēdarū pueri ad nobiliū ianuas & qbuſdam rhithimis ſalutāt & bona uerba dicunt. LITe non eſt eo die litibus aut iurgiis incūbendū nec mala uerba proferenda. AVRes uacent lite:ſint liberæ & procul ab omni cōtentiōe:nam ut Cic.i libris de legibus inquit.Ratio feriaꝝ & feſtorū quietem litiū habet ac iurgiorum. Lis litis pro contentione forenſi.Vnde & i iudicio lite cecidiſſe dicitur qui eius rei de qua agebat cauſam amiſit. ABSint protinus inſana iurgia:quaſi pcul ſint inſanæ contentiones.Iurgia aliqui amicorum & affinium eſſe uolunt:ſed interdū ad forēſem altercationem referri uidemus.Sene.in hercule furēte hic clamoſi rabioſa fori iurgia uēdens iprobus iras & uerba locat.LIVIda turba:turba iuida & plena liuore.DIFfer opus tuum:& ad liuorem in foro litigantium & ad inuidentium maledicentia referri poteſt quaſi abſtineas hodie a maledicentia qua uti ſoles turba a ταραττω uerbo græco deducitur & ut labeoni placet & multitudinis hominum perturbationem & cœtum.i.coadunationem ſignificat. CERnis eo die in templis & pro foribus templi multa odorem facientia cremabantur. CERnis ut æter:ut aer. LVCeat ignibus odoratis:ignibus in quibus aut cedrea ligna aut thura odorem emittentia cremabantur.

PAV. MAR.

ANT. ¶ET SOnet accẽſis ſpica cyliſſa focis:p excellẽtiã crocũ dicit & aliud ſignificare nõ p̃t.id.n.p̃ſtãtiſſimũ i Cilicia
FAN. naſcit̃ ad antrũ coryciũ.Pli.pria nobilitas Cilicio croco & ibi i mõte coryco.Mar. Corycio q̃ uenit aura croco.
Spica Hoc maiores utebãt̃ i rogis ac ſacrificiis.Sta.i ſil.odoriferos exhauſit flãma ſabæos & cilicũ meſſes:Idẽ i eiſdem
cyliſſa Tu meſſes cilicũq; arabũq; ſupabas merge rogis.Idẽ i.vi.the.Necnõ aſſyriis pigueſcũt robora ſucis Pallẽtiq; cro
co.Oui.Infra thura nec eufrates nec miſerat ĩdia coſtũ.Nec fuerãt rubri cognita fila croci.Ara dabat fumos her
bis cõtẽta ſabinis.crocũ p̃terea ſcri.Pli.uino mire cõgruere theatra replẽda.uñ illd̃ ẽ Prop.Vinaq; fũdãt̃ p̃lis eliſa falernis Terq; lauet nr̃as ſpica cyliſſa comas. VE
ſtib' itactis tarpeias it̃ i arces.Impſonali uerbo utit̃
ut gñalẽ actũ oñdat ut it̃ i ãtiquã ſiluã.Currit̃ ad uo
cẽ iocũdã.Popu.n.ro.klẽ.ianu.nouis cõſulibus ieũti
bus mg̃ratũ ibat i capitoliũ ad rẽ diuinã: quã iõ ioui
faciebãt q; ei queãdmõm' & iano oẽ dẽtur initiũ.Vñ
illud ẽ a ioue pricipiũ muſæ.Et illd̃ añ iouẽ ſupplex
p uota p̃cat'.Per itactas ãt ueſtes uel nouæ accipiẽde
ſũt uel qd̃ magis placet cãdidæ:ut cãdidũ feſtũ candi
datus celebret populus.Quare auctor ſubiũgit:& po
pulus feſto cõcolor ip̃e ſuo ẽ.Hora.i ſer. Ille repotia
natales alioſue dieꝝ feſtos albat' celebret. Perſi. quãuis te albata rogarit.Oui.ad diẽ ſuũ natalẽ.ſ.expectas ſolitũ
tibi moris honorẽ Pẽdeat ex humeris ueſtis ut alba meis.Legimus & apud Sueto.i nerone funeratũ fuiſſe nero
nem impenſa ducentorum milium ſtragulis albis auro intextis:quibus uſus calendis ianuarii fuerat.

Et ſonet accenſis ſpica cyliſſa focis:
Flamma nitore ſuo tẽplorum uerberat aurũ
Et tremulum ſumma ſpargit in æde iubar:
Veſtibus intactis tarpeias itur in arces
Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt:
Iamq; noui p̃eunt faſces noua purpura fulget

IAMq; noui præeunt faſces. Deſignati conſules calendis ianuaris magiſtratum inibant ut diximus ſupra Lu
Faſces canus:inſtabatq; dies qui dat noua nomina faſtis.Quiq; colit primus ducentem tempora Ianum:iis faſces p̃
conſulum ferri a lictoribus conſueuerunt qui uirgarum & ſecurium erant:quoniam uirgæ quod mutari poteſt corrigunt
Secures quod emendari non poteſt abſcindunt:Eos quicunq; cõſules uictoriis potiti fuerant laureatos habue
runt teſte Plutarcho.Sed de his alias Sane moris fuit aliquando ut quem ordinem interrogandi ſententias cõ
ſul calendis ianuariis inſtituiſſet eum toto anno conſeruaret ut Suetonius ſcribit:Vnde Iulius cæſar conſul cũ
Pompeio iuliam filiam collocaſſet præterito Craſſo eum primum rogare ſententiaꝫ cœpit.A conſule pro cõ
ſul dictus eſt non qui pro alio conſule ſed qui cum poteſtate conſulari extra ordinem ad prouinciam aliquaꝫ ad
miniſtrandam mittitur:ſex tantum faſcibus cum duodecim conſulem p̃eant.NOVA purpura fulget: Si uerũ
eſt quod ſcriptores probatiſſimi tradiderunt poſteaq̃ reges exacti ſunt conſulibus fuiſſe conceſſum ut lictores
ſellam curulem cæteraq; regum inſignia retinerent quorum Macrobius & Dionyſius meminerũt: poſſumus
Sella hoc loco trabeam accipere.Illud autem dubium non eſt & conſules & imperatores olim uſos fuiſſe purpura.
curulis Ouidius ad Græcinum conſulem:Spectarem qualis purpura te tegeret. Plutarchus in Paulo: Aemilius ipſe
ſequebatur ornatiſſimo curru inuictus purpuram auro contextam indutus.Eam tamen ut idem ſcribit tribu
ni non ferebant cum cæteri magiſtratus incederent purpurati.

PAV. ¶ET Sonet focis accẽſis:crepitũ faciat cũ adurit̃.SPIca cyliſſa:cũ legerẽ hũc locũ & p̃r Sabi.q tunc uiuebat: &
MAR. alii i me iuehebãt̃:qm̃ de ſpica nardi uolueri itelligi:cũ ipſi de croco ex cilicia laud tiſſimo p̃ueĩẽti ĩtelligẽdũ eſſe
cẽſuerũt:nec aduertebãt:quo i errore uerſarẽt̃:ñ.n.poeta de flore:ſed de ſpica loq̃t̃ ñ.n.dixit flos cyliſſus:ſed ſpi
ca cyliſſa:& de nardo ĩtelligit:de quo Pli.odoris gr̃a oĩb' maior:& ſi cyliſſũ nardũ ñ legas apd̃ Pli.ñ refert ñ.n.in
qt Pli.ñ naſci i cilicia nardũ:ſed i primis laudat ſyriacũ:p̃xĩe gallicũ & creticũ. Adde q; ſyria iuncta ẽ ciliciæ: ut
qd̃ i ſyria naſcit̃ poſſit i ea p̃te ciliciæ naſci:q̃ ſyriæ iũcta ẽ. Ego aũt i ora ciliciæ ſpicã meis manibus legi:& audi
toribus meis oñdi:cũ hæc legerẽ.Præterea crocus cũ ſit magni odoris:ad odorẽ tñ ñ adurit̃:ſed ali' uſus ẽ adurũ
tur ligna odora & odoratũ gũmi: & ipſa ſpica quare de nardo ĩtelligẽdũ cẽſeo:& nõ de floribus. FLãma:q̃ fit i
aris. VERberat ſuo nitore:ſuo ſplẽdore & coruſcatiõe uerberare & lãbere uñ. AVRum tẽploꝝ:aureã tẽplo
rum celaturã & parietes deauratos & deaurata lagaria. ET Spargit iubar tremulũ:tremulã corruſcationẽ & lu
cẽ. IN Summa æde:i ſũmo tẽplo deaurato. IVBar p̃ lucifero ponit̃:ut apd̃ Vir.i.iiii.ænei.It portis iubare ex
orto dcm̃ ut põpeio placet:qd̃ ſplẽdidior eius diffũdit̃ i modũ iubæ leonis:& iubar p̃ ſplẽdore tm̃ ponit̃:ut hic.
VEStibus:eo die ibat populus cũ cõſulibus inituris mg̃ratũ imolatũ ioui optĩo maxĩo i arcẽ capitolinã. ITur:
q̃ſi it populus cũ cõſulibus. VEStibus itactis:nouis & ad eã diẽ nõ tactis. IN Arces tarpeias:ad tẽplũ iouis: qd̃
i arce tarpeia erat.Tarpeius mõs ut Varrõi placet:dcũs a tarpeia uirgine ueſtali:q̃ ibidẽ a ſabinis necata armis &
ſepulta fuerat.Plu.i uita romuli:iqt tarpeiã uirginẽ tarpeii filiã fuiſſe q̃ romanã arcẽ ſabinis p̃didit.Dict' poſtea
mons capitolinus eodẽ Varro.teſte:qd̃ cũ i eo fundamẽta ædis Iouis foderẽt̃ caput hũanũ inuẽtum ẽ:& ut p̃git
Varro hũc antea mõtẽ ſaturniũ appellatũ p̃diderunt:& ab eo late ſaturniã terrã:cuius ueſtigia ẽt Varronis tp̃e
manebãt.Saturni fanũ:ſaturnia porta:quã iunius pãdanã uocat:& poſtici muri legibus priuatis iſcripti. Hic ue
ro cũ effoderẽt̃ iouis ædis fundamẽta inuẽto hũano capite:ab aruſpicibus:& p̃cipue hetruſcis hitũ ẽ:arcẽ illã to
tius italiæ:deinde totius orbis futurã:ita a capite capitoliũ denoĩatũ.De hoc uero Tacitus.xix.ſuaꝝ hiſtoriarũ.
Vouerat Tarq.priſcus bello ſabino ſedẽ ioui optimo maximo:fecitq; fundamẽta:ſpe tñ magis futuræ magnitu
dinis:quã tũc popu.Ro.cõpeteret.Mox Ser.tullius adiecit aliq̃d.Deinde Tarq.ſup̃bus capta Sueſſa & pometia
p hoſtiũ ſpolia fecit:& reliq̃.In rupe igit̃ tarpeia capitolini iouis tẽplũ erat:hñs tria ſacella æq̃ cõſtructa.Iunonis
& mineruæ:i medio iouis:huc ergo ibãt cũ populo cõſules:& poſt ſacra mg̃ratuũ inibãt.Et popu.Ro. Eſt cõco
lor ſuo feſto:ei' coloris cũ feſto:q̃ſi cõueniẽs ſuo feſto:nã ut religioſa dies:ita & ip̃e religiõi incũbebat:& ut dies
erat feſta:ita & ipſe feſtiuus.Aut concolor ſuo feſto:quia prætextam ferebant eiuſdem coloris: IAMq; noui

iā noui lictores cū faſcibus præeūt & cōſules inibāt magiſtratū iā præeūt noui faſces:p̄eūnt populū noui conſu
les:nā faſces dicimus & pro cōſulari dignitate:& pro cōſulū īſignibus:& pro onere. Aut dicas:p̄eunt faſces:licto
res:qui cū faſcibus cōſules p̄ibāt:hēbat eni cōſul.xii.lictores:quos aliq uolūt primo romulū īſtituiſſe ſiue a uultu
rū nūero ſiue ab etruſcis edoctū. Veꝝ Dyo.iqt Tarq.priſ.etruſcos pene domitos coegiſſe:ut īſignia regū ſuoꝝ
regi ro.traderēt:q̄ hæc fuere.xii.ſecures. Trabea:curules:Anuli:Phalere:paludamēta p̄texta: Togæ pictæ: tuni
cæ palmate.& oīa īperii īſignia:qbus īperii maieſtas eminebat:de quo ēt diximus in odis in eo loco memoreꝫ
an ſupbos Tarquinii faſces dubito. Apud Macrobiū aūt legimus: Tullū Hoſtiliū regē tertiū debellatis etruſcis
ſellā curulē:lictores:& togā pictā atq̄ p̄textā īſignia magiſtratuū etruſcoꝝ romæ:ut gererent̄ iſtituiſſe. Et Syl
lius de his ita inqt Meoniæq̄ decus quōdā uetulonia gētis Biſſenos hæc prima dedit p̄cedere faſces:& totidē iū
xit tacito terrore ſecures. Hæc altas ebori decorauit honore curules. Et princeps tyrio ueſtē p̄texuit oſtro. Præ
eunt:prima ſyllaba diphtōgū hēt:& poeta breuē fecit:ſed hoc ex ueteri græcoꝝ regula apud quos αι idifferen
ter ponit̄:ut καὶ :quā p̄ticulā uertimus:& q̄ dicimus eadē ſignificatiōe:& diphtōgāda eēt:ſed uſus & breuē facit
& ſine dipthōgo ſcribit:q̄uis romæ in marmore uetuſtiſſimo ita legamus. Senatus populus quæ roma.& quæ
eſt ibi cū diphtōgo. *Seruauit* aliq̄n rōnē hāc Virg.i.iii.æne. Limiaq̄ lauruſquæ dei:& ſiqs diceret p̄eo hr̄e pri
mā breuē ob ſequentē uocalem uehemēter errat:nā id nō ſeruat̄ a noſtris ut æolus: æacus: æacide & aeætes.

FVLget, noua purpura: p̄texta purpurea cōſularis:ferebāt eni conſules p̄textā ut in libris de ponto in elegia
ad Græcinū cōſulē deſignatū cū eēt initurus magiſtratū. Mente tn̄ quæ ſola loco nō exulat utar: Prætextaꝫ:fa
ſces aſpiciāq̄ tuos. Purpura cōchilii genus eſt qd̄ florē ſicut Plynius appellat tingēdis expetitum ueſtibus in me
diis faucibus hēt liquoris minimi eſt in uena cādida. Purpuræ ut idē inquit Plynius alio noīe pelagiæ uocant̄.
Color hic pro maieſtate pueritiæ eſt. Diſtinguit ab equite curiā. Diis aduocat̄ placādis:omnēq̄ ueſtē illumīat ī
triūphali miſcet̄ auro. Et paulo inferius purpuræ uſum ſemp̄ fuiſſe uideo: Sed Romulo in trabea. Nam toga
p̄texta:& latiore clauo Tullū hoſtiliū e regibus primū uſum etruſcis deuictis ſatis cōſtat.

Et noua cōſpicuum pondera ſentit ebur:
Colla rudes operū præbent ferienda iuuenci
Quos aluit campis herba phaliſca ſuis;

ET NOua cōſpicuū pōdera ſentit ebur. *Sellā cu* ANT.
*rulē* dicit qua & cōſules utebant̄ & quidā alii magi FAN
ſtratus:ut ſigna quoq̄ in ſella noſſem formata curu
li:& totū numidæ ſculptile dentis opus. Hæc ut qui
buſdā placet a curuitate pedū nomē accepit. Seruius
tn̄ a curru dictā putat q̄ hi tantū ea uterent̄ qui triū Palmata
phali curru inuecti fuiſſent:ſicut ēt palmata dr̄ toga quā merebant̄ hi qui de hoſtibus palmā reportaſſent. Au. toga.
Gel.refert.C.baſſuꝫ in cōmētariis ſuis ſcriptū reliquiſſe ſenatores ætate ueterū qui curulē magiſtratū geſſiſſent
curru ſolitos honoris gr̄a in curiā uehi in quo curru ſella erat q̄ ob eā cām curulis appellabat̄:cū alii q magiſtra
tus curules nōdū cœperāt pedibus in curiā irēt:un̄ pedarii dicebant̄. Licet aūt currus primā ſyllabā p̄ducat curu
lis tn̄ abiecta lr̄a eā corripit. Hāc ſellā Macro.ſcribit a quo nōnulli diſſentiūt. Tullū Hoſtiliū tertiū regē roma Pedarii ſe
noꝝ debellatis etruſcis primū ut romæ hēret̄ iſtituiſſe:necnō & lictores togā pictā atq̄ p̄textā:q̄ īſignia Hetru natores.
ſcoꝝ magr̄atuū erāt. Nec nos lateat q̄ qdā tradūt reges qdē romanos cuꝫ curru ueherent̄:hac ſella ad eminētiā
uti ſolitos:exactis aūt regibus cœpiſſe magiſtratus maiores ut cōſules dictatores uehi nō curru ſed tm̄ ſella cu
ruli. COLLA rudes operū p̄bēt feriēda iuuēci. Hi ſunt quos Donatus egregios uocat:eximebat̄ eni in ſacrifi Egregii
cia optimū pecus e grege ut autor eſt Feſtus. Vir.mactat lectas de more bidētes. Cædebant̄ aūt ioui capitolio Iuuenci.
iuuēci albi atq̄ iniuges electi ex agro faliſco. Ibi eni ut Ply.ſcribit aq̄ clytūni amnis epota boues candidos facit.
Quare romani petebāt inde uictimas ioui capitolino mactādas. Virg. Hinc albi clytūne greges & maxīa tau
rus uictima. Sillius. Et ſedet ingentē paſcēs meuania taurū dona ioui. Quo in loco ſciēdū eſt Siliū a Plinio non
differre:ea eni pars umbriæ ubi meuania in p̄te Thuſciæ ponit̄ autore Seruio:nouimus aūt faliſcos eē in thu Faliſci.
ſcia & haud p̄cul ab urbe teſte Plynio:q̄uis aliqui ut ait Strabo Faliſcos p̄ ſe gentē poſuerint. Sciēdū ut Macro Iniuges
bius docet q̄ cū hoſtiarū duo ſint genera. Vnū in quo uolūtas dei p̄ exta diſquirit̄: Alterū in quo ſola aīa deo hoſtiæ.
ſacrat̄:in his ipſis hoſtiis uel aīalibus uel cōſultoriis q̄dā iniuges uocabantur.i.quæ nunq̄ domitæ ac iugo ſubdi
tæ fuerant:quales iuuencos autor hoc tempore ioui mactari ſolitos dicit.

ET Cōſpicuū ebur:clara & eburna ſella curulis ex ebore eni ea erat ornata ut ex *Syllio* diximus. Hæc altas PAV
ebori decorauit honor̄ curules:& ī li.de pōto ī eadē elegia *Signa* quoq̄ ī ſella noſſē formata curuli. Et totū nūi MAR
dæ ſculptile dētis op⁹:& de ebore loqt̄:ſic & cōſpicuū referas ad cōſpicua & illuſtria ex ebor̄ ſigna ī ip̄a ſella:ut ī
eiſdē li.ad Pōpe.cōſulē inquit. Cōſpicuū ſignis cū præmet altus ebur. SENtit noua pōdera:quia noui magiſtra
tus in ea ſedēt:& nō mō cōſulū: ſed ædiliū quoq̄ ea ſella eburnea erat. COLLA mactabant̄ eo die iuuēci qui
opis eſſent exptes. Rudes operū iuuēci indomiti qui nōdū iugū tulere:neq̄ arauere. PRÆbēt colla feriēda ſe
curi:p̄bēt ſe mactādos ſacerdoti ab ara minime refugiētes:nō enim rite īmolabat̄ ſi ab ara ſe ſubtraxiſſet.nam
a ueteribus p̄babat̄ uictima nō clauda:nō breuioris articuli:nō quæ arā refugeret: nō externa ſed patria. Ve
rū cū hic de phaliſca agat.nō de externa agit.nā patria quoq̄ dici poterat. QVOS:iuuēcos operum rudes.
HERba phaliſca:aluit ſuis cāpis.qui adulti in phaſilicoꝝ cāpis romā inde agebant̄:& tā ex umbris:q̄ ex phali
ſcis tauri romæ īmolabant̄.& a triūphātib⁹.& a nouis cōſulibus & in libro de ponto poeta de Pōpeio conſule
idē fere inquit. Colla boues niueos certe præbere ſecuri. Quos aluit cāpis herba phaliſca ſuis.& apud ueteres
capitale erat bouē mactare:quē ut Ply.inquit. Sociū laboris agriq̄ culturæ hēmus.& addidit exēpluꝫ illius qui
bouē occiderit in exiliū eiecti. Tanq̄ colono ſuo interēpto Præterea & in egypto bos numinis uice colebatur.
PHAliſca:a phaliſco oppido. Strabo iter oppidula etruriæ phaliſcū refert. Poſtea addit. Aliq ſane phalerios
in Thuſciæ regione minime locādos eſſe aiunt.ſed phaliſcos p̄ ſe gentē. Quidā ēt phaliſcos p̄prii ſermonis ci

uitatē poſuere. Aliqui oeaci ſymphaliſcū appellāt in uia flaminia iacentē inter ochecului & Romā hæc ille: ſed a quo hūerit originē dicem' in q̄rto. IVPpiter: ob maieſtatē & magnitudinē iperii romāi dictat hæc: q̄ nihil ab ioue e ſūmo cœlo reſpici poterat: q̄ rōani iuris nō eēt. termiatū eni erat iperiū prio oriēte extrēoq̄ occidēte.

ANT. ¶IVPPITER arce ſua totū cū ſpectet in orbē. Nil
FAN. niſi romanū qđ tueat̃ hēt. Iure romani iouē uenerā-
tur cū eius fauore uniuerſū orbē poſſideāt. Virg. in
primo æneī. certe hinc romāos olim uoluētibus an-
nis. Hinc fore ductores reuocato a ſanguine Teucri.
Qui mare qui terras oī ditione tenerent pollicitus
Nā tibi par nullū græcia numē hēt. Quæ deoꝝ ha-
bitus interp̄tata eſt & fabularū putat̃. uentrix atq̄ in
ipſa mēdax hiſtoria: cuiuſq̄ ut ait Euſe. popularis &
fabuloſior thelogia eſt. Lucidior uiſa eſt: nimbo di-
uo ob aduertū numinis. TENENS baculū dextra
clauēq̄ ſiniſtra. Placet Macrobio Ianū cū claui & uir
Clauis & uirga. ga ideo figurari: quia eſt oīum portarū cuſtos & re-
ctor uiarū. Sed utrūq̄ idoneū eſt ianitori: baculus ad
Iano aſſi- uim repellēdā: clauis ad claudēdas ac reſerādas fores
gnatur. Me chaos antiqui nā ſum res priſca uocabāt: Ianus te
Chaos. ſte Macrobio ſalioꝝ antiquiſſimis carminibus deus
deoꝝ canebat̃. creditusq̄ eſt a nōnullis qui mūdū eē
genitū uolūt nihil ut diximus aliud eē quā chaos con
fuſā & hiantē ab initio unitatē ac prīcipiū p̄ductiōis
oīum rerū. Vñ illud eſt. M. Meſſalæ auguris de hoc
deo q cūcta fingit eadēq̄ regit aquæ terræq̄ uim ac
naturā grauē atq̄ p̄nā in p̄fundū dilabētē ignis atq̄
aīæ leuē in imēſum ſublime fugientē copulauit circū
dato cœlo. Hinc Ianus deoꝝ antiquiſſimus dr̃. Iuue
nalis. Dic mihi nūc q̄ſo dic antiquiſſime diuuꝫ rñdes
his iane pater. Lege Macrob. in Saturnalibus q multa
de hoc deo tradit & apte pariter & copioſe.

Iuppiter arce ſua totum cum ſpectet in orbē
Nil niſi romanū quod tueatur habet:
Salue feſta dies meliorq̄ reuertere ſemper
A populo rerum digna potente coli:
Quē tamen eſſe deum te dicā iane biformis
Nam tibi par nullum græcia numē habet
Ede ſimul cauſam cur de cæleſtibus unus
Sieq̄ q̄ a tergo ſieq̄ q̄ ante uides:
Hæc ego cum ſumptis agitarē mente tabellis
Lucidior uiſa eſt q̄ fuit ante domus:
Tunc ſacer ancipiti mirandus imagine ianus
Bina repente oculis obtulit ora meis:
Extimui ſenſiq̄ meos riguiſſe capillos:
Et gelidum ſubito frigore pectus erat
Ille tenens baculum dextra clauemq̄ ſiniſtra
Aedidit hos nobis ore priore ſonos:
Diſce metu poſito uates operoſe dierum
Quod petis & uoces percipe mēte meas:
Me chaos antiqui nā ſum res priſca uocabāt
Accipe q̄ longi temporis acta canam:

PAV. ¶IVPPITER cū totū orbē ſpectet a ſua arce: cumomnes terras & maria p̄ſpiciat e ſummo æthere: qui illi aſ-
ANT. FAN. ¶ AD PEnetrale numæ capitolinũq; tonãtẽ Inq; iouis ſumma cædit̃ arce bidẽs:Calẽdis quoq; Februariis in æde Veſtæ ac tẽplo iouis tonãtis quæ rẽ diuinã faciebãt. Scire aũt debemus ꝙ Numa Põpilius( autore Solino)hitauit primũ in colle Quirinali:deinde ad ædẽ ueſtæ ĩ regia Oui.alibi:Hic locus ẽ Veſtæ q palladia ſeruat & ignẽ. Hic fuit antiqui regia ꝓua numæ. Hinc illud ẽ:Taciti numæ regia & delubrũ ueſtæ cũ pẽatib9 po.ro. exuſta. Sũt ãt Penetralia(ut ait Feſtus) penatũ deorũ ſacraria q(ut Mac.docet)dii ſũt:ꝑ quos penitus ſpiramus:ꝑ quos habemus corpus:per quos rõnẽ aĩ poſſidemus: ut iuppiter.iuno. minerua. Videt̃ ãt Vir. Voluiſſe Veſtã quoq; de numero eẽ penatũ:q cũ dixiſſet: Sacra ſuoſq; tibi cõmẽdat Troia penates:mox adiecit: Vittas ueſtãq; potẽtẽ æternũ adytis effert penetralibuſq; ignẽ. De Troianorũ Romanorũq; penatibus alia ſcitu digna apud eũdẽ Macrobiũ lector ĩueniet. Traditum ẽ ſeruari in occultis lituos ferreos æneoſq; & uas quoddã Troianũ fictile eoſq; eſſe deos penates Troianorũ. Diony.uero duos iuuenes uirilis ſpeciei deos penates eſſe inqt ſedẽtes ac pila tenẽtes Capitolini ãt tonãtis ædes ea ẽ quã Auguſtus(teſte Suetonio)ſtruxit ĩ capitolio.cõſecrauitq; liberatus ꝑiculo cũ expeditiõẽ cãtabrica ꝑ nocturnũ iter lecticã eius fulgur ꝑſtrixiſſet ſeruũq; per ducẽtẽ exanimaſſet. In hac æde iuppiter fuit deliaci æris exẽplar autore Plinio. Tu uero lector amice caue hoc loco ne ꝑ capitolinũ tonãtẽ iouis optimi maximi ædẽ accipias.aliud.n.ẽ tẽplũ iouis tonãtis qđ ut diximus ædificauit Augu.aliud iouis optimi maximi quẽ Suetonius.Pli.Plu.aliiq; ſcriptores capitolinũ iouẽ nõ capitolinũ tonãtẽ appellãt:cui targnius Demarati filius(autoribus tacito & Plutarcho)ædẽ uouit:Targnius autẽ ſupbus extruxit q librarũ argẽti q̃draginta milia ĩ fundamẽta dr̃ ĩpẽdiſſe. Capitolino ioui Põpeius magnus(ut Pli. refert) ſex pocula murrhina dicauit. Auguſtus uero in eius cellã(teſte Suetonio)ſexdecim milia põdo auri gẽmaſq; ac margaritas qngẽties ſeſtertiũ una donatiõe cõtulit. Fuerũt ãt ioues tres ut qbuſdã placet.duo theologi:atq; arcades quorũ alter ætheris:alter celi filius fuit.tertius uero q magis ab oibus celebrat̃ Saturno genitus patrẽ regno pepulit. Per hũc deũ iuraturi lapidẽ ſilicẽ tenebãt hæc dicentes ſi ſciens fallo me dieſpiter ſalua urbe arceq; bonis eiiciat ut ego hũc lapidẽ. Hic ẽ deus ille:quẽ poetæ optimũ maximũ uocãt:quiq;(ut inqt Hora.)mare & terras uariiſq; mũdũ tẽperat horis:uñ nil maius generat̃ ipo nec uiget quicq̃ ſimile aut ſcđm. Sane P.Nigidius ut A.G. refert nõ oues ſolas ſed oẽs bimas hoſtias bidẽtes dictas ait q̃ſi biennes. Iginus uero iulius bidẽtes ſcripſit appellari hoſtias quæ per ætatẽ duos dẽtes altiores hẽrent & diuidẽtes uocabant̃ ut Feſtus tradit. Hæ dicebant̃ lectæ autore Seruio:cũ nec caudã aculeatam:nec linguam nigrã:nec aurem fiſſam haberent. A bidentibus bidental nomẽ accepit: cum.n.fulgura cadebant aderant qui locũ expiarẽt bidẽtibus cæſis:quẽ clauſum & ſeptũ bidental appellabãt:itaq; ſcribit Feſtus bidẽtal quoddã tẽplũ dici:ꝙ ĩ eo bidẽtibus hoſtiis ſacrificet̃. Putatq; bidẽtes oues eſſe duos dẽtes habẽtes cæteris longiores.ĩmolabãtur aũt in bidẽtali binæ pecudes ut Nigidius Figulus ſcripſit teſte Nonio. SÆPE graues pluuias adopertus nubibus æther. CONcitat:Columella ſcribit calendis Februariis incipere fidis occaſum & eſſe interdũ auſtrũ grãdinemq;. GEMma purpureis cũ iuga demet equis: Poetice deſcribit Solis occaſum:cuius equi quattuor ſunt quorũ nomina lege in ſecundo Metamorphoſeos.græca ſunt & apertam ſignificationem habent.dicit autem.iiii.nonas lyram occidere.

Margin notes beside this passage: Iouis capitolini ſacrificium cal. febr. — Penetralia — penates — Capitolini iouis ædes — Tẽplum iouis tonantis — Capitonus iupiter — Ioues tres — Iuppiter lapideus — Bidentes — Bidental

PAV. MAR. ¶ AD pe.fit eodẽ die ſacrificiũ ĩ tẽplo ueſtæ & ĩ tẽplo Iouis ĩ arce capitolina & iõ. BIDens:quaſi ouis biennis: nec ĩtelligi uult Cel.a numero dẽtiũ:ſed a bimatu:hoc ẽ q̃ duos annos hẽrent. CÆDitur:ĩmolat̃. AD penetrale:hoc ẽ ad ſacrariũ. Penetralia.n.eſſe inquit Põpe.penatũ deorũ ſacraria NVMAE:de Numa ſuperius dixim9 hoc eſt ĩ tẽplo Veſtæ:ꝙ erat ubi fuerat Numæ regia:de quo ĩferius. ET ad:apud. TONantẽ capitolinũ ĩ tẽplo Iouis capitolini:qđ tẽplũ primus dedicauit Hora.puluilũ de ſupiore libro dictũ qđ qa obſcure dixerat per ea q̃ ſequũtur declarat & ẽ iterꝑtatio. CÆDItur bidens:pecus biẽnalis. IN Arce Iouis ſummi:hoc eſt in arce capitolina:ĩ tẽplo iouis. SÆPE ſolet tẽpus illud eẽ pluuiũ.nã ĩterdũ aq̃ interdũ niues ea die iminẽt. AEThera:aer. ADOpertus:cohoptus. ANVbibus eo.ſ.die. SÆPE concitat cõmouet. PLVuias graues:hoc eſt moleſtas uel graues quo ad magnitudinem pluuiæ. Aut latet terra ſub niue poſita:q̃ſi ſupiecta niue. PROximus:ſecũda die feb.occidit oĩs lyra:de hac ſupiore lib.diximus:occidũt ẽt leonis terga:& ſuperius diximus anteriore ꝑte oc-

cidere ibi ignis ueniẽti nocte leonis:qui micat in medio pectore merſus erit:nũc uero occidũt tres ſtellæ:quæ in tergo habet:nã hygi.teſte ſtellarũ eſt.xix. PROximus titã:ſupius diximus cur ſol titã diceret. ABIturus in undas heſ.quaſi occaſurus merſurus ſe ĩ undas hiſpanas.Hiſpania.n.heſperia dicta eſt a ſtellla ut diximus. CVM demet iuga gẽmea:gem mata aut nitida ut gemmæ. EQ VIS purpureis:ab ipſo rubicũdo colore ſolis purpureis equis:dixit equi ſolis quattuor ſunt.de quibus habetur in.ii.met.Eous:Pirous:Aethõ.& Phlegon: quæ noĩa tradita ſunt ab ipſo ſolis effectu.Eous ab ipſa luce in principio diei:nã ε ωσ εοο σ́ aurora eſt:& εωὸσ matutinus dicitur.inde φώσφοροσ.Lucifer Pirous a πυρ quod eſt ignis quaſi ignitus λιο ωυσ græce ſplendidus latine Phlegon urens.nam φλατω idem eſt quod uror & incendo latine. ILLA nocte·poſt occaſum ſolis. ALIquis tollẽs pro attollens. VVLTVM ad ſydera dicet:ubi eſt hodie lyra:q̄ fol.heri:occidit ideo nõ apparet..

Dicet:ubi eſt hodie quæ lyra fulſit heri:
Dũq; lyrã quæret medii quoq; terga leõis
In liquidas ſubito merſa notabit aquas
Quæ modo celatũ ſtellis delphina uidebas
Is fugiet uiſus nocte ſequente tuos:

CVBI ẽ hodie quæ lyra fulſit heri:Lyra quã dixim⁹ fidem & fidiculam uocant(licet fides ut quibuſdam placet proprie ſit citharæ neruus:& fidicula interdu; neruus quo ad tormenta utebantur)hoc tempore occidit ueſperi quod etiam Plinius ſcribit parum ab Ouidio Columellaq; diſſentiens:de cuius ſigni occaſu autor ait ſupra:Apparet toto ia; lyra nulla polo. Quod nos mouere non debet non ſolum quia forma & magnitudo ſignorũ facit ut alio tempore incipiant exoriri atq; occidere alio deſinant:qua ratione totius lyræ forma non apparente eius tamen particula uideri poterit lyræ nullam imaginem obiiciens inuenti:ſed quod de ſignorũ ortu atq; occaſu tanta ẽ inter autores diſſenſio ut nihil tradatur incertius'raro ut inquit Plinius illius ſententia cum alio congruente.Quod ut cætera prætereantur una oſtendit diſcordia quod matutinũ uigiliarum occaſum Heſiodus fieri dixit cum equinoctium autũni conficeretur:Thales.xxv.dies ab æquinoctio:Anaximander.xxix.Eudemon.xlviii.Nec nos latet præterea quantum hac in re addat uel minuat diuerſitas horizontis.unde non eſt cur mirari debeamus ſi eadem interdum a poeta uarie traduntur.Diodorus autor eſt mercurium ægyptium lyræ inuentorem fuiſſe quam trichordem feciſſe dicit:is eam Apollini tradidiſſe fert a quo ad amphionem peruenit.Horatius.Mercuri nam te docilis magiſtro mouit amphion lapides canendo.Ea in celũ tranſlata eſt ut diximus ſupra. MEDii quoq; terga leonis in liquidas ſubito merſa notabit aquas:Leo Cleoneus inter aſtra eſt ut quibuſdam placet uel ꝙ ſit princeps ferarũ uel ꝙ ab Hercule inermi primo certamine fuerit interemptus:qui a Cleone oppido Nemeæ ſiluæ uicino cognomẽ accepit: quamuis nonnulli tradant Nemeũ leonem non eſſe quem dicimus Cleonem.Eius terga hoc tempore mane occidũt occaſu coſmico:Aquario uidelicet oriente cũ ſole q magnam eius ſigni partem emenſus eſt.Vnde ſcribit columella tertio nonas huius mẽſis mediũ Leonẽ in occaſum ferri eius pellem hercules habuiſſe fingitur autore Feſto ut homines cultus antiqui admoneantur.Sed attende occaſum hunc tribui eidem nocti qua & lyra occidit. QVEM mõ celatũ ſtellis delphina uidebas.Is fugiet uiſus nocte ſequente tuos.iii.nonas Feb.Delphin occidet ueſperi.de cuius ortu heliaco ſupra legimus:iterea delphin clarum ſuper æquora ſidus tollitur.Sol.n.hoc tempore adhæret piſcibus:qui ubi in occaſum ferri cœperint oriat. Virgo neceſſe eſt:cuius ſigni ex ortu Delphinem conſtat occidere.Hanc alii eum eſſe nolunt:qui miſſus quæſitum amphitritem a Neptuno amatã uirgini ut ei nuberet.perſuaſit ut diximus ſupra.Alii unum eſſe dicunt e nautis quos Bacchus in delphines dicit conuertiſſe Alii eũ eſſe uolunt:a quo Arion uectus eſt fidicen nobilis:q cũ Tarento Corinthũ cũ multis opibus peteret ubi rex Corinthi Periander cũ amicũ amatũq; habuerat nautis eum interficere parantibus petiit ut prius caneret cithara ad cuius ſonũ cũ delphini conueniſſent arion ſe in mare deiecit exceptuſq; ab uno imminens periculum euitauit.Lege hiſtoriam apud Plinium.A.Gel & herodotũ ne te obtũdam:quãuis Strabo fabulari inquit herodotũ:q ait Arionẽ a Delphine in Tænarũ fuiſſe puectũ.Cæterũ Solinos in Laconia inqt fanu; eſſe Arionis Metymnæi:quẽ Delphine eo aduectũ imago ærea teſtat ad effigiẽ caſus expſſa:pterea tẽpus ſignatũ olympiade.n.xxix:id ipſum geſtũ probatur.Sane Metymna Arionis patria urbs Leſbi eſt.Vnde illud eſt:Quam metymnio carpit de palmite leſbos:ex qua ĩſula multos fuiſſe conſtat ingenio & doctrina præſtantes quorũ terpander pro tetrachordo Lyra heptachordo uſus eſt Eam Macareus rex tenuit teſte Diodoro qui methymnem & Mytilenem filias habuit a quibus duabus urbibus eius inſulæ celeberrimis nomen eſt inditũ.Plynius autor eſt ſi occidẽte Delphino hymbres fuerint per arcturum non futuros.

ANT. FAN.

Terga leonis occidunt iiii. nonas feb.

Delphin occidit iii. nonas februa.

CHODie cũ noctẽ ſcriberet:hodie dixit & hoc ad ſpacium.xxiiii.horarũ:ſub quo continet dies integra: de lyra & eius cõſtellatione ſuperius diximus.uerũ quia pluribus ex ſtellis conſtat diximus incœpiſſe occidere aliquas xxiii.die ianua.nũc uero tota occidit oĩbus ſuis ſtellis.Verũ Cæſaris occidit pridie.nonas:ut teſtat Ply.Poeta triduo ante dicit ſed exigua eſt differẽtia nã alteri ueſperi:alteri noctu fit occaſus.& quia dicit quæ ful.he.quia pridie ſuperior lyræ ſtella uidebat:nũc tota occidit.& multi uolũt hunc occaſum eſſe heliacum potius q̃ coſmicum. DVMq;:& ille aliquis.DVMq; ly.quæ iam tota diſparuit. NOTAbit quoq; etiam. SVBIto mer.in li.claras. AQVAS quaſi notabit occidiſſe. TERGA me.leo.mediæ partis poſterioris.nam anterior occiderat nunc totum coſmice occidit:ſic coſmice totus oritur aquarius:qui illi eſt oppoſitus. QVEM Modo delphinem oriri quinto idus ianua ſuperiore lib.diximus:& triplicem cauſam ſtellificationis eius:uel ꝙ is fuerit q amphitritẽ ad neptunũ pduxerat.uel qđ de nautis in delphines mutatis Bacchus unũ in rei monumẽtũ cœlo appoſuerit:uel q Arionem trãſuexerat.de quo nunc aget.Nũc uero inquit tertio nonas Februarias:hoc ẽ tertia die mẽſis Delphinẽ occidere:inquit ergo. IS:Delphin.ſ. QVEM delphina uidebas modo:paulo ante. CAELatũ ſtellis: ornatum ſtellis.nã ut & Hyginus inquit.& poeta ipſe paulo inferius ſtellas.ix.hẽt ſed in hoc dat locus

PAV. MAR.

fabulæ:cum animal hoc muſica arte mulceatur:& nouen ſint muſæ:ergo totidem ſtellis figuratus eſt. uel ꝙ no uem apud antiquos lyrarum cordæ eſſent:quarum ſonitu plurimum oblectatur:& idem ait.Habet enim in ca/ pite ſtellas duas ſupra caput ad ceruicem uerſus duas ad ea quæ uelut pēnæ in uentre uidentur.habet ſtellas tres in ſcapulis unam:in cauda duas. NOCte ſequente fugiet tuos uiſus::quia erit eius occaſus.uel occidet & erit oc caſus heliacus non coſmicus.nam Cæſar occidit.xi.calen.ſeptem.

Seu fuit occultis fœlix in amoribus index
Leſbida cum domino ſeu tulit ille lyram:
Quod mare nō nouit:q̄ neſcit ariona tellus:
Carmine currentes ille tenebat aquas:
Sæpe ſequens agnā lupus eſt a uoce retentus
Sæpe auidum fugiens reſtitit agna lupum
Sæpe canes leporeſq; umbra iacuere ſub una
Et ſtetit in ſaxo proxima cerua leæ:

ANT. ¶FOELIX in amoribus index. Secūda uſus fortu
FAN. na:q cū idicaſſet Amphitritæ amorē Neptuni: qcqd uoluit pſuaſit. LESbida cū dn̄o ſeu tulit ille lyrā:Patro
Leſbis nymicū fœmininū a Leſbo iſula notiſſima un̄ & leſbi
Leſbius us deducit & Leſbous. SÆPE auidū fugiens reſtitit
Leſbous agna lupū:Augetᷓ orō.Plus.n.eſt ſiſtere formidātem agnam ac fugientem:q̄ lupum inſequentem.

PAV. ¶SEV fuit:cauſas attigit cur delphin ſtellificatus fue
MAR. rit.& nos ſupius delibauimus ſubintelligēdū ē hic Delphin.q ſtellificatus ē. SEV fuit fœlix index i occultis amoribus:q fœliciter amorē idicauit.de amorib⁹ Neptuni intellige:nā & Eratoſthenes inqt Neptunus quo tpe uoluit Amphitritē uxorē ducere.& illa cupiēs uirginitatē ſeruare:cū ad Athlātē fugiſſet cōplures cā qſitū diuiſit.in his & delphina quēdā q puagatus iſulas ad uirginē puenit:eiqꝫ pſuaſit ut neptuno nuberet:ut ipſe eorū nuptias adminiſtraret.pro facto quo delphinis effigies:inter ſydera collocata ē.& hoc āplius q Neptuno ſimulachra faciūt delphinū aut i mane.aut ſub pede eius cōſtituunt:ꝙ Neptuno gratiſſimū eē arbitrabātur.Fœlix ergo idex:quia gratiſſim⁹ Neptuno:& cœlo figuratus ē.Amores numero multitudinis laſciui ſeu numeri ſūt.Numero ſingulari amor i utrāqꝫ ptē accipi poteſt.& i uenereā & in caſtā ut amor fraternus.& ſimilia. SEV ille:delphinus.ſ. TVLIT lyrā leſbida: patronymicū fœmininum a Leſbo inſula.De leſbo diximus in odis.Fœlix quidem inſula in ægeo & euſtachio & Strabone teſte eolicaruꝫ urbium metropolis:ut cetera ſileamus:ex ea fuere uiri & ingenio & doctrina pollētiſſimi.Pytachus unus e ſeptē ſapiētibus.Alceus Sapho Arion Terpāder:hi clariſſimi poetæ & cytharœdi.Theophraſtus & Phanias philoſophi peripatetici & Ariſtotelis diſcipuli.Hellanicus rerū cōſcriptor:Caleas qui alcei & Sapphus poemata expoſuit.Poſteriores uero:Diophanes orator:itidē & potamon:& Leſbocles &Crinagora:Theophanes etiam rerum ſcriptores & Pompeio admodū familiares.& alii multi qui e memoria excidere. CVM Domino:hoc ē cum Arione.Arion.n.ex Methyna urbe leſbi fuit:ut teſtatur Stra.hic muſicæ artis peritia nulli ſecūdus.eius hiſtoria a Ply.li.ix.delibatur:idem & a Gellio:apertius ab Hero.qui Arionē amicū periandro corinthiorū regi fuiſſe:& Corynthii Dityrābū ceciniſſe refert nauigaſſe in inſulas & in auſoniam Tarentiqꝫ remoratuꝫ Ditatumqꝫ ſua arte cum Corynthum repetiturus eſſet Corynthiis nautis:qbus fidebat plurimū:trāſferēdū ſe credidiſſe: quo cōceſſo ceciniſſe genus carminis:ꝙ orthiū dicitur cum delphinorum turba circa nauim cōueniſſet in mare deſiliiſſe:exceptūqꝫ ab uno Delphine in Laconiam uſqꝫ ad Thenarum delatum:adiiſſe Periandrū:rēqꝫ expoſuiſſe: obſeruatumqꝫ aliquantulum.Tyrāni iuſſu cōquiſitos fuiſſe poſtea nautas interrogatoſqꝫ:quid de arione:cū reſpondiſſent ditatum in italia degere.uocatum arionē apparuiſſe eo ornatu quo i mare diſiluerat:obſtupuiſſe nautas miraculo:& pro ſcelere ſupplicio affectos &c.Ab arione poſtea erectū fuit Tropheū in templo neptuni tenarei erat enim ſimulacrū delphini dorſo Arionē ferētis lyrā reſonātem:ex hoc miraculo Delphinū cœlo figuratum multi uoluerunt.Stra.tamē famulari herodotum dicit.At Pli.cū multa huiuſmodi exempla de delphinis rettulerit:ſubdit.quæ faciunt ut credatur Arionem quoqꝫ cytharœdicæ artis interficere nautis mirari paratibus ad intercipiendos eius quæſtus eblāditum:ut caneret cythara: cōgregatis cantu delphinis:cū iecīſſet in mare.exceptū ab uno tenarū in litus puectum:ergo aſſentiendū de eo fit Pli.&c.Eſt nūc robuſtus iuuenis quidam Nicolaus nomine:patria cremoneus:qui puer inſignis formæ:cum e Venetiis ad foſſam clodiam:romam cū hero ſuo rediturus ciba defertᷓ.Caſu & ciba in fluctus decidit.Cadētē Delphinus tergo excepit &extulit:ita ut ſuis redderet. Miraculū eū pluries audiui referētē:& eos q ſecū fuerāt.Quod quidē facit illa quoqꝫ eſſe credibilia:quæ a Pli.& cæteris referūtur.De Leſbo inſula ſuperiore anno multa in odis Hora.rettulimus in oda laudabunt alii claram rhodon:aut Mitylenem. QVOD mare.aggreditᷓ nunc res arionis:& magna illius commendatione utitᷓ a cytharedica arte p̄cipua:cuius dulciſſimo cantu ſiſtebantᷓ currentes fluuii & ferarū rabies ſedabatᷓ:demulcebantur qꝫ omnes.unde toto orbe notus:pro quo dictum hic. QVOD mare non nouit ariona.i.arionē ac ſi dicat omnia eum maria nouere:notus tamen maxime erat uiuens ægeo & Ionio.QVAE tellus neſcit:a qua telluris p te neſcitur.q.d.nouere etiam eum omnes terræ. ILLE:arion.ſ. TENEbat:ſiſtebat. CARmine.cantu carminis. CVRrētes aquas:ſiſtebant enim curſum flumina ad eum audiendum. SAEpe:demulcebatᷓ eius cantu lupi feritas:cū agnam inſequeretur:& fugientis agnæ metus ſoluebatᷓ:& e fuga ſiſtentes cantum illi excipiebant.

LVPVS ſequens.pro inſequens. AGNAM ſæpe eſt retentus a uoce:a cantu arionis. AGNA fugiens auidum:fameſcentē rabidum. LVPum ſæpe reſtitit:ad cantum illius αγνὸς græ.latine purus:inde agnus & agna lupus græ.λύκος. SÆPE ca.Canes cū inimiciſſimi lepoꝝ ſint:nihilominus cū leporibus ad eius cantum firmabantur itidem & leenæ cū ceruas inſequerentur. CANES & lepores iacuere ſub una.quaſi ſub eadem umbra:ut.ſ.illum audirent. ET leæ dicimus enim & lea & leena.unde nec lac bibit ille leenæ. CERua ſtetit proxima uicina uincta. IN SAxo:tapinoſis eſt rei magnæ humiliatio hoc.ſ.in monte:de ceruis non eſt id mirum. Nam & Plynius inquit.Mulcentur fiſtula paſtorali & cantu.

CVM palladis alite:Nyctimene quã Pallas in tutelã ſuã recæpit pulſa cornice. Licet aũt & multæ aues noctu am im petant cornix eo propenſius huic aui ĩfeuſa dicit.quod(ut Nuidius alibi fabulat)Nyctimene apud pal ladẽ ei n s locũ occupauit.Erat.n.cornix ut ait Naſo come iculpata Mineruæ.ea ut inquit Ply.ales eſt ĩ auſpicatæ garrulitatis.notaturq; raro ab arcturi ſidere ad hirũdinũ aduẽtũ eã in mineruæ lucis tẽpliſq; alicubi oĩno nõ au ſpici ſicut Athenis. CYNthia.Diana a cyntho mõte deli.Eſt autem magna & eminẽtiſſima laus Arionis cu ius cãtu nõ minus obſtupuiſſe inquit Dianam q̃ cum fratrem canentem hoc eſt apolline; audit.CAPtaq; erat ANT FAN.

Et ſine lite loquax cum palladis alite cornix
Sedit & accipitri iuncta columba fuit
Cynthia ſæpe tuis fertur uocalis arion
Tanq̃ fraternis obſtupuiſſe modis
Nomen arionium ſiculas impleuerat undas
Captaq; erat lyricis auſonis ora ſonis
Inde domum repetens puppim cõſcẽdit ariõ
Atq; ita quæſitas arte ferebat opes.
Forſitan infœlix uentos undaſq; timebas
At tibi naue tua tutius æquor erat:
Namq; gubernator diſtricto cõſtitit enſe
Cæteraq; armata cõſcia turba manu
Quid tibi cũ gladio dubiã rege nauita puppi
Nõ hæc ſunt digitis arma tenẽda tuis:

lyricis auſonis ora ſonis:Facta mentione Siciliæ meminit & italiæ ſcdm hiſtoriam Herodoti q ait cõcupiſſe Arionẽ cũ pmultũ tpis triuiſſet apud periãdrũ in italiam & ſiciliam nauigare. PVPpim cõſcendit Arion:Nauim Corinthiorũ:quã Arion Tarento pfecturus ab iis cõduxit cũ nullis magis q̃ Corinthiis fideret.QVID tibi cũ gladio?Poetice rectorẽ nauis increpat cum eius eſſet temonem ac rudentes tractare non gladium.

ET Sine cornis cũ infeſtiſſima noctuis ſit.tñ una ad audiendũ arionẽ tãq̃ amicæ ſedebãt.itidẽ & accipit cũ colũba. ET Cornix loquax garulla.hãc autẽ inanſpicatæ gatrullitatis eſſe Ply.inquit.a quibuſdam tñ laudatã. SEDIT cum alite palladis.Cum Nictymene:hæc puella fuit:quæ cũ patre cõcubuit ob qd' pudore in ſiluas fugit die latitãs in auem uerſa nocte egreditur:receptaq; eſt ſub palladis tutela:pulſa cornice quarum fabula in.ii.meta.refertur.ob hoc igit cum Nyctimene cornici bellum ẽ ppetuum: fugitq; cornix Mineruæ loca.unde Ply.notat eã in mineruæ locis tẽpliſq; raro alicubi omnino non aſpici ſicut athenis. SINE lite:ſine pugna nã & ipſo Ply.teſte ſoleris eſt noctuarũ contra aues dimicat maiore circundãte multitudine reſupine pedibus repugnant.collecteq; in arctum roſtro & unguibus totæ tegunt. ET Columba fuit uincta accipitri nam cu; arionis cantu demulcerentur:accipiter columbam non infeſtabat. CYNthia: cum artis cytharœdicæ ſũma gloria Apollini tanq̃ primo inuentori tribuatur.par tamẽ ipſi Apollini uidebat arion.nam Cynthia Apollinis ſoror non ſecus Arionis cantu:q̃ fratris obſtupebat & magna hæc eſt Arionis commendatio.cum Apollini comparetur.CYNthia:diana dicta eſt:ut Phœbus cynthius a cyntho monte ĩ de inſula.ſed non altiſſimo:ut aiũt.nam & nos illum aſcendimus. FERtur: dicitur. Oarion: Apoſtropha eſt ad ipſum ariona. VOCalis.uoce potens uel uoce reſonans.SAEpe obſtupuiſſe tuis ſonis:uel tuis modis:tuis uerſibus & cantu. TANq̃ fraternis uelut apolineis. NOMEN:nauigauerat Arion in inſulas circa italiam:& ĩ ipſam italiam magnumq; ſibi nomen pepererat:unde hic. NOMen arionum:nomen arionis. IMPleuerat ſiculas undas:Siculum mare & Siciliam ipſam & in inſulas.quæ in ſiculo mari ſunt.Si ſtaret in uerſu ſiculas urbes intelligeret tantũmodo de urbibus:quæ in Sicilia ſunt:ſed ſiculas undas dicit.& de ſicilia ipſa intelligimus & de omnibus inſulis quæ in mari ſiculo ſunt. ET ora auſonis:hoc.ſ.auſonia ut diximus pars Italiæ in qua ſunt Beneuentum & Cales:appellata fuit auſonia ab auſone Calipſus ex Vlyxe filio:deinde tota italia quæ appennino finitur:dicta eſt auſonia ab eodem duce a quo etiam urbem conditam auruncã ferunt:ut teſtis eſt Pompeius. ERGo:ora maritima regio. AVSOnis:nõ hic patronymicũ fœmininum:ſed nomen proprium auſon auſonis. ERAT capta lyricis ſonis:lyrico cantu ſono lyre ipſius arionis. INDE domum:ubi dicatus fuerat ĩ italia redire uolebat Corynthum ad Periandrũ:in leſbon inſulam in ſuam patriã aſcendit:igitur corynthiorum nautarũ nauigiũ:quibus maxime cõfidere ſe poſſe putabat:inquit ergo: INDE ex italia. REPetẽs:repetere uolens. DOMVM:Corynthum primo deinde leſbon. ARIon conſcendit puppim:Corynthiorũ nauim:puppis poſteri nauis eſt pars:ſed interdum pro naui accipitur. ATq; &. ITA domum.ſ.repetens FEREbat opes diuitias. QVÆſitas:acquiſitas. ARTE cytharedica.ſ.qua pollebat. FORſitã:miſericordiam mouet ab his: quæ in mari timebtur:ſed magis & nautarum perfidia:cum fidelius & tutius eſſet ſibi mare q̃ naute & nauis. FORſitã:& apoſtropha eſt ad ipſum arionem. TV Infœlix:infelix quia malis hominibus te credideras & q ſanguini & opibus inhiabãt. TIMEbas uentos & undas.uentorum uiolentiam & nudarum impetum.q.d.nõ erant hæc tibi timenda. AT equor erat tibi tutius naue tua:naue quam aſcenderas:nam in ea ſtruebantur tibi ĩfidi. NAMq;:rõnem reddit.tua erat ſibi tutius mare q̃ nauis.Nam in naui paratæ erant ſibi inſidiæ Nãq; gubernator rector nauis. CONſtitit:ĩ te.ſ. ENSE diſtricto enſe euaginato. ET Cætera turba conſcia: cæteri naute qui omnes in necem tuam conſpirauerant. ARMata manu:pro armatis manibus.QVID tibi:increpat nauis rectorem hac apoſtrophata:a quo nõ ſunt tractãda arma:ſed temone gubernanda nauis.QVID tibi o nauita cum gladio cum enſe:cum armis.q.d.nihil eſſe debet tibi cum armis:dicimus nauita & nauta. REge puppim:nauim. DVBIam & ob id dubiam:cum male:aut cum non regatur:quia tunc dubia eſt quo eat: na; ſine rectore titubat.rege ergo.DVBiam puppim:aut dubiam:cum in mari ſit:q; cum turgidum eſt.ſemper nauigantibus eſt dubitandum. NON ſunt hæc arma tenenda tuis digitis:pro tuis manibus ſed arma quibus nauis gernetur:hoc.ſ.Temo ipſe & cætera nautica inſtrumenta.

PAV. MAR.

ANT. FAN. Palla. MORTEM nō depræcor inqt.NON recuſo:nō repulſo:ut eqdem merui nec depræcor inqt utere ſorte tua. DANT:ueniā:Beneficiū canēdi.Nulla enim Arionis culpa ꝓceſſerat ꝑ quā uenia daretur hoc eſt pænæ cōdonatio.INDuerat tyrio diſtinctā murice pallā.Quidā diſtinctā legunt hoc eſt dibaphā.Veſtis enim ſi purpura bis madefiat quali Romæ uſus eſt Lentulus Spinter Aedilis Curulis dibapha dr̄.Alii diſtinctā legunt diſtinguebat̄ enim palla arte Phrigionum Plautus pallā ad phrygionē fert cōfecto prandio: Fuit id ueſtis genus tunicæ palliū accæpitq; nomē pallæ ſcd̄m Varronē ut Seruius refert ab irrugatiōe & mobilitate quæ circa finem eius eſt.i.απο τον παλλειν. Legimus tñ apd̄ eundē Varronē dictā pallā qd̄ palā geſtaret̄. Eā lōgā fuiſſe dubiū nō eſt:ut Pro crinali auro pro lōgæ tegmine pallæ:qua utebant̄ nō ſolū fœminæ:ut Pallam ſignis auroq; rigētē & circūtextū croceo uelamē achāto ornatus argiuæ helenæ ſed citharedi quoq;:ac tibicines:Cice.ad Harenniū; Vt Citharedus cū ꝓdierit optime ueſtitus palla inaurata indutus.Horatius. Et luxuriē addidit arti tibicen traxitq; uagu per pulpita ueſtē.Hāc ueſtē quidā ſignificari per ſyrma interdū arbitrāt̄ dictū.συρων.i.trahenſdo quāuis ſyrma apd̄ Græcos ꝓ quouis tractu accipit̄.Seneca de Baccho:

Syrma. Auro decorū ſyrma barbaricū trahit.De eodē Statius:Si decet aurata bacchū ueſtigia palla uertere. Cauendū ne qdam interpres Iuuenalis nos ducat in deuia:q ait prætexta palla utebant̄:q funus curabant ut inqt Pōpeius:cū legendū ſit ꝑtexta pulla.

Ille metu pauidus mortem nō deprecor inqt
Sed liceat ſumpta pauca referre lyra:
Dant ueniā ridentq; morā capit ille coronam
Quæ poſſet crines phœbe decere tuos:
Induerat tyrio diſtinctam murice pallam
Reddidit icta ſuos pollice chorda ſonos.
Flebilibus numeris ueluti canentia dura
Traiectus penna tempora cantat olor.
Protinus in medias ornatus deſilit undas:
Spargitur impulſa cerula puppis aqua:

Cygnus amphibia oſorg ræce dicitur cycnus. TRAiectus pēna tpa:Qd̄ de cygno autor ſentit hoc loco dū imminēte morte cātum flebilē facit pēna eius cerebrū ledi Magnus Albertus & iſidorus litteris mādauerūt:q̄uis Ariſtoteles & Pli.ea de re nihil ſcripſerint.Hæc auis eſt amphibia hoc ē terra & aqua uictū q̄ritans & Græce qdem cygnus latine uero olor dr̄ canitq; ſuauius qa longū collū & inflexū hēt per qd̄ neceſſe ē eluctātē uocē uarias reddere modulatōes.Fert̄ āt mortis tpe dulcius ſolito canere:ac ꝓpriā mortē flebili cātu ꝑdicere. qd̄ qdā fabuloſū putāt.Sed in primo Tuſculanaꝝ qōnū refert Cice.cōmemorare Socratē ſit oībus bonis & doctis eē moriēdū ut cygni q Apollini dicati ſūt qd̄ ab eo diuinationē hēre uideāt̄ ꝓuidētes qd in morte boni ſit cū cātu & uoluptate moriūt̄.Hi(ut Seruius ſcribit)nullis dant auguria niſi nautis:ut Cygnus in auguriis nautis gratiſſimus ales. Mouet̄ aūt pathos a ſimili Oui.alibi:Sic Vbi fata uocant udis abiectus in herbis Ad uada mæandri cōcinit albus olor.Huic aui boni poetæ cōparari ſolent.Horatius:Multa dircæum leuat aura cygnum.

PAV. MAR. ILLE metu:paratis arioni inſidiis:cū ei nautæ mortē minitarēt̄:nō refellebat mori:ſ; tm̄ ꝑcabat̄ ut ſibi pauca canere liceret.Hero tñ inqt mortē prio fuiſſe depcatū:ſed ubi nō cōficeret:petiiſſe ut ſe ornare:& lyra canere daret̄. ILLe:arion.ſ. PAuidus metu:mortis.ſ. INqt nō depræ.mor.Depcari interdū ē excuſare & refellere VNde ē illd̄ i.xii.æneī Eqdē merui nec depcor īqt ita hic ñ depcor nō refello mori. SED lic.reſer.pau.canere pauca. SVMpta ly.petiit tñ ut ſic ornaret:& lyra canere poſſet.DANt ue.cōceſſere hoc nautæ ut caneret paululū lyra riſereq; hāc mortis dilationē:ornauit ſe tñ Ariō maxīa corona.q̄ phebo cōueniēs eēt. DAnt ue.q̄ſi indulgēt nautæ:aut cōcedūt ſibi id tpis:uel hoc bñficiū.ut illd̄ Vir.Extremā hāc oro ueniā. ET ri.mo.hoc.ſ.dilationē.ILLE:ariō.ſ. CAPit coro.corona teſte Pōp.licet uideat̄ a choro dici caret tñ aſpiratōe:ſiue coronæ dñr q̄ cohonorēt eos:qbus īponūt̄. QVæ corona.ſ. O Phœbe:ad phœbū ē apoſtropha. POſſit dice.tuos cri.q̄ſi poſſit eē decens capiti tuo:digna erat tuis comis. INduerat:coronauerat ſe Arion.& induit purpureā chlamidē & ſonare accæpit. INduerat:ipſe Ariō. PALlā:palla ut Nonius īqt ē honeſtæ mulieris ueſtimētū. hoc .ſ.tunicæ palliū.uñ Vir.Pallā ſignis auroq; rigētē.Ornatus argiuæ Helenæ &c.hic uero Pallā ꝓ chlamide:aut q̄uis ueſte. DIſtinctā:diuiſā.& hoc quo ad picturā & colorē ipm. TYrio murice:Murex ut idē inqt color ē purpureus:de purpuris ſupiore libro dixīus.ibi noua purpura fulget:& dixīus cōchili genus eē ex eodē fere genere matrices ſūt:ſed ſūt aculeatiores:qualē nūc uobis oñdo ex his e littore ſyrio ī italiā a me relatis nā cū nomen in græcia retineāt e ſyria rettulimus:ut q̄lis eēt latinis amicis ēt apiremus. TYrio:a tyro urbe phœniciæ. PHœnicia.n.purpurarū piſcatu ſemp pſtitit Strabōe teſte:& tyria purpura oī optima phibeat̄: & tyrio ipſa piſcatio ꝓxima.ſ.&c.oīa q̄ ad inficiēdas ueſtes ptinēt. CORda:fidiculi. ICTa:pcuſſa. POLlicei reddidiſſet ſonos ſuos:ꝓprios:q̄les erāt Arionis.nā ubi ornatus fuit cœpit reſonare & canere. LYra:cuius pollice cordæ tāgūt̄ ad ſonitū. FLebilibus:Arionē ita canētē Cycnis cōparat:nā cycni q & olores dñr in morte hoc.ſ.cū ad ſenectā uenerit & mors iminet ſuauiſſime canūt:uñ ē illd̄ ī heroidibꝰ:Sic ubi fata uocāt udis adiectꝰ ī herbis.Ad uada Menādri cōcinit albꝰ olor:l; id Pli.ſalſū putet.cū dicat Oloꝝ morte narrat̄ flebilis cātꝰ falſis ut arbitror aliquot expimētis.At Cice.ī Tuſculāis qōnibꝰ Cycni iqt ñ ſine cā Apollini dicati ſūt:ſ; ut dīnationē hr̄e uideāt̄.qa ꝓuidētes qd ī morte bōi ſit cū cātu moriūt̄.CAntat:ergo Ariō ipe.NVmerꝰ fle.uerſibꝰ luctuoſis.cecinit.n.tūc illd̄ genꝰ carmīs:qd̄ orithiū dr̄.VEluti olor.cycnꝰ.TRaiectꝰ tē.ca.hñs traiecta tpa.ps ꝓ toto hoc.ſ.caput.CAnētia.albicātia.nā totꝰ albus.ſ.DVra pēna:qa ī ſenecta pēnā quādā hñt duriuſculā:frōtē natā uelut traiectā: qd̄ obſeruauit Pōponius in extrema germania:& ego in ionia.Seniores.n.cycni illā traiectā hñt cæteri nō.Poeta igit̄ nō ſine rōne hoc dixit:ſed miror ab aliis nō fuiſſe obſeruatū.PRo.& ita.ORnatus palla corōa Lyra.PRotinus ſubſequēter cōtinuo. DEſilit ex ipſa naui:deorſum ſalit.In medias undas in medium mare. CERula puppis:cærulam puppim dixit ab ipſo colore ceruleo. SPargitur:infunditur. AQua impulſa ipſo.ſ.Arionis ſaltu.

¶F IDE maius: Nõ eſt incredibile uectũ eſſe Arioné a Delphine cũ. A. Gel. Plinius & aliis ſcriptores de Delphinis mira cõmemorent. Quid ꝙ Simonis noĩe delectanť q Simi ſunt & recuruo tergo ? Ille ſedet citharãq; ten et præciũq; uehendi. Cantat: Cantat carmé ita ſublime ita ſuaue ut eſſet uberrimũ uecture ꝓcium. ASTris delphina recæpit: Aſtrũ græcum eſt. Vñ aſter ille Platonis a nobis ſtella dr̃: cuius diuini philoſophi pulcherrimũ diſtichũ nos ſic latinum fecimus. Stelle meus ſtellas dum ſuſcipit, ipſe ego cælũ eſſe uelim: ut multo hunc lumine deſpiciã. STELlas iuſſit habere noué: Alii delphiné decem ſtellis conſtare dixerũt. VELlé mæonide pectus ineſſe tuũ: Apoſtrophen facit ad Homeꝝ cuius optat ingenium cũ ſit de re tanta ſcripturus quanta & heroicum carmen & Homeri mereť ingeniũ. is uel a Mæonia id é Lydia ubi eſt colophon Mæonides dr̃ uel a patre Mæone. notũ. n. eſt inter opiniones q̃ de natalibus eius ferũtur hanc eſſe qđ Mæonis filius fuerit. SACras nonas: Quæ nũc Auguſto dicatæ uideri poſſunt. Dixerat. n. ſupra: Nonarũ tutela deo caret.

ANT. FAN.

Arionis fabula

Aſtꝝ latine ſtella dicitur

Mæonides

Inde fide maius tergo delphina recuruo
Se memorant oneri ſuppoſuiſſe nouo:
Ille ſedens citharãq; tenens ꝓciumq; uehendi
Cantat & æquoreas carmine mulcet aquas
Dii pia facta uident: aſtris delphina recepit
Iuppiter: & ſtellas iuſſit habere nouem
Nũc mihi mille ſonos quoq; é mẽorat⁹ achil/les
Vellem mæonide pectus ineſſe tuum
Dum canimus ſacras alterno pectine nonas
Maximus his faſtis accumulatur honor:
Deficit ingenium maioraq; uiribus urgent
Hæc mihi præcipuo eſt ore canenda dies
Quid uolui demens elegis imponere tãtum
Ponderis heroici res erat iſta pedis:

¶INDE fide: ad eius cãtum cũ delphinorũ: ut ſupra diximus turba cõueniſſet: deſiliés ab uno eorũ tergo exceptus eſt. INDE ex eo aut poſtea MEMorãt: ueteres. ſ. Delphina pro delphineʒ: Dicimus. n. & delphin delphinus delphini. SVPpoſuiſſe ſe nouo oneri: quia nouũ miraculũ: qđ homini ſe ſupponeret: licet & Pli. & Solinus exẽpla hmõi multa cõmemorét. TErgo recuruo: dorſo repãdo: uñ Pli. dorſũ repandũ ſimum qua de cã nomẽ Simonis oẽs miro mõ agnoſcũt. maluntq; ita appellari. TERgo recuruo: tergis reflexis: qa recuruati ſunt & ob id appellari Simones Pli. inqt MAIVS fide per appoſitioné dixit maius fide. quaſi plus q̃ credi poſſit. ILLE: Arion. ſ. SEDET: ſup delphines. ſ uel in dorſo delphinis. ÆT tenet cytharã: tenet & reſonat cythara. ET cantat ꝓciũ uehendi in præciũ & mercedé necturæ. nã uictura dr̃ a ueho uehis: ſi uehendi dicit eſt gerundiũ SI uehicli: uehiclum paruus currus eſt: & ꝓ ipſa uectura hic poni põt in cuius mercedé cantabat. ÆT mulcet: demulcet mitigat lenit. CARmine: carminis cãtu. AEquoreas aquas: marinas undas. DII pia: uidẽt dii bñfacta itidẽ & malefacta. Videre ergo Delphinis officiũ cõmendarunt. Vnde Iuppiter illũ inter aſtra collocauit: ornauitq; nomẽ ſtellis ut ſupra diximus. DII uidẽt pia facta quaſi delphinis pietaté & officiũ qui Arionis oneri ſucceſſit. Iuppiter recepit delphina: delphiné. ASTris: in aſtris: hoc eſt inter ſydera. Aſtrũ dr̃ ab αςρατωιω uerbo græco: quod eſt fulgeo: ide ab αςηρ & αςρον pro ſydere & ſtella. Æt iuſſit habere noué ſtellas: & Hyginius ẽt inquit eſſe ſtellaꝝ nouem: datur locus huic rei: cũ animal hoc muſica arte mulceatur: & nouem ſint muſæ ergo totidem ſtellis figuratus. ſ. uel ꝙ nomé apud antiquos lyraꝝ corde eẽnt. quaꝝ ſonitu plurimũ oblectanť. Nũc mihi cũ relaturus ſit dié in quo Auguſtus pr̃ patriæ appellatus ſit ꝓ rei magnitudine decãtãda optaret & mille uoces & homericũ hẽre ingentiũ: & ideo nũc uelut ré magnã ut eſt aggreſſurus inqt. NVNC uellé hẽre mihi: ad uſum meuʒ mille ſonos: mille uoces. ET uellé hẽre O Meonide pectus tuũ: quaſi ingeniũ tuũ & aĩum tuũ. QVO: ingenio. ACHilles eſt memoratus: Homerus é dictus Meonides & Meonius a Meone pr̃e: & ẽt a Meonia pr̃ia Aſiæ regiõe: ſed plures fuere urbes ẽt ꝓter illas: q̇ in Meonia ſunt: q̃ ſuũ eẽ dicerent: ut Cice. meminit In orõne ꝓ Archia poeta ẽt ut cõſtat illo uerſu Smyrna rhodos: Colophos Salamis chios argis athenæ: ut in odis Horatii diximus. MEmoratus achilles. nã ꝓclara Achillis geſta in Iliade ſcripſit & celebrioré illũ forte quã mœreret reddidit. uñ legiť cũ Alexãder in Sygeo ad Achillis tumulũ pueniſſet: dixiſſe. O FOrtunate adoleſcés: q laudis tuæ. Homeruʒ ꝓconé inueneris. DVM canimus: in nonis februariis Auguſtus pr̃ pr̃iæ é appellatus. uñ eo die feſtũ rei tantæ celebrabať: ꝓ quo in auguſti cõmédationé maximũ ſuis feſtoꝝ libris accumulati honoré dixit. ꝓcipue cũ tanta res in his ſcribẽda eẽt. DVM nos. CAnimus no. ſa. & ſupius dixit tutela dei carere: ac ſi nulli deoꝝ ſacræ eẽnt: & nũc ſacras appellat: ꝙ iõ facit. nã cũ antea nulli deoꝝ ſacratæ fuerint: nũc in auctos Auguſti titulos: & cum ea die honore decoratos fuerit ſacras appellauit: qa publico cõſenſu cõſecratas. ALTerno carmine: hoc. ſ. elegis uerſibus: illa. n. ſunt alterna: q̃ ꝑ uices eũt: & redeũt: ſic elegi uerſus: q ex exametro cõſtãt. & pẽtametro. nã uelut ꝑ uices alteꝝ cũ altero iungiť. MAXimus honor hoc eſt in Auguſti laudé. ACCVmulať his faſtis: his faſtoꝝ libris: in qbus id ẽt ſcribere neceſſe eſt. DEFIcit: Vr̃ exterrere in re ardua deſcribẽda: ꝙ cũ hæc dies ſit maxime celebrãda: ad eã canẽdã ingeniũ deficiat. DEficit ĩgeniũ & urgẽt: cogũt aut præmũt nos. Maiora uiribus maiora & grauiora quã nos ſufferre ualeamus. HAEC dies é tibi: a te. CAnenda ore ꝓcipuo: ore ꝓcellente: qa præ cæteris hãc canere debes. Quid uo. Reꝑhendit ſeipſũ qđ hæc grauia: q̃ ſcribẽda erãt heroico carmine: uerſibus elegis cõmendarit. QVID: cur: aut pp qđ ego. DEmens: deorſum a mẽte euaſi ueſanus. VOlui imponere tantũ põderis: methaphorice loqtur. ELEgis uerſibus. ſ. de elegis uerſibus ſupius diximus: qbus miſeriæ querimoniæ & amãtiũ affectus deploranť: ſed qa in his erat aſſuetior: ẽt hæc grauia elegis canebat. RES iſta: q tam magna eſt. ERAT intererat. PEDis heroi: heroici uerſus. Heros ut diximus uir excellens diuinus. ſ. Sed qa exametris uerſibus & deoꝝ laudes: & heroum benegeſta cani cœpere: tanq̃ a diuinis appellati ſũt uerſus heroici ergo RES iſta erat heroi pedis: heroici uerſus & eſt ſpecies metonymie: nam ex pedibus uerſus conſtat.

PAV. MAR.

ANT. FAN.

Auguſtus patriæ cognomẽ accepit nonis februariis

¶SANctæ pater patriæ: Nonis februariis Cæſar Auguſtus pr̃is patriæ cognomen accæpit: qđ ei (ut Sueto. ſcribit) uniuerſi repẽtino maximoq; cõſenſu detulerunt & Senatus in curia neq; decreto neq; acclamatiõe ſed per Valerium. Meſalẽ id mãdantibus cunctis qui ait qđ bonũ fauſtũq; ſit tibi domuiq; tuæ Cæſar Auguſte Senatus te cõſentiens cũ Po. Ro. cõſultat patrẽ patriæ. Quo tpe Auguſtus lachrymas cõtinere nõ potuit. Naſon in quarto triſtiũ. Tu quoq; cũ patriæ rector dicare pater q; Vtere more dei nomẽ hñtis idẽ Seneca: Sic ille patriæ primus auguſtus parẽs cõplexus aſtra eſt. Cicero: Vt in eius uita legimus primus oĩum Romanorũ pater patriæ appellatus ẽ. Hinc illud ẽ Plinii: Salue primus oĩum parẽs patriæ appellate. Quo noĩe. M. Cato uir ſeuerus & ſũmæ grauitatis eũ appellauit teſte Appiano. Poſtea uero impatores romani eã appellationẽ ſibi uſurparũt quæ Ciceroni cõtigit in libera ciuitate. Iuuenalis: Roma parentẽ roma patrẽ patriæ Ciceronẽ libera dixit. Quo in loco Satyrus impatores deridet q ab adolatoribus patris patriæ cognomẽ ſumebant fallebanturq; ut ait Plutar. cum excellentiã honorum a populis ſibi tributã maximũ beniuolentiæ teſtimoniũ exiſtimarẽt. Quãuis. n. ſponte ſua & beniuolentia quadã ad decorandos principes moueri populi uideanť: ducunť tñ plerũq; metu cũ tam hi q oderunt q̃ q amant ꝓſequi honoribus principes ſoleant. Prudẽtes igiť & optimi rerũ publicarũ gubernatores non tã laborant ut honores populis cõſequanť q̃ ut digni honoribus ſint. Huius tituli quo Auguſtus a Senatu Populoq; Romano donatus eſt. Meminit Horatius in primo carminum: ut hic magnos potius triumphos hic ames dici pater atq; princeps.

Sãctæ pater patriæ tibi plebs tibi curia nomẽ
Hoc dedit: hoc dedim⁹ nos tibi nomẽ eq̃s
Res tamẽ ante dedit ſero quoq; uera tuliſti
Nomina: iampridem tu pater orbis eras
Hoc tu per terras qđ in æthere iuppiter alto
Nomẽ habes: hominum tu pater: ille deũ
Romule cõcedas facit hic tua magna tuendo
Mœnia tu dederas tranſilienda Remo:
Te tacitus paruiq; cures ceninaq; ſenſit
Hoc duce romanum eſt ſolis utrũq; lat⁹.
Tu breue neſcio qd uictæ telluris habebas
Q̃dcunq; eſt alto ſub ioue cæſar habet:

Naſonis familia fuit eq̃ſtris ordinis

HOC dedimus nos tibi nomen eques. Naſonis familia equeſtris ordinis fuit. & ipſe Auguſti Cæſaris munere eques triumuiratum conſecutus eſt. Sane Nos eques dedimus eſt rara conſtructio ſed tolerabilis. Verum enim apparet quod grammatici tradunt conſtructionem quam græci ſyntaxim uocant reddi ad uocis intellectum. unde per diuerſas figuras ſolent a ſcriptoribus accidentia uariari: q licet quantũ ad ipſas dictiões incõgrue diſpoſita uideanť: rectiſſime tñ poſita intelligũť ſenſus rõne. Quid eſt. n. aliud pars in fruſtra ſecant niſi multi: & nos eques dedimus niſi nos equeſtris ordinis uiri?

Cures urbs Quirites Cenina Anteſtitõ

RES tamen ante dedit Rei ueritas & meritoꝝ tuoꝝ magnitudo: ne Auguſtus uideať adulatione populi eũ titulum cõſecutus. FACit hic tua magna tuẽdo mœnia: Aequauit Auguſtũ Ioui ꝙ pr̃ ſit uti Iuppiter: nũc præponit Romulo ꝙ tuẽdo urbẽ more optimi pr̃is ampliſſimã reddiderit: quã Romul⁹ reliqt humilimã. TV dede. tranſilieda Remo. Tantæ humilitatis ut ea tranſilierit Remus quam ob cãm fertur occiſus. Licet ſint qui rẽ aliter tradant ut alibi dicemus. CVRes: illuſtris urbs ſabinorum autore Plutarcho unde Quirites dicti ſunt ut quibuſdã placet. Nota ẽ hiſtoria. CEnina etiã oppidum eſt apud urbẽ qđ teſte feſto a Cenite cõditore nomen accæpit: Hinc dicti Ceniẽſes. TV rapis: hinc caſtas duce ſe iubet eẽ maritas. Antiſteton eſt & merito laudať auguſtus qui (ut ait Suetonius) leges quaſdam retractauit: quaſdam de integro ſanxit ut de adulteriis de pudicitia.

PAV. MAR.

¶SANctæ pater: de hoc ita Tranquillus inqt: Patris patriæ cognomen uniuerſi repẽtino maximoq; conſenſu detulerũt ei. prima plebs legatione anxium miſſa. Deinde qa non recipiebat ineunti romæ ſpectacula freqũes & laureata. Mox in curia ſenatus: neq; decreto neq; acclamatõe: ſed p Valeriũ meſſalam id mãdantibus cũctis: qđ bonũ inquit: fauſtũq; ſit tibi: domuiq; tuæ Cæſar auguſte. Sic. n. nos perpetuã fœlicitatẽ reipubli. & leta huic præcari exiſtimamus. Senatus te cõſentiens cum po. ro. cõſalutat patriæ pater: cui lachrymans rñdit Auguſtus his uerbis. Ipſa enim ſicut Meſſalia apposui cõpos factus uotorũ meorũ. P. C. Quid habeo aliud deos immortales præcari: q̃ hunc conſenſum ueſtrũ ad ultimũ uitæ finem mihi perferre liceat: hæc ille. poeta inquit. Patres equites: & plebem hoc ei nomẽ dediſſe: nihil tamen refert quia idem eſt ſenatus & populus. Eq̃tes enim medii erant inter patricios & plebem. Inquit ergo apoſtrophans ipſi uerba. O SANcte pater patriæ Auguſte: qui hoc dei fuiſti tuis meritis pater patriæ appellatus: hoc nomẽ patris patriæ. ſ. Dedit tibi plebs hoc nomen dedit tibi curia: hoc ſcilicet ſenatus qui in curia reſidebat: de diuiſione populi per Romulum & curiis ſuperius diximus. nam diuiſerat populum in. xxx. curias: quibus poſtea additæ ſunt quinq;: ita ut ſua in quiſq; curia ſacra publica faceret: feriaſq; obſeruaret: hiiſq; curiis ſingulis nomina curiarum uirginum impoſita eſſe dicuntur ex his quas de ſabinis rapuere: hæc Pompeius. At hic curia de ſenatoria dicitur: qui locus ita dictus eſt: quod ibi publicas curas gerebant. Eſt autem hic ſpecies Metonymiæ tenens pro eo quod tenetur. Eſt duplex curia: & in qua reſpublicæ geruntur. & in qua ſacrificatur. ſed de hoc inferius. CVRia: hoc. ſ. ſenatus. Hoc etiam nomen dedimus tibi nos eques: pro equites: aut equeſter ordo nos dixit. qa ipſe ẽt equeſtris ordinis erat. Vnde in triſtibus. Non modo fortunæ manere factus eques. RES tñ ut a merito tanti noĩs Auguſtũ cõmendaret. ante inqt hoc a re datum ipſa fuiſſe: ſero tamen appellatiõe. nã longe ante non mõ patriæ ſed orbis pater erat. RES tamen dedit. nomen hoc. ſ. ANTE: anteq̃ dederat ſenatus & populus. qa re ipſa erat pater patriæ. SERO quoq; tarde etiam. TVLIſti uera noĩa: quia tardius q̃ merebaris pater patriæ appellatus eſt. IAMpridem: longe ante eras pater orbis: ergo non modo patriæ: ſed uniuerſi orbis in aliquibus codicibus ſcriptum eſt urbis: melius tamen orbis quia inferius ſubſequenter compatat ipſum Ioui. NOMen habes hominum: tu pater ille deum: ille

deorum ipſe hominū pater eſt pro oīum hominum:intellige ergo bene orbis:ſed ſi urbis dicit non eſt ab re qa longe añ erat pater patriæ.HOC tu.magna ē hæc auguſti cōmēdatio:cū Ioui cōparatur.nā ille deoꝝ pater ē. Auguſtus aūt hoīum:in triſtibus ēt ad auguſtū ſcribens:cū Iouem deū genitorē dixiſſet addidit. Tu quoqꝫ cum patriæ rector dicare paterqꝫ utere more dei nomē habentis idē inqt ergo. Tu hēs hoc nomen patris patriæ.ſ. PER terras:quaſi in terris. Quod hēt Iuppiter in alto æthere:in cœlo.de æthere diximus:græce dr̄ αιθηρ ab αιθω: q̄ ē ardeo:qa in eo eſt ignis elementū.uñ ſummaqꝫ locū ſibi legit in arce:hoc.ſ.in ſūmo æthere. TV auguſte es.PATer hoīum.nā hoīes regis.ILLe:Iuppiter.ſ.Eſt pr̄ deum deoꝝ:qa diis impat.ROMule:cū uelit lōge in oībus ſupiorem dicere auguſtū Romulo urbis cōditori:ab ipſo Romulo petit hoc cōcedi.nā ipſe & urbē paruā & exigua mœnia fecit.Auguſtus aūt & mœnia & impium late auxit:ſed hæc eſt alluſio q̄dam ad id quod ſupius diximus:qñ appellatus fuit auguſtus:cū eſſent q cenſerent eum Romulū appellari oportere: quaſi & ipſum cōditorē urbis:ac ſi dicere uelit Romuli āt hac cōparatione deprimit.ROMule cōcedas:da ueniā: aut patiare me loqui:aut cōcede qd̄ dico.HIC auguſtus.ſ.TVENdo defen.& gubernādo:nō dixit dominando aut iperando ne tyrānidis illū argueret:ſed tuēdo ac ſi in tutela impium patriæ haberet.FACit tua:quæ tu fūdaſti. MAGna:nā auget ut diximus & urbē & impium.TV dederas mœnia:ipſa.TRANſilienda:trāſaltanda. REMO:fratri tuo:quē multi græci maxime Romū dicūt.Condidit aūt mœnia ita parū alta:ut Ramo trāſiliri poſſent.Vnde qd̄ in edictū reliquiſſet:morte mulctatus eſt de quo dicemus in quarto libro auctore ēt Dionyſio.nā mortis Remi duplex cā narratˀ:& diſcordia:pugnaqꝫ q̄dā q in ea ceciderit & hæc trāſſaltatio murorum præter edictū:ob qd̄ a celere quodam:qui muris præerat obtrūcatus eſt.TE tacitus:Romulus cū finitimis tm̄ pugnauit:cū ſabinis:cū cernienſibus:quoꝝ regē ut ſupius diximus obtruncauit:cum Antēnatibus:& poſtea cū Veihentibus.Terminus aūt imperii Romuli decimuſoctauus ab urbe lapis fuit.At auguſto prīcipe uniuerſus orbis romano paruit impio.Inqt ergo o Romule SENſit te tacius:rex ſabinoꝝ:de quo ſuperius diximus. Et parui cures:aliqui dicūt cures opulentiſſimā fuiſſe ſabinoꝝ urbē.Poeta aūt inquit:Parui cures nihil refert.nam poterat eſſe urbs parua mœnibus:magna aūt opibus.cures i numero multitudinis ſabinoꝝ oppidum.ET cenina & oppidū hoc nō lōge ab urbe fuit.HOC duce:Auguſto aūt principe.Eſt romanoꝝ romani iuris aut ro. imperii.VTRumqꝫ latus ſolis.quaſi extremæ orbis partes:& oīa quæ inter ipſas.cōtinētur:ſed cū dicat Vtrūqꝫ latus ſolis poſſumus intelligere de ſeptētrione & meridie:quaſi de polo arctico & antarctico:quæ loca a latere ſolis ſunt.TV breue:Auget & illius depreſſionem.quia paruus dn̄s & huius gloriā.qa oīa:quæ ſub Ioue ſūt ſua ſunt.TV habebas neſcio quid:uelut in contēptū neſcio qd dixit.Victæ telluris:quam tu uiciſti:erat tantūmodo:ut diximus uſqꝫ ad decimū octauū ab urbe lapidem.CAESar:Auguſtus.ſ.HABet quodcūqꝫ eſt ſub alto Ioue:auxit hic Poeta & rē & orationem:nam magis ſe eleuat ſecundo q̄ primo uerſu. QVOdcūqꝫ eſt ſub Ioue:quaſi & terre:& maria.SVB Ioue:interdum intelligimus ſub cœlo:aut ſub aere:ut illud Horatii manet ſub Ioue frigido:idem dicimus ſub dio.ab eo quod Διοσ Iuppiter appellatur.

Tu rapis:hic caſtas duce ſe iubet eſſe maritas
 Tu recipis luco:repulit ille nephas:
Vis tibi grata fuit florent ſub cæſare leges
 Tu domini nomen:principis ille tenet:
Te remus incuſat.ueniam dedit hoſtibus ille
 Cœleſtem fecit te pater:ille patrem:

¶TV recipis luco.Aſylum dicit a Romulo cōſtitutū latronū ac peſſimorū oīum receptaculum. Tu domini nomē:Auguſtus domini appellationē:ut maledictū & opprobrium ſemp exhorruit teſte Suetonio cūqꝫ eo ſpectāte ludos pnunciatū eēt.O dn̄m æquū & bonū:& uniuerſi q̄ſi de ipſo dictū exultātes cōprobaſſent ſtatim manu uultuqꝫ indecoras appellatiōes repreſſit & in ſequēti die grauiſſime corripuit edicto: dn̄mqꝫ ſe poſtea appellari ne a liberis qdem aut nepotibus ſuis uel ſerio uel ioco paſſus eſt. Et recte:dn̄i enī nomē quo perēpto oīs ſeruitus extincta eſt tyrāni eſt potius q̄ benigni principis qualis fuit Auguſtus q(ut Seruius tradit) palatiū iuſſu eius ædificatū reip.dono dedit. Veniā dedit hoſtibus ille:Ouidius alibi: Tu ueniā Partho ſupato ſæpe dediſti nō cōceſſurus quā tibi uictor erat.Diuitiis ēt multos & honoribus auctos uidi qui tulerant in caput arma tuum.Sueto.Clementiæ ciuilitatiſqꝫ eius multa & magna documēta ſunt ne enumerem quot & quos diuerſarum partium uenia & incolumitate donatos principem etiam in ciuitate locum tenere paſſus ſit:COELEſtem fecit te pater ille patrem.Tu martis gratia in cœlum receptus es:cuius te filium crediderunt. Auguſtus uero de patre optime meritus ut pium filium decuit Iulium Cæſarem retulit in numerum deorum Cui cum ludos funebres celebraret die medio ſtella apparuit fulſitqꝫ per ſeptem continuos dies: quam Auguſtus parentis eſſe cōfirmauit. Vnde illud eſt:Ecce dionei proceſſit Cæſaris aſtrum.

ANT. FAN. Domini appellatō nē exhorruit auguſtus.

¶TV rapis:exprobrat Romulo ſabinarum raptum & pudicitiæ obſeruantiam ex Auguſti lege commēdat. Præterea a Romulo receptos ſceleratos:ab Auguſto autem compreſſos:aut fugatos. TV:romule.RAPis: quia factis ludis ab eo cum conueniſſent finitimi multas rapuit:de quo inferius dicemus ergo.TV rapis:quaſi tu ſtupras:pro coniugum enim defectu raptæ illæ fuere:rapere interdū ſtuprare ſcilicet. Vñ illud Virgilii: Sub nixus rapto potitur.ideſt ſtupro.HIC.Auguſtus ſcilicet.IVbet ſe duce.ſe principe.MAritas.nuptas.ESSE caſtas.obſeruare pudicitiā.Inſtaurauit.n.auguſtus legē iuliam ad coercēdos adulteros. Vñ eſt ubi nunc lex iulia dormis.TV.romule.RECIpis nefas.quaſi nepharios & ſceleratos hoīes.LVco.in Aſylo.quod erat in luco.de quo ſupius diximus.Nā p augēda.urbe Aſylū cōſtituit.quo cōfugerē impune.q uel ob ſcelera.uel qūocunqꝫ ex aliis ciuitatibus pulſi erāt.ILLE.auguſtus.REPulit nephas.& ſcelera & ſceleratos.Plures.n.factiones extinxit. graſſatores diſpoſitis p opportūa loca ſtatiōibus.Tranqllus inqt.ihibuit.& multa ſimilia.TIBI.o romule. FVit grata uis.Nā uim & in rapiēdis uirginibus.& indepopulādis agris finitimis ui ītuliſti.SVb cæſare.Auguſto.ſ.

PAV. MAR.

¶MARS uiſa ẽ:hæc dormiẽs a marte & ĩ eo ſopore cõpreſſa exornatioq; ẽ hic locutiõis q̃ gradatio dr̃.q̃ nõ añ ad cõſequẽs uerbũ deſcẽdit̃:quã ad ſupius aſcẽſũ ẽ:ut hic. MArs uidet hãc:iliã. ET cupit uiſã:q̃ uidit:& potit̃ cupita. Ilia quã cupiuit. ET fefellit ſua furta:decepit ſtuprũ ſuũ hoc ẽ ipſã ſtupratã uirginẽ: OPE diuia:diuia potẽtia decepta ẽ illa:nã nihil ſentiẽs grauida ẽ effecta. SOMn⁹ abit:expgefacta a ſõno grauior uidebat̃. Cõceperat iã romulũ futuꝝ urbis urbiũ regiæ cõditorẽ: SOMnus abit.ergo expgefacta ẽ. IACet ipſa grauis.nõ.n. poterat & torpe ſõni & grauitate cõcepti tã cito ſurgere. IAM.ſ.certe: ERAT ĩtra uiſcera cõditor urbis romulus q urbẽ cõditurus erat:toti orbi dominaturã. LANguida:ſurrexit tãdẽ ilia:ſed lãguida:qa iã erat grauida:attamẽ ignorabat ipa uñ arbori ĩnixa cœpit qd̃ p qẽtẽ uiderat ſecũ repetere. CONſurgit:ilia. LANguida: torpẽs & pigra. NEScit.ipa. CVR ſurgat lãguida:torpẽs neſcit ſe eẽ grauidã. ET pagit tales ſonos:talia uerba. INnixa arbore:uix poterat ſe tenere pedib⁹:ergo arbori ĩnixa ẽ. VTile ſit.fauſtũ optat qd̃ p qetẽ uidit:& uiſui & fœlicitati ſuccedere.Præcor:inqt. SIT utile & fauſtũ fœlix Quod uidimus imagine ſõni p qetẽ:neq;.n aliud ẽ ipſa p ſõnũ uiſio:quã inanis q̃dã imago. AN erat illud clarius:lucidi⁹ aptius. Sõno: eẽt ne illud ueꝝ: qd̃ uiſa ſum uidere. IGNibus illac.Nũc ipſa aggredit̃ p qetẽ uiſã q̃ qdẽ oĩa aliqd portẽdũt myſterii ut declarabimus. ADErã.iquit q̃ſi adeſſe uidebat. IGNibus iliacis:igni ueſtali exilio aduecto.ẽt & ipſa una erat ueſtalẽ ignẽ ſeruãtib⁹ ſed de igni hoc ſuo loco diſputabit̃. CVM linea uittã:uitta pãnus erat tenuis quo ſacerdos utebant̃. CVM uitta lapſa capillis:e capite meo. DECidit ante ſacros focos:añ ſacrũ locum ignis ueſtalis:uel ante ipſos ueſtales ignes:qd aliud portẽdit lapſa uitta:quæ pudoris ĩſigne eſt:q̃ uirginitatẽ ipſius iliæ iã ẽt collapſam & ad arã magis ire nõ poterat. INDE:ab ipſa uitta ergo ab ipſa uirginitate rapta. SVRgũt pariter duæ palmæ:hoc portendebat naſcituros gemellos. PALma ãt arbor uictoriæ dedicata:ita & q ab his palmis naſcerent̃ uictores erãt orbis futuri. MIRabile dictũ:mirabile dũ dicit̃. ALTEra:palma.ſ. EX illis duobus. ERAT maior:Hæc portẽdebat romulũ. ET grauibus:palmæ ille ramis totũ orbẽ obũbrauerat comis ſydera attingẽtes:hoc nil aliud ſignificare uult niſi ꝓgeniẽ romanã toti terraꝝ orbi dominaturã terminaturãq; cœlo famã.iuxta illud Virgili. de cæſa ĩperiũ oceano famã q terminet aſtris. ET ꝓtexerat:ille maior palma. RAMis grauib⁹ ꝓgeniæ fœcũda. TOTum orbẽ & cõtingũt:ramis ipſis:aut ipſe palmæ. SVMma ſydera:ſua coma:ſua ſummitate:uel ad famã referas ut diximus uel q eoꝝ alter referet̃ in deos. ECCE meus:p hoc portẽdit̃ expoſitio Romuli & Remi quos deiici in ꝓfluentẽ iuſſit Amulius. ECCE patru⁹ meus:hoc ẽ Amulius. MOLlitur ferrũ. parat arma. IN illas palmas.ſ.qa parat eas incidere. TERreor.extereor. ADmonitu hoc eſt recordatiõe.ſunt tñ q dicant

PAV. MAR.

iuſſu ipſius Amulii:qui eas incidi iubet. ET COr pauet aut micat:hoc eſt tremit. TIMore: metu. MARtia picus:portendebat hoc educādos eē eos lupa & a pico:unde Plutar.in uitā Romuli.Aiunt ludam quandam ac uo lucrem picum adeo ſumma cum beniuolentia infantibus aſtitiſſe:ut & hæc uerba benigne & ille alimenta pluri ma contuliſſet. Sed cum eiuſmodi animalium genera Marti in primis dedicata ſint & latini præ cæteris Picum colant:non mediocrem mater præbuit fidem eos præclaram martis ſobolem extitiſſe:& problemate.xx.differit qua ratione latini picum uenerantur & eo uehementer abſtinent & inquit. An quod picum uxoris ueneficio mu tatum ferunt.Auem deinde factum oracula edere:& interrogantibus reſpondere ſolitum.An hoc cum incredi bile:tum monſtri plenum exiſtimandum:& altera fabula multo ueriſimilior:Ro.ac Re.cum regis iuſſu expoſiti eſſent:Non modo lupam mammas infantibus præbuiſſe:ſed picum quoqꝫ ad infantes uentitaſſe:atqꝫ aluiſſe.Nā nunc quoqꝫ locis nemoroſis ac ſilueſtribus in quibus crebro picus appareat:lupum uerſari animaduerſum ē.An illud magis ut aliam alii deo auem.ſic picum marti ſacrum putauerunt. Eſt enim naturam fidens:& elatus atqꝫ audax.Roſtrum quidem adeo firmum habet:ut robora ſubuertat:cum truncum ſæpe pulſando:ad medullam uſqꝫ peruenerit.&c.Inquit ergo: PICVS per appoſitionem. AVIS martia:qa marti dedicata.Et lupa pugnāt pro gemino ſtipite:pro utroqꝫ trunco palmæ:nam illa ubera:hic cibos afferebat. VTraqꝫ palma:quia uterqꝫ fi lius. FVIT tuta per hos:picum & lupam. DIXErat:finem fecerat relationi eorum.quam per quietem uide rat:ſed dum loquebatur:urnam impleuit.quā poſtea ſuſtulit:nō tamē his uiribus quibus prius ſolebat:quia debi litata conceptione. DIXErat:hoc ſcilicet ipſa ilia.

ANT. FAN. ¶DVM ſua uiſa refert:alteri ſed ſibiipſi narrat quæ dor miens uiderat.Notandum ſane Ciceronem quod phā taſmata dicitur uiſum appellaſſe quod reuera nihil diui nationis apportat quemadmodum & inſomnium ſiue enipnion. RESTABANT nitido iam duo ſigna deo decem menſes abiiſſe ſignificat cum e duodecim ſignis zodiaci duo tantum ad implendum annum. Soli per currenda reſtarent. SVBiit ceneres:quia ueſta nihil ali ud eſt q̄ flamma ut aliqaibus placet: ideo flammam dicit ſeſe in cineres ſubtraxiſſe:ne a ſacerdote corrupta cerne retur. CONTEMptor amulius equi:iniuſtus: ipſe ali bi.Proximus auſonias iniuſti miles amuli rexit opes. VICtor.uoti compos:propoſiti effector qui Numitori fratri regnum abſtulerat.

Phantaſma uiſum

PAV. MAR. ¶ET SVſtulit ſurſum tulit. VRNAM plenā:uas il lud aquarium. NON firmis uiribus.quia iam erat debi lior. IMPLErat urnam ſuam. DVM refert ſua uiſa: dum ſecum uiſionem ſomni referebat. INTErea dum creſcebant infantes porrigebatur uenter eius:& latenti onere interius tumebat exterius:interea uenter erat tu midus. tumebat uenter. CRESCENte remo & cre ſcente quirino.Ro.qui quirinus appellatus eſt ut ſuperiore libro diximus. COELEſti pondere cœleſtis ſemi nis:quia cœleſtia ſemina conceperat nam marte grauida effecta eſt. QVO MINVS:erat iam decimus men ſis.perfectumqꝫ tempus humani partus:de quo ſuperius diſputauimus:quando Siluia peperit. & cum uirginitas obſeruanda eſſet a Veſtæ miniſtris:pariente illa cognita eſt uiolata uirginitas:a quo quidem ſcelere abhorrente Veſta.ſimulachrum eius uiſum eſt oculis manum opponere:& alterni ignis flamma ſe ſub cinere abſcondiſſe. RESTABANT IAM DVO ſigna deo nitido:ſoli qui nitidis orbem radiis illuſtrat. DVO SIGNA:duo menſes:nam ſingulis menſibus per ſingula ſigna curſum facit:quæ ſunt duodecim in zodiaco:quibus decurſis ex pletur annus:reſtabant ergo duo menſes. QVOMINVS:ut non. Exiret annus emeritis curſibus. e ſpaciis exactis & per tranſlationem a militia loquutus:quia dicimus emeritos:qui debita militiæ tempora complerunt. Sic emeritis curſibus:emeritis iam ſolis laboribus:erat igitur decimus menſis. SILVIA SIT MATer:nam pe perit. SIMVLACHRA effigies:aut imagines. FERVNtur dicuntur. OPPOSVISSE oculis uirgineas manus:ne ſcelus inſpicerent miniſtram ſcilicet ſtupratam parere. TREMVIT CErte ardeæ:Veſte. PARI ENTE dum pararet. MINISTRA:Ilia quæ credita uirgo erat. ET FLAMMA territa:ipſa ueſtalis flamma uelut refugiens ſcelus. SVBIIT Cineres ſuos:latuit ſub cineribus.ne uideretur iam a corrupta uirgine HOC ubi quæ ad rem hanc facerent diximus ſuperiore libro cum locus exigebat in uerſu Siluia ueſtalis cœleſtia ſemi na partu ediderat:nato Romulum & Rhemum ex lege ſententiam ferens.Amulius iuſſit in profluentem deiici iliam necari.licet alii ſeruatam dixerint præcibus Anthus filiæ Amulii inundauerat tunc Tybris:cuius inundati one ceſſante remanſerant pueri cum Alueo in ſicco. AMVLIVS CONTEMPTor equi:equitatis & iuſtitiæ. VBI POSq̄. COGNOVIT hoc:illam ſcilicet peperiſſe. CONTEMPTor equi:ob hoc maxime. NAM VICtor:uoti compos. HABEBAT OPES raptas fratri:Numitori:& de hoc eodem loco ſuperioris libri di ximus. IVBET mergi amne:in fluuio. GEMINOS romulum & remum. VNDA refugit ſcelus:nam ceſſa uit inundatio:ut diximus.& ſic illi in ſicco remanſere. PVEri:romulus & remus. DESTituuntur.ab ipſa un da. IN HVMO ſicca in tellure ſine aqua.

Suſtulit,implerat dum ſua uiſa refert.
Interea creſcente Remo,creſcente Quirino
Cæleſti tumidus pondere uenter erat:
Quo minus e meritis exiret curſibus annus:
Reſtabant nitido iam duo ſigna deo:
Syluia fit mater ueſtæ ſimulacra feruntur
Virgineas oculis oppoſuiſſe manus:
Ara deæ certe tremuit pariēte miniſtra
Et ſubiit cineres territa flamma ſuos:
Hæc ubi cognouit contēptor Amulius æq
(Nam raptas fratri uictor habebat opes:)
Amne iubet mergi,gemios ſcel⁹ unda refugit:
In ſicca pueri deſtituūtur humo:

¶LACTE ferino:lacte lupæ Cõſtat aũt lupos eē in tutela Martis teſte Porphyrione. NEC taceã ueſtras fauſtule paup opes. Si paupes ſũt fauſtulus & Laurẽtia cur autor eos opulẽtos uocat? Quia licet Fauſtulũ multi dicãt regii pecoris fuiſſe paſtorē q romulũ ac remũ īfantes Laurẽtiæ uxori educãdos dedit. De quo Varro inquit Quis fauſtulũ neſcit paſtorẽ fuiſſe nutriciũ. Coniectare tñ poſſumus eũ (ut inqt Strabo) fuiſſe ſubſiditũ quedã amulio locupletẽ q acceptos educauit īfantes. VEſter ho.ue.cũ laurẽ.di. hæc feſta ſm Var. Accalia dicebant necnõ & laurẽtalia:ab Acca laurẽtia. Sed ut Plu.in q̄ſtionibꝰ tradit alia eſt Acca Laurẽtia quã ferũt romuli fuiſſe nutricẽ cuiuſqꝫ diē feſtũ romãi mēſe aprili celebrabãt & alia quã cognomẽto flauiã appellatã ſcortũ fuiſſe uulgatiſſimũ tradũt & deide euanuiſſe ī uelabro ubi prior laurẽtia ſepulta fuerat. Vñ factũ exiſtimo ũt utriuſqꝫ laurẽtalia cõundant. Ceteꝝ Feſtus laurẽtalia eē inqt cõiugis fauſtuli iuẽtionẽ remi & romuli laurẽtiæ feſta. Huic ſacerdos Martis libabat mẽſe aprilis ut ſcribit Plu. Sed & decē calē. ianuarias laurẽtalia celebrãtur iouis feriæ ut ait Macro. ī honorẽ laurẽtiæ:q̄ cũ eēt opulentiſſima po.ro. nũcupauit hæredē. Vñ ſolēne ſacrificiũ ei īſtitutũ ē quo diis manibꝰ eius ꝑ flaminem ſacrificaret:iouiqꝫ feriæ cõſecratæ:qa exiſtimabant aĩas a ioue dari & rurſus poſt mortē eidē reſtitui. Lege Plu. in romulo & in q̄õnibus & Macro in prĩo ſaturnalioꝝ a q̄bus. & hæc & alia q̄ ad laurẽtalia ꝑtinēt explicãtur.

ANT. FAN.
Lupi in tutela Martis
Accalia Laurentalia
Acca laurentia

Lacte quis infantes neſcit creuiſſe ferino
 Et picum expoſitis ſæpe tuliſſe cibos:
Non ego te tantæ nutrix laurentia gentis
 Nec taceam ueſtras fauſtule pauper opes:
Veſter honos ueniet cum laurentalia dicam
 Acceptus geniis illa december habet:
Martia ter ſenos proles adoleuerat annos
 Et ſuberat flauæ iam noua barba comæ:
Omnibus agricolis armentorumqꝫ miniſtris

ACCEptus geniis: Vel q̄m hyems natura genialis ē:ut iuitat genialis hyems Vel ꝑp ſaturnalia q̄ antiqtas celebrauit mēſe decẽbri uno tm̃ die hoc eſt. xiiii. calē. ianuarias:mox triduo: deinde diebus .vii. e q̄bus q̄nqꝫ feſti habebãtur. Vñ illud eſt Martialis: Omnia miſiſti mihi ſaturnalibus imber Munera cõtulerat q̄ tibi q̄nqꝫ dies iis adiũgebãtur epulationes ut autor ē Feſtus. Quã ob cãm decẽber genialis ob uoluptates potuit appellari. Quotiēs.n. uoluptati operã damus īdulgere dicimur genio teſte Seruio uñ genialis nomē deducit. Iuuenalis: Genialis agat iſte dies. Gaudet.n. noſter genius uoluptate ad quã natura ꝓcliuiores ſumus. Quare genialia curare dicit q̄ lautius uiuit autore donato:& geniũ fraudare dñr q̄ neceſſaria & iocũda naturæ ſubtrahũt ter ſuũ defraudãtes geniũ. Eſt aũt genius ut q̄dã uolũt naturalis deus uniuſcuiuſqꝫ loci uel rei uel hoīs. Nullus.n. locus ē ſine genio ut placet Seruio:q ꝑ anguē plerũqꝫ õndit. Perſius: Pinge duos angues pueri ſacer ē locus. Et nos cũ naſcimur duos ſortimur genios:quoꝝ alter hortat ad bona:alter depramat ad mala:licet q̄dã dixerint ad bona q̄dē honeſta īpelli nos genio & numine quodã familiaris nobis naſcẽtibus dato:parua uero noſtra mẽte nos cupe q̄ ſua ſpõte mouet. nec fieri poſſe:ut praua uolũtate nnminũ faciamꝰ q̄bus nihil malũ cõſtat placer̃. Huic deo frõs dicata ē ut auris memoriæ:dextris fidei:genua miſericordiæ:quē Feſtꝰ refert:deoꝝ filiũ eē ac parẽtē hoim ex quo hoies gignũt:ꝓpea meũ geniũ noĩari qa me genuit. Alii geniũ appellari deũ:qui uim obtinet reꝝ oĩum gerẽdaꝝ. Sũt & q geniales deos dixerũt aquã:terrã:ignē.aerē ut autor ē idē Feſtus hæc eni ſũt reꝝ ſemia. Duodeci quoqꝫ ſigna & Lunã ac Solē īter hoc cõputabãt quos geniales dixere a gerẽdo qa plurimũ poſſe putãtur:uñ & eos gerulos appellarũt. MARtia ter ſenos &c. Romulus ac Remꝰ Martis filii creuerãt ad ãnos. xviii. nã adoleſcere īterdũ ē creſcere:ut Dũ prĩa nouis adoleſcit frõdibꝰ ætas. Vñ adoleſcẽtes dicti.

¶LACTE quis: hoc etiam ſuperius diximus:lupam.ſ. illis ubera porrexiſſe:& picum cibos contuliſſe. QVis neſcit. quaſi dicat oēs ſcire debẽt. INFAntes:ipſos.ſ. romulum & remũ. CREuiſſe:quaſi educatos adoleuiſſe. LACte ferino:lacte lupino. ET picũ:quæ eſt auis martia Sæpe tuliſſe cibos expoſitis extra amnem iacẽtibꝰ NON ergo te:ut attigimus ſupiori libro accurrẽtibus ad miraculũ paſtoribus. Lupa lac pueris præbẽte: Fauſtulus cõcedẽtibus cæteris eos educãdos accepit. Rediēs domũ cõiugem enixam inuenit: ſed mœſtam ut Diony. inquit: infante mortuo: ſolatur eam uir: gemelloſqꝫ illi pro uno extinctos educãdos tradit: appellataqꝫ eſt hæc laurẽtia: quæ quia corporis fuerat liberioris: dixere multi ideo creditũ fuiſſe a lupa educatos: quod quæ corpus ꝓuulgaſſet: lupa appellari ſolita ſit. huius laurẽtiæ ob hãc educationē ſolēne feſtũ apud ueteres romanos celebrat decẽbri mẽſe: ſed cũ poſteritati ſex ouidianoꝝ faſtorũ libri deperierint: ſacrum illud ex Poeta referre non poſſumus fuit poſtea & eiuſdem nominis & famæ mulier Acca laurẽtia: cui a populo romano in Iouis feriis ſacra inſtituta fuere. Decimo die calẽdarum ianuariarũ: ut Macrobius refert. ut autem Plutar. ſacrificabatur huic aprilis mẽſe: cuius illa ab utroqꝫ horum fabella refert: de edituo Herculis deũ teſſeris prouocãte. ut uictus ſcorto: & cœna mulctaretur: qui poſtea ſcortum. hoc inter ædes incluſit: poſtea Tarutio nuptam uiro ditiſſimo: quo mortuo ditata mulier populũ romanũ reliquit hæredem: ideo ab ancho in uelabro loco celeberrimo urbis ſculpta eſt. ac ſolēne ſacrificiũ inſtitutum. Sed ut refert Plutarchus: ubi Tarutio nſipſerat: reliquum uite tempus adeo cum laude & gloria uixiſſe: ut ab acolis Theophila nominaretur: & eos ideo honores a romanis conſecutã: eo eam in loco euanuiſſe ubi ſuperioris laurẽtiæ corpus iacebat: quē poſtea bilaurum uocauere. Cato autem ut Macrobiautor ē illam inquit meretricio quæſtu locupletatam reliquiſſe populo romano agros. Turacẽ: Semurum: Linterium. & Solinium & ideo magnificẽtia ſepulchri. & annue parentationis honore dignatam: Macer uero fauſtuli cõiugē Tarutio tuſco poſt exceſſũ primi uiri nuptã ait. & eius hæreditate ditatã po.ro. hæredē reliqſſe. Idē fere dicer̃ uidet: quo ad edituũ ſpectat. Plu. p. xxxiiii. & eã flauiã a romãis noĩatã aſſerit. & Var. miminit laurẽtinarũ feriaꝝ ac Acca laurẽtia. cui ſacerdotes publice parẽtãt: &c. ſed ad poetã redeamus: ſermonē ad ipſã laurẽtiã cõuertit. O LAurẽtia nõ taceã: nõ tacere debeã ego te. NVTrix tãte gẽtis. tãtoꝝ uiroꝝ: quãti fuere romulus & remus. NEC taceã o paup fauſtule ueſtras opes: q̄bus ſ. romulũ educauiſtis ſub ur̃o tugurio. VENiet ue. ho. o

PAV. MAR.

ſauſtule & laurentia. CVM dicam'cum ſcribam laurentalia:nam feſta illa'in decembri appellata fuere laurentalia ab ipſa laurentia. Aliqui tamen dicunt'laurẽtinalia. December acceptus geniis habet illa.laurẽtalia.ſ. & ſi ſuperius dixi genium eſſe deum.qui uim haberẽt rerum gerendarum:& genium deorum filium & parentem hoim & uniuſcuiuſq; loci deũ:ponit tñ interdũ pro uoluptate:cum dicam indulget genio:hoc eſt indulget uoluptati: dicimus ergo decembrem acceptũ geniis ob ſaturnalia:quæ eo menſe fiebant:conuiuia uoluptuoſa celebrabant

MARtia ter:educati fuere hi a fauſtulo & coniuge. Sunt tñ qui dicãt Numitorem conſcium alimenta clam ſuggeſiſſe:ut Plu.refert:& litteris apud gabios eruditos Romulum autem & remum uocatos:quoniam rumas.i.lupæ mãmas emũgere cõperti ſunt. Erant indole aut quaquã ſeruili:ſed quæ magnitudinem quandam:& probitatem præſe ferret:cum ambo adoleuiſſent uiribus ac aĩo p̄diti quo quæq; res factu difficilior erat eo audacius ſe conferebant:ea de ſe p̄ſtabat romulus:quã potius imperatorio uiro:quam ſeruo apertiora eſſe uidebant contribulos:& quẽq; ex infimo loco uirum ambo ad ſe cõtrahebant. NEC pluris regis p̄ſides:& regii pecoris magiſtro exiſtimabãt:minas:& aliorum in ſe furorem parui ducebant uictu & cõſuetudine liberali præ cæteris utebãtur:id in primis haud quamquã ingenui hominis officiũ eſſe rati:ſi otio aut ignauia deſipiſcere animos ſinerent: ſed curſando.uenando:p̄dones ꝓfligando:fures capiundo:uiolentiſſimis quibuſq; manus inferendo:gloriam ſibi parare poſſe putabant:hæc ex Plutarcho:quæ quidem & poeta delibat. Et in natali:ubi de eorum educatione agitur. Suſcipit tunc illos Euandri Fauſtulus archas gente ſatus:ſecumq; refert:& tradit alendos uxori claruʒ:cui tunc laurẽtia nomẽ. Educãt hæc creſcũt cœleſti ſemine nati Iam tum iuuenes.iam pectore forti Nõ his cura greges:armẽtaue paſcere.nõ hos paſtorum cultus:& fiſtula pacta iuuabat:ſed ſtudium ludis primam'exercere iuuentam:aut iaculo:aut nuda corpus laſſare paleſtra. Et ſophiæ gabiis ambo incubuere pelaſgæ. Fauſtuleas tutantur opes cæduntq;:fugantq; latrones:& cura fuit cũi uiuere rapto. MARtia proles:martis filii. ADOleuerat ter ſenos annos:creuerãt in octauũ & decimũ annũ Adoleſcere enim creſcere eſt:inde adoleſcẽs dicit:& adolere ẽ urere ut apud Virgilium. Verbenas adole pingues & adolere augere:honorare.ꝓpitiare:ut illud cura penũ ſtruere & flãmis adolere penates. ET noua barba:noua lanugo. SVBerat flauæ come.flauis crinibus.

Iliadæ fratres iura petita dabant:

Sæpe domũ ueniũt prædonũ ſanguinæ læti

Et redigũt actos in ſua iura boues:

Vt genus audierant aĩos pater editus auget:

Et pudet in paruis nomen habere caſis:

Romuleoq; cadit traiectus amulius enſe:

Regnaq; longæuo reſtituuntur auo:

Mœnia cõdũtur,quæ quãuis parua fuerũt:

Nõ tamen expediit tranſiliiſſe Remo:

Iam modo,q̄ fuerãt ſiluæ pecorũq; receſſus:

Vrbs erat æternæ cum pater urbis ait:

Arbiter armorum de cuius ſanguine natus

Credor,& ut credar pignora multa dabo:

A te principium Romano ducimus anno

Primus de patrio nomine menſis erit:

Vox rata fit,patrioq; uocat de noĩe mẽſem.

Dicitur hæc pietas grata fuiſſe deo.

ANT. ¶ILIAdæ.Patronymicum abuſiuũ ab eorum matre Ilia.

FAN. ANImos pater editus auget:quia ferunt accœpiſſe ro-

Iliadæ mulũ a fauſtulo q̄ eſſet martis filius:apuit aũt romulo eã rem fauſtulus metu ſubactus. Lege Liuium. Romuleoq; cadit traiectus amulius enſe. Amuliũ & remus & romulus obtrũcarunt quantum e Liuio & aliis colligit:quorum Liuius undiq; inquit regi dolus nectitur. Romulus non cũ globo iuuenum (nec enim erat ac uim apertã par) ſed uliis alio itinere iuſſis certo tpe ad regiã uenire paſtorib' ad regẽ impetũ facit:& a domo Numitoris alia cõparata manu adiuuat remus:ita regem obtrũcant. Cæterum Florus ſtatim inquit prima iuuenta patruũ amulium romulus ab arce deturbat. REGna.regnum Albæ interfecto Amulio numitori reſtitutum eſt. NOn expediit.non fuit utile:Eſt aũt figura Liptote ac ſi dicat: pernitioſiſſimũ fuit remo tranſiliiſſe urbis mœnia: ob id enim dicit interemptus. AETErnæ urbis:Virg. Imperium ſine fine dedi. A te principium romano ducimus anno:ab eo mẽſe quem a nomine tuo denominauimus ideſt a martio:quẽ tum eo tẽpore ſola denominauerat uoluntate:nam ſequitur. Patrioq; uocat de nomine menſem

PAV. ¶FRATres'iliadæ:Romul' remoluſq; Iliæ filii. DA-

MAR. bant iura petita:reddebant ius ac dominii. OMNibus agricolis:agrorũ cultoribus. ET miniſtris armentorum hoc eſt paſtoribus.quibus curæ erãt armenta. SAEpe domũ:ſi qñ p̄dones abegiſſent armẽta recuperabãt illa p̄donũ cede. SAEpe ueniũt domũ:redeũt domũ. LAEti ſanguine p̄donũ:quos ipſi uulnerauerãt. ET redigũt:reducũt. BOVes actos ꝑ abactos a p̄donib'. In ſua iura:in ſuã ptãtẽ:q mõ fuerãt ĩ ptãte p̄donũ. VT.poſtq̄. AVDierãt genus.uñ originẽ haberẽt. PATer editus. manifeſtatus a Fauſtulo ipſo:q romulo rẽ aperuit. AVGet aĩos:& ſi magnanimi erãt:tũc lõge maioris facti ſũt animi. ET pudet eos. HABere nomẽ.hoc'eſt famã & laudẽ. IN PAruis caſis.hoc ẽ ĩ uillulis:nã decuiſſet eos urbibus dñari. Romuleo:ut ex Plu.& Diony.excerpſimus orta cõtẽtione ĩter Amulii:numitoriſq; paſtores.ob pecorũ pabulationẽ:Ro.& Re.aduerſantes oppreſſere.& ĩtacti cũ p̄da domũ redire:ĩdignatus numitor his inſidias ſtruit:occupatoq; ĩ ſacris Ro re. capt' ẽ:ductus regi:cui' ſuppliciũ nũitori cõceſſũ ẽ. Sʒ motus nũitor & ĩdole & cõſtãtia Remi cœpit ĩterrogare q eẽt relata expoſitiõe gemellorum percuſſit numitoris aĩum nepotũ memoria romu interea fratris auxilio cũ magna manu accurrens. Fauſtulo rẽ oẽm aperiente cogniti ſunt ambo numitoris nepotes:ireuẽteſq; in amulium illum obtruncant. Albanorũq; regẽ numitori reſtituũt. CAdit ergo. Amulius traiectus tranſfixus: ENSE romuleo.romuli gladio. Et regna reſtituũtur auo lõgæuo:numitori auo materno iam ſeniori. MOEnia cõduntur:numitor iis conceſſit ut illuc ubi educati fuerãt:coloniã traducere poſſent.

Aedificata ergo ſunt ibi mœnia urbis romæ q̄ cũ p̄ter edictũ tráſiliiſſet remus a celere qui mœnibus præerat obtruncatus é:licet alia de eius morte cá referať:quá ſuperiore libro attigimus:& inferius latius explicabimus MOEnia:ergo rõana.ſ. COndũť:ædificanť. QVæ quáq̄ fuerũt parua túc cũ primũ noua erát. NON tñ expedit:utile fuit. REmo tráſiliiſſe:tréſaltaſſe qa ob id extinctus eſt. IAM mõ:loca ubi roma cõdita eſt prius erant inculta & nemoroſa & ferаꝝ ſaltus iõ hic. IAM mõ:& ſi idé uideať ſignificare.differunt tñ. IAM erat urbs qua:ea parte qua. MOdo:paulo ante. FVErát ſiluæ & receſſus:ſemotiones ſeu loca ſemota. PEcorũ beſtiaꝝ. CVM pater urbis:hoc é romulus. AIT:dixit uerba:quæ ſequunť. ARbiter:longa rerũ relatione ad hoc uenit unde primus anni mẽſis marti dicatus fuerat a romulo.ſ.ipſo:qui cõdita urbe romani anni principiú.Marti genitori dicare uoluerit hæc ergo fuere eius uerba. O ARbiter armoꝝ:o bellorũ domine:aut o armis p̄ſidens. DE ſanguine cuius credor:ego.ſ.natus. ET dabo multa pignora:q̄ſi multá fidé. VT credar.ſ. ex te natus:nõ ſtat adhuc ſnía:ſed ſeqtur. DVcimus.p deducimus:uel dicimus. A TE principiũ anno ro.ut a martio icipiat. PRImus menſis anni erit de primo noíe:quia a marte martius diceť in dei patris reuerentiá. VOX:ipſius romuli. FIT rata:firma:quia ſeruauit quod dixit. ET uocat menſem de nomine primo: quid martium a marte. HAEC pietas:hoc filii officium erga patrem. DICItur fuiſſe grata deo ipſi marti quia placuit eo affici honore.& habere primũ menſem ſibi conſecratum.

Et tamen ante oẽs Martem coluere priores.
Hoc dederat ſtudiis bellica turba ſuis:
Pallada cecropidæ, minoia creta Dianam.
Vulcanum tellus hipſipylea colit:
Iunonem ſparte.pelopeiadeſq; mycenæ.
Pinigerum fauni mænalis ora caput:
Mars latio uenerãdus erat, qa p̄ſidet armis.
Arma feræ genti, remq; decuſq; dabant:

ANTE oẽs marté coluere priores:Latini martem ét ante romulũ p̄cipue coluerunt cũ eos militia delectaret ac belli ſtudium. CEcropidæ:Athenienſes a crope:ii i re Palladé coluerũt a qua ferũt athenis fuiſſe nomé ipo ſuũ:uota eſt fabula. MInoia creta dianá cretéſé dianá colunt quá ibi a retibus dictynnam dictá nõnulli uolũt Lege Strabonem libro.x.eius Geographiæ. Solinus autor aſt cretenſes Dianam quá religioſiſſime uenerátur Britomartem gentiliter nominare:quod nomé ſermone noſtro ſonat Virgineam dulcem:cuius ædes Dedali manus oſtentat quá nemo niſi ueſtigia nudus ingreditur. VVLcanũ tellus hypſipylea colit:Lemnon dicit ægæi maris inſulam celeberrimam ubi regnauit. Thoas pater Hypſipyles qui Liberi filius fuiſſe diciť teſte Lactantio grámatico.In hanc iuno Vulcanũ ſuũ ac iouis filiũ e cœlo p̄cipité dedit ubi a Simiis exceptus ac nutritus dicitur.Fingitur aũt p̄cipitatus in hanc inſulá quia uulcanus ignis eſt & conſtat fulmina ex aere cadentia crebro in eá deiici. SPARte pelopeadeſq; mycenæ Sparta eſt urbs Laconiæ quam & Lacedæmoné dicimus.Sed & ſparta & ſparte recte dicitur. Hác & mycenas agamẽnonis patriá Plynius dat.Achaiæ.Vtrũq; oppidũ iunonem coluit:& Mycenarũ incolæ cũ argiuis cõiter. PInigerum faunũ. BEne addidit ora Menalis cum dixiſſet Pinigerũ.Legimus.n.in Buc.Mœnalus argutumq; nemus p noſq; loquentes ſemp habeti& pinifer illũ etiam ſola ſub rupe iacenté mœnalus.Sane faunus Pici filius de quo multa diximus primus in latio.Saturno eius auo ſacra inſtituiſſe dicitur:ut.C.Baſſus memoriæ prodidit:& faunam ſororem eandemq; uxorem ac picum conſecrauit:ab eo qui noctu in pellibus oracula patebant in latio furere conſueuerunt.

ANT. FAN. cretéſes. Dianam colunt. Dictynna. Britomars. Lemnos. colit uulcanum Spta & micenæ iunonem colunt. Faunus piniger. Faunus

ET tñ:& ſi a romulo pricipiũ anni a marte ſumptum eſt.Marté tñ longe ante romulũ italos coluiſſe cõſtat quia ipſa natura bellica gens & tamen priores:latini.ſ. COluere marté ante omnes deos.ſ. BELlica turba qualis eſt latina. Dederat hoc ſuis ſindiis ſuæ militari diſciplinæ ſuæ armorum peritiæ:ſed poſſet per hypalagem reſolui quaſi ſua ſtudia debere hoc:ut Marté.ſ.colerent. BEllicæ turbæ:latinæ multitudini bellis aſſuetæ. Pallada.quæq; externá regio ſuũ habet numen.Latini tamé matté præ cæteris colunt.Colunt pallada athenæ Creta dianam.Lemnos Vulcanum.qui deus eſt ignis.Cecropidæ.athenienſes a Cecrope rege.qui in Attica regnauit ante proditũ Ilium.ut eſt teſtis Euſebius.annis trecentis.lxiiii. Colunt pallada.Mineruá.de qua paulo ſuperius diximus.erat enim Athenis in ſaxo,ut Stra.refert.Vetuſtum mineruæ poliadis téplũ.in quo lucis inextinctæ lychin erat:& uirginum domus:quá Ictinus cõdidit.Vrbs ſacra palladi:cum rebus bellicis præſit:& ſtudiorum diſciplinis:quibus athenæ aliquando principatũ obtinuere. VEL quod certans de imponendo urbis noie cũ Neptũno aſtantibus duodecim diis uictrix fuit:ut i odiſſea diximus. CREta minoia:a minoe primo iouis & Europe filio. COlit dianá:colitur in creta diana:cuius téplum eſt in dycteo mõte crrtæ.Vnde dyctinna appellata é:licet a Callimacho referatur:quod Strabo nõ aſſerere uideť.Brithomarté uirginé: Minois uiolentiam euaſurá edycte fugienté intia dyctia:ideſt retla piſcatorũ deſiliiſſe:unde locum dyctiná appellauere.Quapropter & alii tradunt ſecutam peſtem io Creta:& ex oraculo habitum:ut ædem dianæ cõderent.& inde dyctanam appellatam. CREtam auté inſula a ſeptentrione:ut ſtrabo inquit ægæo abluitur. Pelago ſimul & cretico ab Auſtro abluitur aphro. Ad occidenté.ut Euſtachuis ait Egillam & Cytherá inſulas ſpectat. Ad orienté carpaton.Dictaq; referentem eodé Euſtachio.ut antiqui dicũt ab habitantibus in eo. Curetibus i cureta:& per ſyncopam reta. Alii a crete quodam iouis filio nominatam dicunt. Arrianus auté inquit:nõ creta cognominata eſt:ſed Cres ab eo qui iouem abſcondit in monte dycteo:quando Saturnus inquirebat eum p dere uolens.Archiias auté Creetem illam nominauit adiectione littere.e. TELlus hipſypilea: hoc lemnos inſula ab Hipſipyle Toantis filia:quæ in ea regnauit.Eſt enim in ægeo mari ab oriente Troiam:ab occaſu aton ſpectans:a borea thraciam,ab auſtro:ſed longo,tractu cretæ eſt oppoſita in hac aliquando fuere noſtræ delitiæ COlit uulcanum idem aſſerit Euſtachius:colitur in ea uulcanus tertius ioue & iunone natus. Quattuor enim

PAV. MAR.

fuere uulcani: primus Cœlo natus:alter Nilo:qui dictus eſt Opas quem regno ægyptii præfecerunt:cui etiam inuentio ignis aſcribitur. Tertius de quo hic agimus iouis & iunonis filius:qui lemni fabricæ præfuiſſe dicitur Quartus pui tenuit inſulas propter Aeoliã:de hiis etiã in odiſſea diximus. SPARtãi:& micenei ante alios deos iunonẽ colebant & arcadia faunũ. SPArte colit.ſ. IVnoné.ſparta uel ſparte dicimus:eadẽ quæ & lacedæmon in laconia. Taigeto monti ſubiicitur:ut ſtrabo inquit:ſed cur ſpartani dicti Trogus libro tertio doeet.q fuere nati ex eo promiſquo cõcubitu:ob notam materni pudoris ita uocati ſunt.Et micenæ pelopeiades:a Pelope:tum quod fuit in pelopõneſo:tum quod ea regia pelopidaꝝ micenas enim ut Strabo refert:Perſeus cõdidit cui Sthenelus ſucceſſit in regno.Hæ poſt argos ampliora ſuſceperunt incrementa ꝓpter cõmigrantes ĩ eas pelopidas:nam cum omnes ad Atrei filios conſiſterent.Agamẽnon grandior natu regnũ adeptus:uirtute duce comite fortuna regiõis poſſeſſionẽ ampliauit.ob hoc igiť. PElopoiades:micenæ:quas inter & argos:nam ſolũ inter ſe diſtant.l.ſtadi.erat tẽplum iunonis ambabus urbibus cõe:in quo Policleti ſimulachra artis laude omnium præſtãtiſſima. ORA menalis:Archadia a menalo mõte:ut ſuperius dictũ eſt. COlit caput pinigerum fauni.Faunũ ipſum pinu coronatũ:de quo in primo & ſecũdo libro diximus:ſicut cætera loca habent ſua peculiaria numina :ita numen Martis peculiare erat romanis.propter præſtantiam rei militaris.MArs erat uenerandus:ſumma cum ueneratione colendus. LAtio:in latio a romanis. QVia præſidet armis: nam in ſua poteſtate ſunt arma:& bellis præeſt. ARma dabant feræ genti:populo ro.feroci in bello. ET rem.hoc eſt imperium. ET decus.ornamentũ & gloriam:& eſt entimema a cõſequenti.Mars preeſt armis. & illi armiſcæteris ꝓſtant.ergo colere debent.Martem.qui illis fauet.Non modo romani. ſed alii quoqꝫ latini nominis populi etiã aliqui ex etrucis menſem martiũ hebebant:ut in eorum faſtis uidere licet.Verum poſtea romano imperio ſoccumbentes:ut leges a romanis.ita & anni quoqꝫ ordinem accepere.

Quod ſi forte uacat pegrinos iſpice faſtos
Menſis in his etiam nomine Martis erit.
Tertius Albanis:quintus fuit ille Phaliſcis
Sextus apud populos Hernica terra tuos:
Inter aricinos:Albanaqꝫ tempora conſtat
Factaqꝫ Telegoni mœnia cælſa manu:
Quintum laurentes:bis quĩtũ eqculus acer.
A tribus hunc primũ turba forenſis habet:

ANTO. FAN.

Hernici

Herne

Tuſculum

Mamilia

Equiculi

¶PEREgrinos inſpice faſtos. quarũdã urbium faſtos quæ in italia ſunt.Has peregrinas uocat uel eaꝝ faſtos peregrinos qď aliquando nõ fuerit iidẽ qui & romani TERtius albanis.apud albanos martius aliq ñ tertium in ãno locũ tenuit: apud Phaliſcos qntũ:apď Hernicos ſextũ apď arcinos & Thuſculãos tertiũ queãdmodũ & apď albãos. HEmica terra. Strabo auctor ẽ Hernicos quorum nobiliſſima olim ciuitas fuit anagnia lauinio & albæ ac ipſi rome eſſe uicinos.qui(ut placet Seruio)ſic dicti ſunt quia ſaxoſos montes habitant.Sabinoꝝ.enim lingua ſaxa herne uocantur.Sed (ut Iginius ſcripſit in libro ſecundo urbium teſte Macrobio) Hernicus quidã pelaſgus dux hernicis fuit a quo ita appellati ſunt. Fuerunt enim uetus colonia pelaſgoꝝ. INter aricinos albanaqꝫ tempora conſtat.Sic dictum ut ſæuius iter ſe conuenit urſis.i.cõuenientia ẽ.Albana aũt tẽpora uocat faſtos albanorũ tempora cõtinẽtes. FActaqꝫ telegoni mœnia cælſa manu.Tuſculũ dicit a Telegono circes & Vlxſſis filio conditum. Vnde ait Horatius.Nõ ut superni uilla candens thuſculi circæa tangat mœnia.Et Sillius mœnia laerte quondam regnata nepoti. Hoc oppidum.ut ſcribit Strabo.egregiis ornamentis inſigne & uineta olim & tecta magnifica coronarunt ubi Telegonus mamiliam filiam procreauit.a qua teſte Feſto Mamiliorum familia eſt appellata.Sane tanta fuiſſe ordinis menſium incõſtantiã uerũ exiſtimari poteſt cũ regnante Romulo ut inquit Plutar.ꝑter & rõnẽ & ordinẽ menſibus uteretur.Quintũ laurentes biſquintũ equiculus acer martius apud laurẽtes quintũ locũ apud Aeqculos decimũ tenuit.Sũt aũt æqculi populi Sabinis finitimi.Vnde Ancus martius ius feciale trãſtulit quoad res repetendas legati uterentur.Hos Naſo hic acres Vergilius horridos uocat:ut Horrida ꝓcipue cui gens aſſuetaque multo uenatu nemorum duris æqcula glebis armati terram exercẽt ſempqꝫ recẽtes.Cõuectare iuuat ꝓdas & uiuere rapto. ATRIbus hunc primum turba forenſiſ habet ſenſuſ eſt:apud æquiculoſ qui in foro iudiciali uerſabantur quarto loco martium habuerunt.Sunt qui romæ ſeruatum aliquando in rebuſ iudicialibuſ eum ordinem uelint quod non placet.Alii per forenſem turbam accipiunt quattuor tribuſ urbanaſ ĩ quaſ Fabiuſ Cẽſor omnem Forenſem turabm excretam coniecit auctore Liuio.

PAV. MARS

¶QVOD ſi forte uacat ſi forte uacuum eſt tibi tempus ab aliis curis ĩſpicere. FAſtos.faſtorũ libros. PEregrinos.nõ ĩtelligas græcos aut barbaros.ſed aliaꝝ urbiũ ĩ italia qm̃ italorũ locorũ ſubiecit exempla. ERIT intus:faſtorũ libris peregrinis. ERit menſis noĩe martis.erit inſcriptus martiuſ menſiſ. Albani cum annum decem menſium haberent:haberent & ipſi menſem patri dicatũ:eũqꝫ tertio loco numerabant:phaliſci autem quinto heraici ſexto:aricini uero & thuſculani eodem loco habebant :quo albani. TERTius albanis: menſis martius erat tertius in ordine anni ab Aſcanio inſtituti in alba:quæ ab eo condita eſt:ita enim in faſtorum libris & annalibus eorum cõſtare dicebať ille:martius FVit.quintus:quinto loco. PHAliſcis:ãno phaliſcorum de quibus in primo diximus.qui ſunt in etruria.non tamen ab urbe multum diſtantes: habuereqꝫ originem ab Haleſo:quem alii filium.alii aurigam Agamemnonis dixere . O hernica terra fuit ſextus apud populos tuos hernici populi ſexto loco martium numerabant. Via latina ſunt hernici: in quibus eſt agnania urbs olim inſignis ut Strabo ait:& Virg.Hernica ſaxa colunt:quos diues anagni paſcit.hi autem oriundi ſunt a pelaſgis:& appellari ita a pelaſgo quodam duce ſuo.qui hernicus nominabatur. cuius rei meminit Theodoſius Idem etiam Iuliũs Iginius non paucis uerbis probat. ET conſtat inter arcinios:& albana tempora:& mœnia

cæſſa facta manu Thelegoni:cõuenit idẽ ordo mẽſis inter albanos:aricinos & thuſculanos:eũdem enim ordinẽ ſuare:quoad ſtetit alba:iõ dixit albana tpa:qa ab aſcãio ad Tullũ hoſtiliũ:q eã ſubegit:pugna trigenua uctor & diruit. Aricini aũt ab aricia ñ lõge ab alba:quã alii ab Hippolito ubi reuixit:alii ab oreſte alii ab archilo ſiculo ædificatã uolũt. THElegoni:thelegon⁹ Vlixis ex Circe filius a quo tuſculũ cõditũ aiũt ĩde tuſculani. Laurẽtes qnto loco & eqculi decimo loco. MARtium numerabãt:forẽſes uero quarto. LAVrẽtes:a laurẽto oppido:ubi regia latini fuit. HABent quintũ:quĩto loco. Nã quintus eoꝝ mẽſis appellat̃. EQVICulus acer:fortis. HAbet bis quintũ:hoc eſt decimũ. Nam decimo loco martium menſem habebant. EQVI & equiculi ſunt inter marſos:& ſabinos utriſq̃ finitimi:& alba erat equoꝝ caput & ĩ eqculis primæ urbes ſũt Clyternũ & Caſſeoli. TVRba forẽſis habet hũc:mẽſem martiũ. PRImũ a tribus:primo loco poſt tres mẽſes:& ſic erat q̃rtus ĩ ordine fori ꝓpe reate in ſabinis:ĩde forẽſes poſtea dicti fuere foruli:& eos quoq̃ Strabo Sabinoꝝ eẽ ait. Verũ cũ ſubſequẽte ſabinoꝝ meminerit. Putãt aliqui melius dicendum turba ferenſis:hoc eſt ferentinia ferentino oppido:quod Strabo uia latina ponit:& eſt in ipſis hernicis. Sabini & peligni quarto loco martium habebat.

Et tibi cum proauis miles pelignæ ſabinis
Conuenit,huic genti quartus utriq̃ deus
Romulus hos oẽs ut uinceret ordine ſaltẽ:
Sanguinis autori tempora prima dedit:
Nec totidẽ ueteres,quot nũc hũere calẽdas
Ille minor geminis menſibus annus erat:
Nondum tradiderat uictus uictoribus artes
Græcia:facundum ſed male forte genus:
Qui bene pugnabat,romanã nouerat artẽ:

¶ET Tibi cũ ꝓauis miles & peligne ſabinis cõuenit: Sabinis ac Pelignis cõuenit.i.conuenientia eſt:q utraq̃ gens q̃rto loco deũ martẽ.i. Martiũ habẽt. Vocat autẽ Sabinos ꝓauos pelignoꝝ:qa ſunt qui pelignos Sãnitib⁹ tribuũt:& Samnites nouimus teſte. A.Gel a Sabinis ortos gẽte antiqſſima ut autor ẽ Strabo:a qua ut idem inqt Picẽtini Sãniteſq̃ in colonias deducti ſunt. Eidẽ gẽs ſimplicitate ac bõitate oẽs ſupauit a religiõe ac deoꝝ cultu Seuina appellata:ut Pli ſcri. Cæteꝝ:ut ait Feſtus: Peligni ex illirico orti ſunt. Inde enim ꝓfecti ductu Volciſci regis cui cognomẽ fuit Lucullo partẽ italiæ occuparũt. Eius nepos Pelicus fuit a quo peligni nomẽ acceperũt. Sciendũ proaui uocabulũ nõ ſemp accipi pro eo qui ꝓpe auum eſt. Nã maiores ſæpe & auos & ꝓauos & atauos appellamus. Ordine ſaltẽ: quia dixerat menſis in his etiam noĩe martis erit. Ergo ſi non mẽſis denoĩatione:ordine ſine dubio reliqui a Romulo uicti ſunt a quo martius primo loco cõſtitut⁹ eſt. Calẽdas:a parte totũ acipimus hoc eſt mẽſes qui decẽ tm̃ ut diximus fuere ſub romulo. NONdum tradiderat uictas uictoribus artes græcia. Nõ miꝝ ſi romulus annum ſuũ Solis curſui accõmodare neſciuit:quia romani nõdum a græcis aſtrologiã acceperant quos poſtea domuerũt FACundum ſed male forte genus. Euſebius autor eſt apud barbaras nationes quas fœcũditate agroꝝ excellere uidem⁹ raro naſci homines ingenio excellenti. Vnde ut alimentis quidam abundant ita & hominibus carere uidentur. Contra uero græcia quæ ſine cultu nihil producit homines generat cœleſtes atq̃ diuinos & ad omnem ſcientiam natos deditoſq̃:ut inqt Macrobius ocio ſapientiæ itaq̃ inde omnis litteraꝝ claritas effulſit teſte Plinio quoniam ut ſcripſit Heraclitus ubi aer ſiccior eſt ibi anima prudnetior. Eadem tamen gens autore Liuio lingua magis ſtrenua eſt q̃ factis ferox. Cicero in ſecũdum Tuſcu. quæſtionum: Græci autem homines nõ ſatis animoſi ſed prudentes ut eſt captus hominum ſatis hoſtẽ aſpicere non poſſunt. Illud nobis moleſtius eſt quod ſcribit Plinius:qui ubi ait græcos uſum olei ad luxuriam uertere eos uocat uitiorum omnium genitores.

ANT. FAN. Sabini ꝓaui pelignorum Sãnites a ſabinis Sabinoꝝ religio pelignorum origo Fertills barbaroꝝ religiones raro gignunt homines ĩgenio ꝓſtantes Vbi aer ſiccior ibi eſt aĩa prudẽtior græci nõ ſatis aĩoſi ſed prudentes. PAV. MAR.

¶O miles peligne cõuenit tibi:hic mẽſis.ſ. CVM ꝓauis ſabinis:qa eodẽ loco numeras tu martiũ quo ſabini. QVARtus fuit:martius quart⁹ anni mẽſis. FVIT huic utriq̃ gẽti ſabinis & pelignis quos ſabinoꝝ ꝓnepotes oñdit poeta:ueꝝ Põpeius refert habuiſſe originẽ ab illirico ductu Volſurii regis:cui cognomẽ fuit Lucullo: cui⁹ nepotẽs fuere Pacini⁹ a quo pacinates & pelicus:a quo peligni. Horũ oli metropolis erat corphiniũ nũc ẽ ſulmo:ſunt.n. peligni marſis finitimi. CVm aduerteret:romulus oĩb⁹ his populis:quos rettulimus eẽ martiũ mẽſem a marte denoĩatũ:eũdẽ accepit & ipſe:deditq̃ marti in anno a ſe cõſtituto primũ locũ. ROMulus: dedit: PRIma tpa:primũ mẽſem. AVTori ſanguinis:marti.parti:ut diximus in pricipio operis. VT uiceret hos oẽs populos. SALtem ordine:quia cũ alii alio loco haberẽt martium romulus primo cõſtituit. Quod a principio diximus:cũ annũ alii aliter obſeruarent:Romulus ſuum decẽ menſium conſtituit. SIC erat minor duob⁹ menſib⁹:qui fuerir ãnus ad ſolis curſum redactus. NEC ueteres habuere totidem calẽdas tot menſes:principia menſium:pro ipſis menſibus poſuit. Quot nunc:quot calendæ:aut quot menſes nunc habentur. ILLE annus ueterum.ſ. ERAT minor menſib⁹ geminis duob⁹:nã ille.x.& hic.xii.eſt. NONdum:ideo ueteres romani habuerãt ãnum decem menſium quia nondum in græciã traiecerãt: Vnde ſcientias reportaſſent:præſertim aſtrologiã:ut ad ſiderum obſeruationem ciuilis ann⁹ redigeretur. SED erãt aliæ artes romanis: Nã præſtãtia rei militaris:qua cæceros ſuperabãt. NONdum græcia quæ fuit doctrinarum parens:unde dictum eſt diſciplinaruꝫ genitrix uenerãda bonarum. TRAdiderat artes uictas uictorib⁹:quia nondum uicta fuerat a romanis qui eaꝫ poſtea & totum orbem uicere. Verum arx græciæ erat pelopõneſus:& pelopõneſi caput erat Corinthus: ideo eam urbem toti⁹ græciæ lumen uocat Cicero:ubi cum iniurioſius legati tractati eſſent. Romani duce. L. Mummio eã urbem funditus euerterunt. aliqui legunt. VICtas artes:artes uictorum: quia eas a græcis uictis nondũ acceperãt. FACundum gen⁹:ſed male forte:quaſi græcia quæ eloquentiæ & aliarum artium laude præſtaret non ãt animi fortitudine:qua in militia excelleret. MALE:in compoſitione ſignificat negationem ut male ſanus pro inſanus:male fortis:non fortis. QVI bene pugnabat:qui ſtrenuus erat in bello. NOVerat artem romanã:cum romanis eſſent u res & animi robur:& ſcientia rei militaris.

ANT. FAN.

Axis

Vrſæ due nautis obſeruantur

Cinoſura

Helice

DISER tus erat.tãti habebatur quãti habetur hodie qui diſertus eſt. Sed re uera diſertus eſt minus q̃ eloquẽs ut Fæcundi calices quem non fecere diſertum. ATLAntes:Pleiones & atlantis filias de quibus alibi. GEMInos &c. Axis interdũ eſt linea quæ ab altero mũdi polo in alterum tendit:ſed habet & alias ſignificationes. lege Feſtum. CYNOſura:Denius Vulcani filius Gynoſuram & helicen genuit ut quidam uolunt quæ cum iouem in idam nutriſſent eo merito in cœlum relatæ ſunt.illa urſa minor hæc maior dicitur:quarum prior in nauigatione obſeruatur a phænicibus:poſterior græcis inſeruit:ut Sidoniis cynoſura regit fidiſſima nautis:& graiis helice ſeruãda magiſtris.Naſo in.iiii.triſtiũ:Magna minorq̃ feræ quarum regis altera graias altera ſidonias utraq̃ ſicca rates De his lege Germanicum in carmine arateo lege de Iginum:Nobis ubi opus nõ eſt omnes fabulas referre non placet.Significat aũt cynoſura canis caudam. SOROris equos.Lunæ:quæ uocatur a Plinio ſidus nouiſſimum terriſq̃ familiariſſimum & cum ſit ꝓxima cardini minimo ambitu.xii.ſigna zodiaci quæ ſol anno uicenis diebus ſeptenisq̃ & tertia diei parte percurrit ac deinde remorata in coitu ſol biduo cum tardiſſime a triceſima luce rurſus ad eaſdem uices exit. LIBEra currebant:Nõdũ a nobis ita obſeruata ut ferrẽt quãdam ſpeciem ſeruitutis uti nũc ferre uidentur. Legim⁹ enim ſupra æthereaq̃ ingenio ſuppoſuere ſuo.

Mittere qui poterat pila, diſertus erat:
Quis tunc aut hiades, aut pleyades atlãteas
Senſerat: aut geminos eſſe ſub axe polos:
Eſſe duas arctos, quarũ cynoſura uocatur
Sidoniis, helicen graia carina notat:
Signa quæ longo frater percenſeat anno.
Ire per hæc uno menſe ſororis equos
Libera currebant, non obſeruata per annũ
Sidera: conſtabat ſed tamen eſſe deos:
Non illi cœlo labentia ſigna tenebant:

PAV. MAR.

QVI poterat mittere pila:qui erat excellẽs pili. hoc eſt teli romani iaculator. ERAT diſertus:erat facũdus ſiue eloquẽs. Verum plus ẽ eloquens q̃ diſertus. nam & M.Anto.apud Cice ait a ſe diſertos uiſos eẽ multos:eloquentem aũt neminẽ. QVOD fabius ita exponit. Diſertos putat dicere quæ oportet. Ornate autem dicere proprium eſſe eloquentiſſimi & reliqua. QVis tũc: Nõdum romæ habebatur ulla aſtrologicæ diſciplinæ ratio.Sic nec aſtrorum curſus obſeruatus quia nõdũ penetrauerant in græciam latini.nec in phœniciam.aut in ægyptũ:cum ægyptii ſeu aſſirii primi cœlum obſeruauerint:a q̃bus mercatorum & nautarum commertio accepe phœnices & ab his græci.Cũq̃ ad hos populos nõdũ acceſſiſſent percipere cœli rationem minime potuerunt.Sola ea erat romanorum cura ut tenerent ſua ſigna:& illa tuerẽ Signa autem cœleſtia nõ intelligebãt. QVIS tunc:eo tempore quo condita eſt urbs. Senſerat hyadas:cognouerat ſucculas:aut pleiades atlãteas:atlãtis ex pleiõe filias:Vir.hoc.d.quis obſeruauerat ſydera aut uerna aut hyemalia hyades enim ortu hyemen referunt pleiades uero oriuntur in uere:inde uergiliæ dictæ. Hyades.v.ſtelle ſunt in fronte tauri:quæ fuere atlãtis ex æthra filiæ:anteq̃ ex iſdẽ parentibus naſceretur hyas:a quo muſeus hyades uocari dicit.Cicero uero ab σειν quod eſt pluere:quia pluuiæ ſunt dici uoluit.Pleiades ſeptẽ fuere:De his dicemus in principio ſequentis libri. AVT quis ſenſerat eẽ duos polos ſub axe:polum arcticum & antarcticũ axẽ ſuſtinentes:& axi pro ipſo polo ponitur interdum. DE quo Pompeius. AXIS inquit quem græci αζων uocãt plures habet ſignificationes:nam pars cœli ſeptemtrionalis:& ſtipes teres circa quem rota uertitur:& tabula ſectilis axis appellatur:Poli duo ſunt borealis & auſtralis.Borealis altiſſimus eſt his:qui ſunt in noſtro hemiſperio Auſtralis imus & depreſſus:& qui a nobis uideri non poſſit. Vnde & Virgi.Primum de boreali hoc eſt de arctico polo:Deinde de auſtrali hoc eſt antarctico loquens ait:Hic uertex nobis ſemper ſublimis:at illum ſub pedib⁹ ſtyx atra uidet maneſq̃ profundi. QVIS ſenſerat eſſe duas arctos.urſam maiorem & minorem:de quibus ſuperiore libro diximus. QVArũ.arctorum ſeu urſarũ. SYDOniis:hoc eſt a phœnicibus a Sydone urbe. PETAtur cynoſurã:hoc eſt minor urſa ad cuius obſeruationem phœnices nauigant. GRAia carina:per metonymiã hoc eſt græcus nauta. NOTat helicem:hoc eſt maiorem urſam:ad cuius obſeruationem græci nauigant hæc enim ſydera a nautis obſeruabantur.De quo in.xiii.pharſaliæ:ſignifero quæcũq̃ fluunt labẽtia cœlo. Nũq̃ ſtante polo miſeros fallentia nautas:Sydera non ſequimur.ſed qui non mergitur undis Axis inoccidiuus gemina clariſſimus arcto:Ille regit puppes:hic cum mihi ſemper in altum. Surget & inſtabit ſummis minor urſa cherucis:Boſphoron & ſcytiæ curuantem littora pontum Spectamus:quicquid deſcendit ab arbore ſumma.Arctophilax propiorq̃ mari cynoſura feretur.In ſyriæ portus tendat ratis inde Canopos excipit auſtrali cœlo contẽta uagari Stella timens borean:illa quoq̃ ꝑge ſiniſtra:Trans pharon:in medio tangit ratis equore ſyrtim.Ex his conſtet phœnices obſeruare minorem urſam quam primus omnium obſeruaſſe Licurgus phœnix traditur.græci helicem ſequuntur:Vnde & Flaccus graiis helice ſeruanda magiſtris.ponitur q̃ helice pro maiore urſa:ab hilice oppido:in quo nata caliſto ab Higino fertur:quæ in ipſam maiorem urſam uerſa eſt.Cynoſuram autem uolunt aliqui ut Higinus meminit fuiſſe unam e nutricibus iouis:appoſitamq̃ plauſtro.& pro minore urſa accipitur. ET quis.ſenſerat. SIGna.xii.illa ſigna quæ ſunt in zodiaco. QVE pcenſeat enumeret. FRAter ſol:ipẽ. LONgo anno:anno ſolari qui conſtat ex.xii.menſibus:quibus.xii.illa ſigna ſol pmeat.nam in uno quoq̃ ſigno menſem unum abſumit. QVIS ſenſerat equos ſororis:lunæ. IRE per hæc omnia duodecim ſigna. VNO menſe:nam ſpacium ſignorum per zodiacum.quod ſol duodecim menſibus decurrit.Luna ſingulis menſib⁹ cõficit. SYDera currebant libera:quaſi nondum latinorum obſeruatione percepta. NON obſeruata per annum & ob id libera quia non obſeruata pro anni ratione. Sed tamen conſtabat eſſe deos:qui ſyderibus nomina dederant non tamen intelligebant ſiderum rationem. Illi:conditores urbis aut ipſi ueteres. NON tenebant nõ intelligebant. SIGna labentia cœlo:rationem occaſus ſiderum.ſic nec ortus.

¶Sed ſua:Nõ cœleſtia ſigna ſed ſua.i.ſigna militia ſiue uexilla. ILLA quidẽ fœno:Paup ſub Romulo Roma nus exercitus haſtis manipulos alligabat qbus pro ſignis utebatur. Vñ ſigniferi manipuli dicti ſunt auctore Ser uio.Hinc Donatus Romani inquit & Latini cũ ſub nouo cẽturione bellum aggreſſuri deputabanť ſertũ ſibi uel coronã ex manipulo herbæ cõficiebant quẽ ꝓ ſigno ſequebãtur.unde manipulus militũ nomen accæpit: Hunc Varro eẽ inqt exercitus minimã manũ q̃ unum ſeqtur ſignũ Eã Flaui⁹ Vegetius cõtuberniũ uocat docẽs manipulũ decẽ aliqñ militib⁹ cõſtitiſſe & ſic dictum ꝙ cõiunctis manib⁹ pariter dimicabãt. Hælianus autẽ in libro

ANT. FAN. Manipuli. Manipul⁹ militum Cõtubernium.

Sed ſua, quæ magnũ perdere crimen erat:
Illa quidem fœno, ſed erat reuerentia fœno
Quantam non aquilas cernis habere tuas:
Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos
Vnde maniplaris nomina miles habet:
Ergo animi indociles & adhuc rõne carentes
Menſibus egerunt luſtra minora decem:
Annus erat decimũ cũ luna recæperat orbẽ:
Hic numerus magno tunc in honore fuit:
Seu quia tot digiti ꝑ quos numerare ſolem⁹:
Seu quia biſquino fœmina menſe parit,

quẽ de inſtruẽdis acieb⁹ ſcripſit ad Adrianũ impatorẽ duas inquit cẽturias Manipulũ cõſtitueř:cui.A.Gel. aſtipulatur docẽs fuiſſe in legione centurias.xl. cohortes.x. manipulos.xxx. Quãuis ſub Romulo initio eius regni: ut Plutarch⁹ auctor ẽ Legio tria tm̃ millia peditũ &.ccc. equites habuit:q̃ poſtea ita excreuit ut ſex milib⁹ hoium cõſtiterit teſte Vegetio:qbus ẽt iterdũ aliq̃ fiebat acceſſio:adeo ueꝝ eſt qđ quidã docẽt uarietatẽ ducũ acceſſu tpis mutaſſe militiæ diſciplinã.Feſtus ſcribit ſex miliũ & cc hoium primũ.C.Marium legionẽ deſcripſiſſe cũ antea q̃tuor milium fuiſſe:uñ ẽt quadrata uocabať. Nõ uř omittẽdum hoc loco qđ legim⁹ apud Liuium de Manipulis ac militũ ordine.Quod inqt antea phalãges ſimiles Macedonicis hoc poſtea Manipulatim ſtructa acies cæpit eſſe.poſtremo in plures ordines iſtruebanť. Ordo eni ſexagenos milites:duos centuriones uexillarium unũ hẽbat.prima acies haſtati erãt Manipuli.xv. diſtantes inter ſe modicũ ſpaciũ.Manipulus leuis uicenos milites aliã turbã ſcutatoꝝ hẽbat leues aũt qui haſtã tantum geſſaꝗ gererent uocabanť.Hæc prima fons in acie florẽ iuuenum pubeſcẽtiũ ad militiã habebat Robuſtior deinde ætas totidẽ manipuloꝝ quibus principibus ẽ nomẽ.Hos ſequebanť ſcutati oẽs inſignibus maxime armis. hoc xxx.manipuloꝝ agmen Antepilanos appellabant qa ſub ſignis iã alii.xv ordines locabãtur: ex quibus ordo unuſquiſꝗ tres ptes hẽbat eaꝝ unãquãꝗ primum pilũ uocabant. Tribus ex uexillis conſtabat uexillũ.clxxxiii. hoĩes erãt Primũ uexillum triarios ducebat ueteranũ mil tẽ ſpectatæ uirtutis.Secundũ Rorarios minus roboris ætate factiſꝗ. Tertium accẽſos minimæ fiduciæ manũ eo & in poſtremã aciẽ reiiciebãtur: Vbi his ordinibus exercitus iſtructus eſſet haſtati oĩum primũ pugnã inibant. QVANta non &c.Marius has aues Romanis legionibus in ſecundo cõſulatu ſuo proprie dicauit teſte Plinio q etiã ſcribit penetraſſe aliqñ in caſtra gratiã unguentoꝝ ita ut aquilæ ac ſigna pulꝰerulenta feſtis diebus iniungerẽtur: Vt aũt aquilæ ſigna militum comitarentur a fælici augurio natum eſt(auctore Seruio)qđ Iuppiter ad bellum egrediens aduerſus Saturnũ uiſo aquilæ augurio ſit uictoriam cõſecutus.Fuit & inter ſigna militaria porci effigies quintum locũ obtinẽs: qa cõfecto bello inter quos pax fieret cæſa porca fædus firmare ſolebant.Item effigies Minotauri(ut alia ꝑteream)quoniã non minus occulta eſſe debent ducum conſilia:q̃ fuit eius domicilium labyrinthus. MANIplaris:Manipularis a fœni manipulis figurate dictum uerſus gratia. MENſibus egerunt &c.Conſtituerunt annum decem mẽſium. Vnde conſequens eſt ut luſtrum:ideſt quinquennium eius temporis minus ſit noſtro menſibus.x.cum hoc con ſtet menſibus.xl illud.l.

Legio. Quadrata legio. Haſtati Principes Antepilani. Primus pilus. Triarii. Rorarii. Accenſi Cur aquilæ ſigna militũ cõmitabanť Porci effigies inter ſigna militaria. Minotauri effigies.

¶Sed ſua:tenebant quæ tũ ſui iuris erãt:tenebant ſua ſigna:qbus in bellũ ꝓdibãt. QVæ ſigna ꝑdere erat magnũ crimen:nam pro magno ſcelere hẽbatur deſerere ſigna romana aut hoſti cõcedere.Sed que ſigna erãt mox dicemus. ILLA quidẽ fœno:pria romanoꝝ ſigna fuere fœni manipuli:Vnde manipulares milites dicti:quod ab occupatione albæ ſumpſit initiũ De quo Plu cũ ſcribit Romulũ cum paſtoribus in Amuliũ irruentẽ & albã ingreſſum:Cõſedere inquit in inferiore ciuitatis loco:cũ iam intromiſſæ eẽnt.& partẽ ipſius plurimã occupaſſẽt Verutis longis armati.faſciculo ſtipulaꝝ adiuncto:quos latini manipulos uocãt:Vnde & nunc in exercitu pedites ab his manipularii appellanť:hæc ille:ueꝝ poſtea ſigna romanoꝝ fuere:aquilæ:lupi:leones:apri:minotauri:boues. ILLA quidẽ:ſigna.ſ. FOEno:ex fœno erant. SED erat reuerentia fœni:nam oẽs fœnum quod ꝓ uexillo ferebant:reuerebanť non ſecus ac poſteri aquilas. QVANtum:tãta erat fœno reuerentia. QVantam cernis:uides o germanice. HAbere nunc aquilas tuas:quas tu fers in exercitu. Aquila.n. erat quæ legionẽ ꝑcedebat:& unaquaꝗ legio ferebat aq̃lã. Pertica lõga nõ.n.erat haſta expolita:ſed rudis ptica uelut ex nemore erat auulſa:portabat. MAnipulos:ſuſpẽſos:manipulũ fœni. INde:ab his fœni manipulis. MIles:manipu laris:ꝓ manipularis. HAbet noĩa:qa ide manipularii dicti ſũt. Et Varro inqt Manipulos exercit⁹ minimas manus:q̃ unũ ſequunť ſignũ. ERgo:ut cõcludat ſimplicitate q̃dã:& ſydeꝝ imperitia: Annus tantũmodo.x.menſiũ cõſtitutus eſt. ERgo aĩ indociles:q nihil diſcere poterãt.Et adhuc carẽtes rõne.ꝓ rõnibus.i.reꝝ cauſis q̃s ignorabãt. EGErũt:cõſtituerunt. LVſtra minora.x.mẽſibus:nã ut minores anni:ita minora luſtra.Luſtrũ n.cum ſit ſpatiũ qnꝗ annoꝝ:ut ſupius oſtẽdimus:& annus cõſtaret ex.x.mẽſibus. Cõtinebat tantũmodo illud.L.mẽſes:& cum cõputať annus ex.xii.menſib⁹ luſtrũ cõſtabit ex.lx.ſic eo tpe.x mẽſib⁹ erat minus. Licet poſt Romu lum a Tullo hoſtilio luſtrũ fuerit inſtitutum.ſed ꝑ hæc uerba poeta uoluit oſtẽdere anno naturali:duos menſes a principio defuiſſe. ANnus erat:Decimo quoꝗ lunæ peracto curſu ciuilem tunc annum computabant:ex eo quod denarius numerus perfectior ſit: & in honore erat: uel quia.x.digitos continent hominum manus: uel quod decimo menſe parit fœmina:uel quia cum numeramus ad decimum uſꝗ aſcendimus.Erat annus cum lu

PAV. MAR.

na receperat orbem decimum cum decies in rotunditatem ſe repleſſet. Hic numerus denarius.ſ. Erat tunc: ro. muli tpe. IN MAgno honore: ex qua perfectior numerus. SEV quia tot digiti ſunt.ſ. in hominum manibus. PER quos ſolemus numerare. plerũq; enim digitis numeros computamus. SEV quia fœmina parit biſqui no: hoc ẽſt decimo menſe de quo plura circa principium primi libri diximus.

ANT. FAN
Denarius numerus in honor̃.
Tres eq̃tum centuriæ.
decuriões.
Cohors
Centuria
Cõtubernia.
Principes
Haſtati
Triarii.
Haſtati.
Pilani.
Principes
Principalis porta.
Armati
Peltati.
Velites.
Cataphracti eqtes.
ferentarii
Haſtati.
Scutati.
Contati.

¶ SEV qd ad uſq; decẽ numero creſcẽte uenitur: Denarius numerus in honore fuit non ſolum qa decem digiti ſũt in hoĩum manibus & fœminæ decimo mẽſe pariũt: ſed qa is primus limes dr̃ numero℞. INDE pares cẽtũ denos ſecreuit in orbes Romulus: Ex obſeruatione denarii numeri factũ eſt: ut nõ mõ annus a Romulo in decẽ menſes fuerit diſtributus: ſed ẽt cẽturiæ militũ in decurias. Sane Curiæ q̃ ſub Romulo triginta fuerũt ſingulæ decẽ equites dederũt. Vñ Romulus tres eq̃tũ cẽturias habuit. & q̃ denis eq̃tibus p̃erãt Decuriones dicebant auctore Feſto qd & Varro confirmat his uerbis: Primi ſingula℞ decuria℞ Decuriones dicti quo noĩe ẽt aliq̃ñ uocabaẽ q turmæ duo℞ &.xxx. equitũ p̃erat: Significat tñ & aliud decurionis nomẽ qd intactũ relinq̃mus cum Laurẽtius Valla tpibus nr̃is ea de re nõ pauca tradiderit in elegãtiis ſuis. Cæte℞ nõ belli ſolũ ſed domi Centuriæ aliq̃ñ in decurias diſtributæ ſunt. Liuius rem iter ſe centũ patres decẽ decuriis factis ſinguliſq; in ſingulas decurias creatis q ſũmæ re℞ præeſſent cõſociant. De decuriis Columella media ſtimæ inquit claſſes nõ maiores q̃ denum hoĩum faciundæ: quas decurias appellauerũt antiqui. Eſt aũt ordo: Romulus ſecreuit centũ in denos orbes pares. Quod ſi triũ Centuria℞ equitũ diuiſionẽ accæperis ordo erit: Secreuit centũ pares in denos orbes. Sed placet ſupior expoſitio. HAſtatos inſtituitq; decẽ: Nõ eſt exiſtimandũ decẽ tñ haſtatos fuiſſe ſub Romulo. quo regnante: anteq̃ Tatius humanis rebus excederet. Plutarchus auctor eſt legionẽ ad ſex milia peditum & ſexcentos equites excreuiſſe. Romulũ ergo dicit haſtato℞ centurias in decurias diſcreuiſſe: queadmodũ & principũ pilanorũq;. Eſt igitur aſſeueratio eius ſnĩæ: pares centũ denos ſecreuit in orbes. Legimus maiores noſtros cohortes in cẽturias & centurias in cõtubernia diuiſiſſe: ut decẽ militibus ſub uno papilione degentibus unꝰ præeſſet Decanus qui caput cõtubernii dicebatur: ut Vegetio placet: qui ẽt inquit haſtatos olim in acie ſecunda pugnaſſe: ut in prima principes: in tertia qui & Triarii uocabantur. Alii aliter ſcribunt ue℞ enim eſt qd diximus mutari militiæ diſciplinã. HAſtati uero dicti ſunt: ut Varro ſcribit: quod haſtis pugnarẽt: ut Pilani quod pilis q̃ tela erãt ferro ſubtili trigono præfixa pedaliq; ſiue untia℞ nouẽ. Principes uero (ut idẽ inquit) principio gladiis pugnauerunt: qui poſtea cõmutata re militari minus illuſtres fuere. Ab his & principia in caſtris & principalem porrã dictã exiſtimant cuius meminit Feſtus. Sane Hælianus bellatores qui pedibus ſuis in terra nituntur in tres partes diuidit Armatos. Peltatos. Velites: quo℞ armatos grauẽ: Peltatos ac Velites leuẽ armaturã inq̃t appellari. Ex equitibus aũt qui in Turmas diuidi cõſueuerunt. Alios eſſe docet Cataphractos qui toti armis teguntur. Alios Ferentarios qui arcu uel iaculis ſolent eminus dimicare. Alios Haſtatos qui manus conſerũt & haſta cominus decertant: quo℞ alios ſcutũ gerere & ſcutatos dici. Alios tradit ſine ſcuto haſta pugnare quos inq̃t & Haſtatos & Contatos uocari. Idẽ etiã docet nullam haſtã ſumi oportere decẽ cubitis breuiorem.

Seu q̃ ad uſq; decẽ numero creſcẽte uenitur
Principium ſpaciis ſumitur inde nouis:
Inde pares centum denos ſecreuit in orbes
Romulus, haſtatos inſtituitq; decem:

PAV. MAR.

¶ SEV qd uenimꝰ uſq; ad decimũ numero creſcẽte cũ numeramꝰ aſcẽdimus uſq; ad.x. poſtea reſumit primꝰ nũerus decimo additꝰ: ut.x. poſtea.xi.xx. poſtea.xxi. ſic de reliqs. INde: a decẽ. SVMItur pricipiũ numeri.ſ. qd eſt illud unũ. NOuis ſpatiis: p quæ numeramꝰ. INde pares: nõ mõ in ãni cõputatione ſeruatus ẽ denarius numerus: ſed etiã in militia cũ centurias haſtatos pricipes pilanos equites & oẽs ordines denario numero diuiſit. Quod ut facilius intelligatur ordinem aciei referemus: qui poſtea ſeruatus eſt. in plures ordines inſtruebantur. Ordo enim ſexagenos milites duos centuriones. Vexillarium unum habebat. Leues aũt qui haſtã tantum: geſſaq; gererẽt uocabãtur. Hæc prima frons in acie florẽ iuuenũ pubeſcẽtium ad militiã habebat. Robuſtior inde ætas: totidẽ manipulo℞: quibus pricipibus eſt nomẽ. Hos ſequebantur ſcutati oẽs: inſignibus maxime armis. Hoc.xxx. manipulo℞ agmen. ANte pilanos appellabãt: quia ſub ſignis iam alii.xv. ordines locabãtur. Ex q̃bus ordo unuſquiſq; tres partes hẽbat: ea℞ unamquãq; primũ pilum uocabant. Tribus ex uexillis cõſtabat. Vexillum.clxxxiii. hoĩes erant. Primũ uexillum: Triarios ducebat ueteranum militẽ ſpectatæ uirtutis. Secundũ Rorarios minus roboris ætate: factiſq;: Tertium accẽſos: minime fiduciæ manu: eo q̃ i poſtremã aciem reiiciebãtur. Vbi his ordinibus exercitus inſtructus eẽt. Haſtati oĩum primum pugnã inibant. SI HAſtati p̃fligare hoſtem nõ poſſent: pede preſſo: eos retrocedentes in interualla ordinũ principes recipiebant. Tum principũ pugna erat: haſtati ſequebantur Triarii ſub uexillis conſidebant: Siniſtro crure porrecto: ſcuta innixa humeris: Haſtas ſub erecta cuſpide in terra fixas: Haud ſecus: q̃ uallo ſepta inhorreret acies tenentes: Si apud principes quoq; haud ſatis proſpere eſſet pugnatum a prima acie: ad Triarios ſenſim referebantur. Inde rem ad Traiarios rediſſe cum laboratur: Prouerbio increbuit. TRIArii conſurgentes ubi in interualla ordinum ſuorum principes & haſtatos recepiſſent: Exemplo comperſis ordinibus uelut claudebant uias unoq; continente agmine. Iam nulla ſpe poſt relicta in hoſtes incidebant. id erat formidoloſiſſimum hoſti: cum uelut uictos inſequenti nouam repente aciem exurgentem: auctam numero cernebant. Hæc ex Liui. viii. primæ deca. libro. INde ex ea ratione denarii numeri. ROMVlus ſecreuit: diuiſit. CENTVM: centurias ipſas: quæ ut Varro inquit ſub uno centurione ſunt: quarum centenarius iuſtus numerus. IN DEnos orbes pares: in decem equas circũnumerationes. nam denario numero diuiſit. ET INſtituit.x haſtatos: quo denario quoq; numero diuiſit: nam in ſingulis ordinibus.x. erãt: & poſtea ad ſexagenos auctus eſt numerus. Haſtati: ut Varro inquit: dicti qui primi haſtis pugnabant.

ANT. FAN.

¶ET TOtidem princeps totidem pilanus habebat corpora:Principum ac pilanoꝝ decani pfecti cōtuberniis
ſiue manipulis totidem hoc eſt decem militibus perant:& decuriones.decani.duces.primi ac pſtites dicebātur
ut autor eſt Hælianus:qui tradit ultimū in decuria tergi ductorē appellari.Neq; enim placet hoc loco ut p prin
cipē accipias primæ cohortis cēturionē.Lege uegetium ne tibi oīa recitē.Laurētius Valla docet primi piliū qui
primipilatū gerit primipilarē uero qui geſſit nuncupari.Liuius de primipilo:Cēturio erat quē nunc primipiluȝ
appellāt. LEGitimo:Non ſtrigoſo ſed qnali legitimū equitē uehi oportebat ne a cēſoribus notaretur.Dixim᷒

Tergi ductor
primipili•
Primipilo ris

Et totidem princeps: totidem pilanus hēbat
Corpa, legitimo quiq; merebat equo:
Quinetiam partes totidem titienſibus ille
Quoſq; uocāt ramnes luceribuſq; dedit:
Aſſuetus igitur numeros ſeruauit in anno
Hoc luget ſpatio fœmina mœſta uirum:
Neu dubites primæ fuerit quin ante calēdæ
Martis, ad hæc animū ſigna referre potes
Laurea flaminibus quæ toto perſtitit anno

ſupra equites quoq; fuiſſe i decurias diſtributos. Qui
etiá partes totidem titienſibus ille quoſq; uocāt ramnes
luceribuſq; dedit:Cōſtat tres partes po.ro.fuiſſe ſub Ro
mulos quas tribus dixerunt.unam Titiēſium a.T.Ta-
tio duce Sabinorū appellatā.Aliá Ramnenſium a Ro-
mulo.Tertiá lucerum quoq; noīs & originis cauſa icer
ta eſt ut Liuius ſcribit:quāuis feſtus Luceres doceat ap-
pellatos a Lucero ardeæ rege q Romulo aduerſus Ta
tium bellāti auxilio fuit Varro autem a Lucumonibus
quod quidá id uocabulū Thuſcum exiſtimauerint. Fe-
rūt enim Romulum(ut ſcribit Seruius)dimicantem cō
tra.T:Tatium a lucumonibus auxilia poſtulaſſe.Vnde
quidá uenit cuȝ exercitu cui iam recepto T.Tatio pars
urbis data eſt a quo in urbe thuſcus uicus nomē accepit.
Thuſcia enim ut idē inquit.xii.Lucumones habuit.i.re
ges.ut Gens illi triplex populi ſub gente quaterni:Plutarchus uero a luco aſyli luceres dictos putat in quem mul
ti fuga delati ciuitate donati ſunt.Has tribus tres fuiſſe nomē ipſum declarat a quibus tribuni dicti. Vnaqueq;
aūt tribus decē cōtinuit Curias autore Plutarcho.Vnde origo fuit turmæ dictæ q ter deni equites e tribus tri-
bubus darētur auctoribus Feſto & Varrone.Sciēdum Titiēſem tribum quá plerių; nō recte Tatienſem dicūt
a.T.Tatii prænomine appellatū eſt autore Feſto:cuius locū deprauatū inueni ſecūdū quē ea tribus Titienſis di
cēda eſt nō tatienſis.Illud quoq; non ignorádum quod admonet columella multiplicatas tribus nomē priſtinū
retinere ſicut Centuria a centum iugeribus uocata ut idem inquit mox duplicata idē nomen retinuit.Vnde ait
Feſtus Centuriam in agris ſignificare ducenta iugera:in re militari centum homines.Idem Romæ inquit.xxxv.
tribus curias appellari. HOC luget ſpacio.&c.Numa pompilius lugendi modū ſtatuit autore Plutarcho:uolu-
itq; puerum non lugeri citra trimatum:licere aūt natu grandiores lugere tot mēſibus quod annos uixiſſent ad
decem uſq; prolixiore uero fletu ætatem lugere nullam ſed longiſſimum tempus eſſe menſium decem.

Tribus tres
Titienſes
Ramnenſes
Luceres
Thuſcus uicus
lucomones.xii.
Tribuni
Turma
Cēturia in agris
Centuria in re militari

Lugēdi modus

PAV. MAR.

¶ET Totidem corpora habebat princeps hoc principum numerus continebat.x.milites.nam & denario nu
mero diuiſi princeps:qui ut oſtendit Varro a principio gladiis pugnabant:& poſt cōmutata re militari minis il
luſtria ſunt.Totidem corpora habebat pilanus.nam & pilanorum numerus in denos quoq; diuidebatur. PI
LAni qui pilis pugnabát.Verum ut Var.iquit Pilani Triarii quoq; dicti q in acie triario ordine:extremis ſub
ſidio deponebantur:quod hi ſubſidebant ab eo ſubſidium dictū:a quo Plau.Agite nunc ſubſidite omnes:quaſi
ſolent triarii. ET Qui:& ille. MæREbat:militabat.Sed merere ſine diphtongo ſcribere: ſtipendium milita-
re eſt.nam poeta in amoribus ait.Iuſſit & in caſtris æra merere ſuis. EQVO legitimo: lege ſibi conceſſo nec
corrupte legas hunc locū:ut alii fecere quiſq; merebat equo:non enim quiſq; ſed quiq; dicendum eſt nam de eq-
tum turma intelligit in denas quoq; partes diuiſa.nam in unaquaq; tribu decem.Turma enim ut oſtendit Var.
Terma eſt.e iuadiit:quod ter deni equites ex tribu tribubus Ticienſium.Ramnenſium :& Lucerum fiebant.Ita
q; primi ſingularum.decuriarum.Decuriones dicti:qui ab eo in ſingulis turmis ſunt : & nunc terni. QVIN-
ETIAM ille:Romulus. DEDit totidem partes titienſibus & luceribus.& quas uocant Ram etiam denario nu
mero diuiſit tribus Titienſem Ramnemſem & Lucerem : nam unaquæq; tribus in decurias decem diuiſa eſt.
De harum appellatione ita Var.inquit:Ager Romanus primum diuiſus in partes tris.A quo tribus appellata:
Titienſium Ramnū Lucerum nominatæ : ut ait Ennius Titienſes a Tatio Ramnenſes a Romulo:Luceres
ut ait Iunius Lucomone.Sed omnia hæc uocabula thuſca.ut uolumus qui tragœdias thuſcas ſūripſit dicebat. Et
Pompeius inquit Tirienſem tribum a prænomine Tatii regis appellatam uideri.& titiam quoq; curiam ab eo-
dem rege dictam.Et Plutarchus aſſerit.In compoſitione rerum cum ſabinis Centurias tres deſcriptas & ap-
pellatas.primam a Romulo Ramnenſem.alteram Tatienſem a Tatio & a luco Lucerem.ubi erat conſtitutum
aſylli templum.Centuriæ tribus dicte:ſunt qui iis præerant tribuni uocati.Pompeius autem inquit Lucerenſes
& Luceres : quæ pars tertia popu. ro.eſt : diſtributa a Tatio & Romulo appellati ſunt a luceo ardeæ rege : qui
auxilio fuit Romulo aduerſus tacium. ASSVETOS:cum & in diuiſione dopuli de quo ſuperius & in militia
denarium ſeruaſſet numerum:ſeruauit & in anno ea etiam ratione:quam a principio rettulimus.Per totidē mē
ſes a funere coniugis uxor ſuſtinet in uidua triſtitia ſigna domo. SERVAuit igitur:romulus. NVMEros aſ-
ſuetos:& in populo & in militia ſeruauit etiam. IN ANNO:in anni ratione. HOC ſpatio.x.menſium. FOE
mina mœſta:uidua & ob id mœſta. LVget uirū:uiri mortē.x.enim mēſibus lugubris ſeſe domi cōtinebat ut i
primo lib.oſtendimus. NEV dubites:Vt conſtet calen.Martias fuiſſe anni principium:ea ſigna refert : quæ in
principio huius libri rettulimus ex Macro.& in regia & in curiis & in flaminū domibus:& in templo ueſtæ lau
reas ueteres nouis mutari.quod qa olim in prícipio anni romulei fiebat:Seruabat ēt ſuo tēpore:& nouus ignis
a ueſtalibus accēdebat. NEV ut nō. DVBites.ſed ut certior fias. QVIN:qđ ita hoc in loco exponas qn p

quod nam crebrum hoc reperitur in epiſtolis Ciceronis:ut non dubito q̃in eo ſis animo:quo ego eſſem: ſiquid tu me rogares:hoc eſt certus ſum q eo ſis aio:quo ego eſſem. Terentius non dubium eſt quin uxorem nolit:qua ſi certum eſt quod nolit. Ponitur etiam pro quid non:ut eſt illud Saluſtianum: Quin igitur expergiſcimini: ponitur etiam pro inſuper ut apud Virgilium quin protinus omnem perlegerent oculis:ergo hoc in loco. NEV dubites:certus ſis. QTIN.quod. FVErint ante primæ calen. Martii mẽſis fuerint prius primæ:nam in anni principio. LAVrta quæ perſtitit toto anno flaminibus:corona ex lauro:quæ a principio anni ad finem permã ſit,aut pependit in flaminum domibus:

Tollitur & frondes ſunt in honore nouæ
Ianua tunc regis poſita uiret arbore phœbi
Ante tuas itidem curia priſca fores.
Veſta quoq; ut folio niteat uelata recenti
Cedit ab iliacis laurea cana focis.
Adde q arcana fieri nouus ignis in æde
Dicitur,& uires flamma refecta capit.
Nec mihi parua fides annos hic eſſe priores
Anna q hoc cœpta eſt menſe perẽna coli.
Hic etiam ueteres initi memorant honores
Ad ſpacium belli perfide pœne tui:
Deniq; quitus ab hoc fuerat quitilis,& inde
Incipit a numero nomina quiſquis habet

ANT. FAN.

Laureæ ueteres nouis mutabantur

Curia duplex

Nouus ignis accẽdebatur

Cures oliuifere

FRONdes ſunt in honore nouæ ingrediente Martio(ut inquit Macrobius)in regia curiiſq;,atq; flaminū domibus laureæ ueteres nouis laureis mutabãtur. IAnua tunc &c. Domus regis ſacrorum quem & regem ſacrificulum uocant calẽdis martiis ornari noua lauro cõſueuit:quæ arbor e phœbi. CVRIA PRiſca. De hac Varro Curiæ inquit duorum generum ubi curarent ſacerdotes res diuinas ut Curiæ ueteres &ubi Senatus humanas:ut curia hoſtilia quam primus ædificauit hoſtilius rex:ante hanc roſtra. LAVrea cana:Calendis Martiis & laureæ ueteres ædis Veſtæ mutabant̃ & accendebatur nouus ignis teſte Solino.iliacos autem focos dicit:quia æneas Veſtæ ſacra ex Troia dicit̃ attuliſſe. Vnde illud eſt:Et uos uirginea lucentes ſemper in ara Laomedonteæ Troiana altaria flammæ. ANNA:huius ſupra fecimus mentionem quam perennam uocarunt ut ſuo loco dicemus & celebrarunt hoc menſe ut annare p annareq; commode liceret. HINC etiam ueteres initi memorantur honores ad ſpaciũ belli perfide pæne tui: Lege liuium apud quem inuenies & poſt ſecundum bellum punicum idibus martiis initum conſulatum.

PAV. MAR.

TOLlitur:remouetur. ET nouæ frõdes ſunt in honore:nã reiecta ueteri laurea:noua apponitur. TVnc calendis martiis. IANua regis.ianua regiæ:& de regia conſulum intellige:quæ erat in pallatio. VIRET:uiridis:tũc uidet̃. POSita arbore phœbi:appoſita lauro quæ ſub phœbi tutela eſt propter Daphnem uirginẽ:quã amauit in eam arborem demutatam. CVRia priſca.quaſi uires tu etiam uetus curia. ITIdem:ſimiliter. Ante tuas fores:appoſita ſ.lauro:nam illud repetẽdũ poſita arbore phœbi Curiæ ut Var.inquit duorum generũ:Nã & ubi curarent ſacerdotes res diuinas:ut Curiæ ueteres:& ubi ſenatus humanas:ut curia hoſtilia:q primus ædificauit hoſtilius rex. Ante hãc roſtra:cuius id uocabulum:ex hoſtibus capta fixa ſunt roſtra. Et alio loco inquit:Curia ubi ſenatus rẽpu.curat Illa:& etiam curia dicitur:ubi cura ſacrorum publica ab his curiones Et Pomp.iii.de ſignificatu uer. Curia inquit locus eſt ubi publicas curas gerebant. CAlabra:curia dicebatur:ubi tantũ ratio ſacrorum gerebatur. Curiæ etiam nominantur:in quibus uniuſcuiuſq; partis po.ro.quid geritur. Quales ſunt hæ in quas Romulus populum diſtribuit:numero.xxx. Quibus poſtea additæ ſunt quiq; ita ut in ſua curia ſacra publica faceret:feriaſq; obſeruaret:Hiſq; curiis ſingulis nomina curiarum uirginum impoſita eſſe dicuntur:quas uirgines quondam Romani de ſabini rapuerant. LAVrea cana:Laurea uetus:nam canas ſenes dicimus a canis crinibus. CEDit ab iliacis focis:remouetur a templo ueſtæ:cuius ſacra ex ilio aduecta. VT ueſta quoq; niteat:ut ueſtalis ara aut templi ianua. NITEat uelata:tecta. FOlio recenti:nouis lauri frondibus:nã inde etiam ueteres laureæ remouebantur:& noue ponebantur. ADDE:ad hæc quod dicitur fieri nouus ignis in æde arcana:in penetralibus ueſtæ nouus ignis accenditur:arcana dixit:quia non licebat igredi maribus. FLAmma refecta:noua quæ tum ſuccenſa. CAPit uires.cum paulatim uehementius accẽdatur. NEC:Et ex hoc etiam argui poteſt. Menſem hunc anni principium fuiſſe:quod in eo menſe:ut & Macro.aſſerit ad annam perennam ſacrificatum itur:ut annare perennareq; commode liceat:quodq; calendis martiis comitia auſpicabantur:qui quidem mos uſq; ad bella punica ſeruatus eſt. Tunc enim primum cœpere auſpicari comitia calendis Ianua. Alia ratio:cũ dicamus quintilem quinto loco:ſic ſextilem ſexto.ſic uſq; ad Decembrem:qui eſt ultimus & decimus a martio ſignificat martium fuiſſe primum. NEC Mihi parua fides: ſed magna fides habenda eſt:quaſi credendum eſt. HVNC:a martio. ESSE fuiſſe annos priores:incœpiſſe ueteres annos:ſeu anni prĩcipia fuiſſe. QVOD hoc menſe eſt cœpta coli anna perenna. QVOD hoc menſe martio cœpere fieri ſacrificia annæ perẽnæ:cũ eſſet tunc anni principium quo ut Macro inquit annare & perennare commode liceret. Sed de anna inferius dicemus. HINC EX HOC menſe. MEMORANTVR:referuntur initi ab ineonis. HONORES VETERES:magiſtratus priſci quaſi referuntur comitia auſpicata & initi magiſtratus. Honor enim ut caliſtratus iuriſcon.iquit eſt municipalis adminiſtratio reipublicæ cum dignitatis gradu:ſiue cum ſumptu:ſiue cum erogatione contingens. AD ſpatium:quaſi uſq; ad tempus. O Pœne perfide:o Aphri ſex cartaginenſes fœdifragi:de quibus Syllius Te Marte finiſtro iuratumq; iou fœdus.cõuentaq; parum Sydoni fre.du. Atq; impius enſis Ter placidam iuaſit temerando abrũpere pacẽ:ide fœdifragi dicti & in ꝓuerbio fuit punica ꝑfidia. BElli tui uſq; ad bella punica. DENiq; Qui.Iulius q pri⁹ qntilis dicebat̃:ut in prio dixius. Quæ ſeqtur nũero turba uocata fuit. FVErat qntus ab hoc:qntus a martio. ET inde a qntili. QVISquis menſiũ. INCipit cuiuſcũq; ſit initium. HABet numina a numero:nam Sextilis a ſex. September a ſeptem. October ab octo & ſic de religs.

¶OLIVIFERIS:Ager Curium.Vnde.T.Tatius & Numa Pompilius exciti ſunt oliuetis ac uinetis egregie ANT.
præditus fuit ut autor eſt Strabo.Non placet hic repetere quæ ſuperius dicta ſunt.Lege Macrobium. SAMIO: FAN.
Pythagora(qui ut ſcribit iuſtinus)Sami natus eſt patre Demarato.Vnde illud eſt Virgi.Erat hic ortu Samius pythago
ſed fugerat una.Et ſamon & dominos odioq; tyrannidis exul ſponte erat.Ariſtoxenus tamen(ut inquit Laerti- ras ſamius
us)Tyrrhenum hunc eſſe uoluit e'quadam inſularum quas eiectis tyrrhenis Athenienſes tenuerunt:cuius pa-
trem alii Veſcaré fuiſſe tradiderunt alii Mamarchum:alii Meneſarchum annulorum ſculptorem.Illud dubiũ

*Prímus oliuíferis Romã deductus ab aruís*
*Pompilíus menſes ſenſit abeſſe duos:*
*Síue erat a Samío doctus quí poſſe renaſcí*

non eſt italicæ philoſophiæ principem hunc fuiſſe eum
ionica ab Anaximandro Thaletis diſcipulo fluxerit:di
ctamq; italicam philoſophiam q eius autor Pythagoraſ pythago
in italia plurimum philoſophatus ſit. Cum enim e Sa ras italiæ
mo in ægyptum & mox Babylonem ad perdiſcendos philoſo
ſiderum motus originemq; mundi ſpectandam profe- phiæ au
ctus ſummam ſcientiam conſecutus eſſet regreſſus in tor
de in cretam & Lacedæmona ad cognoſcendas Minois & Lycurgi leges in italiam uenit:ubi multum diuq;
philoſophatus eſt Tarquinio regnum obtinente cui cognomentum Superbus fuit ut.A.Gel.docet.Quare ſine
dubio fabuloſum eſt q aiunt Numæ Pompilii præceptorem fuiſſe Pythagoram.Vnde ait Liuius autorem eius
doctrinæ:quia non extat alius falſo Samium Pythagoram edunt.Et Cicero:quin etiam inquit arbitror propter
Pythagoreorum admirationem Numam quoq; regem Pythagoreum a poſterioribus exiſtimatum:nam cum
Pythagoræ diſciplinam & inſtituta cognoſcerent,regiſq; eius æquitatem & ſapientiam a maioribus ſuis accæpiſ
ſent:ætates autem & tempora ignorarent propter uetuſtatem eum qui ſapia excelleret Pythagoræ auditorem
fuiſſe crediderunt.Sciendum tamen ſcripſiſſe Caſſium Heminam(ut ait Plinius)Cn.Terentium ſcribam agrũ
ſuum in ianiculo repaſtinantem offendiſſe arcam in qua Numa rex ſitus fuiſſet:in eademq; eius libros repertos
in quibus ſcripta eſſent præcepta philoſophiæ Pithagoricæ eoſq; combuſtos a.Q.Petilio prætore.Sed memi-
niſſe debemus quod Plutarchus tradit putaſſe non nullos Pythagoram quendam ſpartiatam olympiade.xvi cu- pythago
ius anno tertio Numa rex creatus dicitur Nume congreſſum eſſe:ac ſimul cum eo regnum conſtituiſſe.Sane Py- ras ſpartia
thagoras Samius(ut Ariſtippus cyreneus putauit)ideo Pythagoras appellatus eſt q uera non minus pythio lo- ta
queretur:a quo unũ e tribus generibus braſicæ quæ a Catone ponuntur Pythagoricum dicitur quod eſt exten-
tis foliis & caule magno.Eundem philoſophum Ariſtoxenus ait cuncta animata in cibum permiſiſſe præter bo
uem aratorem arietemq;.Et Liuius Seruio Tullio regnante Romæ in ultima italiæ ora circa metapontum he
racleamq; & crotonam iuuenum æmulantium ſtudia cætus habuiſſe.Dionyſius quoq; ſcribit fieri non potuiſſe
ut numa Pythagoræ ſamii diſcipulus fuerit. QVI POSſe renaſci nos putat.Notum eſt uoluiſſe Pythagoram
eſſe animas immortales:& renaſci nos animis in noua corpora tranſeũtibus.Ouidius alibi:Quoniam non cor
pora ſolum uerum etiam uolucres animæ ſumus inq; ferinas poſſumus ire domos pecudumq; in uiſcera cõdi.
¶PRIMVS.Et primo libro diximus anno Romuleo numam duos menſes addidiſſe. NVNC IDEM RE- PAV.
fert..Romulus annum decimum menſium computarat a Martio incipientem:qui conficeretur diebus.ccciiii. MAR.
ut ſex menſes Aprilis Iuniis.Seytilis:September:Nouember:December:tricenum eſſent dierum.Quattuor
uero Martius:Maius:Quintilis:October:Tricenis & ſingulis expedirentur.Numa.L.dies addidit:ut in.ccc-
liiii:dies.Quibus.xii.Lunæ curſus confici credebat:Annus extenderetur.His.L.a ſe additis adiecit alios ſex retra
ctos illis menſibus ſex:qui.xx.habebant dies:ideſt de ſingulis ſingulos:factoſq;.L.& ſex dies in duos nouos men-
ſes pari ratione diuiſit:ac de duobus priorem Ianuarium nuncupauit.Secundum dicauit februo deo luſtratio-
nem.Paulopoſt in honorem imparis numeri:Secretum hoc:& ante Pythagoram parturiente natura.Vnum
adiecit diem:quem Ianuario dedit:ut tam in anno quam in menſibus ſingulis:præter unum Februarium impar
numerus ſeruaretur.Nam quia duodecim menſes ſi ſinguli:aut pari:aut impari numero putarentur.Conſuma-
tionem parem facerent. VNVS:pari numero inſtitutus uniuerſam putationem imparem fecit.Ianuarius
Aprilis Iunius Sextilis September Nouember December:Vnde tricenis cenſebantur diebus Martius Maius
Quintilis October dies tricenos ſingulos poſſidebant.Solus Februarius.uiginti & octo retinuit dies:quaſi infe
ris & diminutio & par numerus conueniret:Hæc ex Macrobio de anno & Numa inſtituto:cui poſtea Cæſar
addidit decem dies:& inſtituit in fine cuiuſq; quarti anni:ut dies unus intercalaris adderetur ad ſupplementum
quarte partis diei:ſed de his in principio diximus.Si quis plenam aut cumulatam rationem intercalationis ſcire
cupit.legat ipſum Macrobium. PRIMVS pompilius:Numa pompilius pompilii pomponii uiri illuſtris fili
us. DEDVCTVS ROMAM ab aruis oliuiferis:accitus in regem ex ſabinis aruis olea abundantibus.Reſpe
xit poeta ad ſua tempora:non autem ad tempora Numæ:nam & Plynius referente Oleam Theophraſtus cele
berrimis græcorum auctoribus urbis romæ anno circiter.ccccxl.negauit:niſi intra.xl.milia paſ.a mari naſci.Fe
neſtella uero omnino non fuiſſe in italia hiſpania atq; aphrica Tarquinio priſco regnante:ab annis populo ro
mano.clxxxiii.Ergo Nume tempore oliuiferi non erant. SENſit numa habere duos menſes ſcilicet a Romulo
conſtituto ſenſit deeſſe menſem qui Iano deo principiorum debebatur.& alterum qui deo purgationum.
SIVE DOCTVS:hæc ſcilicet quæ inſtituit. A SAMIO:a pythagora philoſopho:qui ſamius fu
it ex ſamo ionica. QVI:Pythagoras. PVTAT NOS POSSE REnaſci:putat animam eſſe immor
talem:ut eſt.Sed cum a corpore auellitur in alia quoq; corpora tranſire.De quo latius in metamorphoſi.O ge
nus actonitum gelidæ formidine mortis. QVID ſtyga:quid tenebras:& inania regna timetis materiam
uatum & reliqua.Numam multi uolunt pythagore philoſophi auditorem fuiſſe.ſed ut Dionyſius inquit repu
gnant tempora:Nam quattuor ætatibus pythagoras poſterior fuit Numa ſextadecima olympiade media

Romanum accepit imperium. Pythagoras poſt quinquageſimum olypiadem in italia manſionem habuit. Præ
terea: quando a Romanis in regnum numa euocatus eſt: nondū erat urbs Croto. ubi pythagore ſedes fuit: ſed
condita quatriennio poſt anno tertio decimæ ſeptimæ olympiadis ita in ea urbe: quæ nondum fuerat: Diſcipu
lus eius eſſe non potuit. De hoc eodem Liuius auctorem inquit doctrinæ eius: quia non extat alius: falſo ſamiuꝫ
pythagoram edunt. Quem ſeruo tullio regnante romæ: centum poſt annos amplius in ultima italiæ ora cir
ca Metapontum Hercleamq́: & Crotonam: iuuenum æmulātiū ſtudia cœtus habuiſſe conſtat. Ex quibus locis
& ſi eiuſdeꝫ ætatis fuiſſet quæ fama in ſabino: aut quo linguæ commertio quemquam ad cupiditatem diſcendi
exciuiſſet. Quoue præſidio: unus per tot gentes diſſonas ſermone: moribuſq́ perueniſſet: Suopte igitur īgenio
temperatum animū uirtutibus fuiſſe opinor magis: inſtructumq́ nō tam peregrinis artibus: q̄ diſciplina tetrica
ac triſti ueterum ſabinorum quo genere quondam nullum incorruptius fuit: Hæc ille Plutarchus uero ubi alio-
rum opiniones retulit & poſteriorem pythagoram dixit. Addit nō hūc pythagoram: ſed pythagoram ſpartia-
tam: qui ſtadiū in olympia uiciſſet: olympiade ſextadecima: cuius anno tertio numa in regnū conſtitutus eſt: in
italiam errabundū ueniſſe. Numæq́ congreſſum: ac ſimul regnū conſtituiſſe: Quare nonnulla ex laconibus Ro
manis inſtitutis doctore pythagora: admixta ſunt. & reliqua: ſed ut de euocatione Numæ in regnum aliquid di-
camus ex hiſtoriis noſtris mutabimur: poſt mortem Romuli cum inter reges per annum regnaſſent: & plebs re
gem expoſceret: permiſſa eſt populo poteſtas: decreuerunt enim patres ut cum populus regem iuſſiſſet: id ſic ra-
tum eēt: ſi partes autores fierent. Tum interrex Concione aduocata: Quod bonum: fauſtum fœlixq́ ſit: inquit
Quirites: regem create: ita patribus uiſum eſt: Patres deinde ſi dignum: qui ſecūdus a Romulo numeretur: crea
bitis: autores fierent. Adeo id gratū plebi fuit: ut ne uicti beneficio uideretur: id modo ſciſcerent: iuberentq́: ut
ſenatus decerneret: qui romæ regnaret. Inclyta iuſtitia: religioq́ ea tempeſtate numæ pompilii erat: Curribus
ſabinis habitabat: Cōſultiſſimus uir: ut in illa quiſq̄ ætate eē poterat: oīs diuini: atq́ humani iuris. Audito nomi-
ne numæ patres romani: Quāquā inclinari opes ad ſabinos: rege inde ſumpto uidebatur: tñ neq́ ſe quiſquam
nec factionis ſue alium: nec deniq́ patrū: aut ciuium quēquam præferre illi uiro auſi: Ad unuꝫ omnes numæ pō
pilio regnum deferendum decernūt: Accitus ſicut Romulus augurio urbe condenda: regnū adeptus. De ſe quo
q́ deos conſuli iuſſit. Inde ab augure: cui deinde honoris gratia: publicum id: perpetuumq́ ſacerdotium fuit: dedu
ctus in arcem: lapidem ad meridiem uerſus conſedit. Augur ad leuam eius. capite uelato ſedem cœperit. Dextra
manu baculum ſine nodo aduncum tenēs: quem lituum appellarunt: Inde ubi proſpectum urbem agrumq́ ca-
ptu. Deos præcatus regiones ab oriente ad occaſum determinauit. Dextras ad meridiem partes: lœuaſq́ ad ſe-
ptētrionem eē dixit. Signum contra quod longiſſime conſpectum oculi ferebant: animo finiuit. Tum lituo in
lœuam manum tranſlato: Dextra in capite numæ impoſita: præcatus ita eſt. Iuppiter pater: ſi fas eſt hunc Nu-
mam Pompilium: cuius ego caput teneo: regem romæ eē: uti tu: ſigna nobis certa ac clara ſint īter eos fines: quos
feci. Tum pegit uerbis auſpicia: quæ mitti uellet. quibus miſſis: Declaratus rex Numa de templo deſcēdit: Qui
regno ita potius urbem nouam: cōditā ui: & armis: iure: legibuſq́ ac moribus deītegro cōdere parat. Sed hæc ha
ctenus. Quæ ideo rettulit: ut his quoq́ cōmentariis adderem morem creandorum regum.

> Nos putat Egeria ſiue monente ſua:
> Sed tñ errabant etiā tūc tempora donec:
> Cæſaris in multis hæc quoq́ cura fuit:

ANT. FAN. ¶ EGEriam ſiue monente ſua: Egeriaꝫ Nympham ne
moris aricini amicam ſuam eē numa Pompilius fin-
Egeria xit ad affirmandam legum ſuarum autoritatem ut fe-
rum populum religio molliret: exiſtimantem omnia ab
eo rege iuſſu Egeriæ fieri. Statius in ſiluis: Sic ſacra numā
ritusq́ colendos Mitis aricino dictabat nympha ſuban-
tro. Hanc ueteres crediderunt unam eē e nouem muſis
quibus Numa ædem conſtruxit qui hac ratione perſuaſit populo cum Egeria ſe habere congreſſum. cuꝫ multos
ad conuiuium inuitaſſet iiſq́ ante horam ductis nihil fere paratum eē oſtenderet: eoſdem ueſperi cum duxiſſet
Egeria ab egerē do dicta magnificentiſſimum apparatum oſtendit. Hæc nympha ab egerendo ut Feſto placet egeria dicta eſt: cui præ-
gnantes ſacrificabantq́ ad conceptum partum egerenduꝫ eis fauere putaretur. SED tamē errabant etiam tūc
tempora: Nondum annus ſolis curſui accommodatus fuerat. Lege Macrobium & Solinum. Iulius Cæſar po-
ſtea rem tantum ſuſcæpit impleuitq́: ſed tum quoq́ per ſacerdotes uicio admiſſo Auguſtus annum reformauit
Nō pigeret uarios ītercalātium errores referre niſi ueremur ne & ipſi obiter erraremus lectori faſtidiū afferētes.
¶ SIVE MOnente: inſtruentes ſeu docente. EGERia ſua. quam ſuam coniugem eē fingebat. Egeriam enim ut
PAV. MAR. Dionyſius inquit: fabulati ſum nympham quādam fuiſſe numam docentem ſapientiam regiam: Alii non nym
pham ſed muſarum unam. De ea tamen plura inferius dabitur dicendi locus. SED tamē: poſt Numæ ordina
tionem anni. Errare uidebantur tempora: q́ a ſolis curſu annus non conficiebatur. unde ceptum eſt interca-
lari græcorum more & in hoc etiam erratum eſt Cæſar qui in deos referendus erat: Rem dignaꝫ ſe ratus: ut cœ-
lum prænoſſet obſeruauit cœleſtia: & in primis ſolarem curſum: incrementum: & decrementum dierum. Nam
cum ſol a Capricorno in Cancrum uenit dies creſcunt: decreſcunt uero cum a Cancro in Capricornum redit.
Sic perpetua alternatione obſeruata: ad eius rationem annum ciuilem conſtituit. SVPER addito intercalari
die in fine quarti cuiuſq́ anni ut diximus etiam ſuperius. SED TAmē etiam tunc: eo tempore a Numa ad Cæ
arem ERRABANT tempora: quia annus ad ſolis curſum non perficiebatur: & mēſes uerni: factuꝫ eſt eo er-
rore ut hyberni aliquando eēnt. DONEC uſq́ quo. HAEC quoq́ cura Cæſaris in multis: hæc etiam inter
multas curas tam bellicas q̄ urbanas. FVIT una: quaſi fuit inter cæteros præcipua: ut annum ad certiorem ordi
nem redigeret: Sed cum intercalationibus eēt erratum: rem emendauit Auguſtus: ſublato omni errore interca-
ri: ut diximus in primo quoq́ libro.

¶ILLE deus:Iulius Cæſar q̄ in deos relatus ē ut diximus ſupra:q̄ iuppiter ꝓmiſerat Veneri:ut Hūc tu oli cœlo ſpoliis oriētis honuſtū Accipies ſecura uocabiť hic quoq; uotis. NEC deus ignotas hoſpes inire domos: Sēſus ē: Voluit deus cœlū inire nō hoſpes. Hoc eſt cœli pene ciuis eo p̄cognito. MOras ſolis: Omne tp̄s qđ abſumiť donec Sol a Capricorno p Cācrū redit ad Capricornū. EXActis notis. *Signis exq̄ſitis.* Eſt.n.exigere iterdū exq̄rere:ut Tēpus ſecū ipſa moduq; exigit: Et ſociiſq; exacta referre. Sunt aūt oīum anni dieꝝ notæ ī faſtis: q̄ colliguní.ccclxv.q̄bus anno ītercalari unā adiici Cæſar īſtituit. ET pleno tp̄a quarta die: Plenū diē e q̄ttuor tp̄ibus. Eſt.n.figura Hypallage. Dicit aūt diē q cōficiť ex q̄drātibus quattur ut diximus ſupra:uocaťq; dies intercalaris quoniam ut ratio Solis cōueniat interponitur. Intercalaris dies.

Nec hæc ille deus tantæq; ꝓpaginis autor:
 Credidit officiis eſſe minora ſuis:
Promiſſumq; ſibi uoluit prænoſcere cælum:
 Nec deus ignotas hoſpes inire domos:
Ille moras ſolis quibus in ſua ſigna rediret:
 Traditur exactis diſpoſuiſſe notis:
Is decies ſenos tercentum & quinq; diebus
 Iunxit, & expleto tempora quinta die:
Hic anni modus eſt in luſtrū accedere debet,
 Quæ conſumatur partibus una dies:
Si licet occultos monitus audire deorum:
 Vatibus, ut certe fama licere putat:
Cum ſis officiis Gradiue uirilibus aptus:
 Dic mihi matronæ cur tua feſta colant:
Sic ego, ſic poſita dixit mihi caſſide mauors

IN luſtrum accedere debet:quarto anno ītercalari debet cōſumata ideſt pfecta ex q̄drātibus dies. De luſtro diximus ſupra. SI licet occultos mōitus audire deoꝝ: Vatibus ut certe fama licere putat: Verecūde petit a marte quam ob cām matronæ calendas martias colant. Officiis uirilibus bello. Vn̄ Numa (ut Plutarchus arbitrať) iō martium a marte cognominatū e prima ſede mutauit qđ in oībus uellet rē urbanā bellicæ in honore p̄ferri. Ianus.n.unde ianuarius nomē habuit diciť feꝝ & ſiluestrē cultū in urbanū ciuilēq; mutaſſe. DIC mihi matronæ cur tua feſta colant cū romulus aduerſus. T. Tatiū pugnās fugiētibus romāis ioui ſtatori ædē uouiſſet: Exercitus reſtitit & raptæ ī mediū ꝓceſſerūt ac pacē cōciliarūt:quā ob cām dicatas matrōis calēdas martias putant & matronalia ſacra ut inq̄t Plutarchus eis tributa cōpoſiti belli monumētū. Hic eſt qđ Horatius dicit admirati mœcenatē ut ab eo calēdæ martiæ celebrenť q matronā.i.uxorē nō habeat ut martiis cælebs quid agā calēdis. Sciendū matronā differre a matrefamilias. Matronā.n.dictam ꝓprie tradiderūt:ut placet. A. Gel. q̄ in matrimonū cū uiro cōueniſſet in eoq; matrimonio māſiſſet ēt ſi liberi nondū nati forēt. Matrē aūt familias eā eē uolūt q̄ ī mariti manu mācipioq; ē aūt in eius ī cuius maritus manu mācipioq; eſſet q̄m nō in matrimoniū tm̄ ſed ī familiā quoq; mariti & ī ſui hæredis locū ueniſſent. Alii matronas uirgines nobiles dicūt:iidēq; matreſfamilias q̄ ī m̄rimoniū p coemtionē uenerūt & p quādā iuris ſolēnitatē ī mariti filiā migrarūt. Vlpianus āt matrēfamilias inq̄t accipere debemus eā:q nō in honeſte uixit quāq̄ a cæteris fœminis mores diſcernūt. Vn̄ nihil ītererit nupta ne ſit an uidua īgenua an libertia. Nā neq; nuptiæ neq; natales matrēfamilias faciūt:ſed boni mores. Nonius ueteres inq̄t matronā accœpiſſe q̄ ſemel peperiſſet. Matrēfamilias q̄ ſæpius. Matronaꝝ (ut ait Seruius) crinales uittæ erāt q̄ meretricibus nō dabanť: ſimiliter & ſtolæ. Vnde Feſtus Matronas inq̄t appellabant eas fere q̄bus ſtolas habēdi ius erat. Hæ (ut auctor ē idē Feſtus) a magiſtratib⁹ nō ſūmouebanť ne pulſari contrectariq; uiderenť: neue grauidæ cōcuterētur: nec eaꝝ uiri ſedētes cum uxoribus in uehiculo deſcēdere cogebātur. Eodem auctore materfamiliæ nō ante dicebatur q̄ uir eius paterfamiliæ dictus eēt: nec Plures poſſunt hoc noīe in una familia appellari quo nec uidua nec quæ ſine filiis eſt uocari poteſt. matronarū uittæ & ſtolæ.

¶ILLE deus. Cæſar qui iā in deos relatus ē. ET auctor tantæ ꝓpaginis: tātæ ſobolis: q̄ſi pater Auguſti: Auus Tyberii: & proauus tuus o Germanice. NON credidit hæc: Hanc tēpoꝝ curam. ESSE minora: q̄ſi minus digna: ſe bene cōuenientia. SVis officiis: muneribus & actiōibus impatoriis: tā in rebus bellicis q̄ urbanis. VOluit Cæſar p̄noſcere cœlū anteq̄ aſcenderet uoluit cognoſcere īdagatione: & obſeruatiōe ſideꝝ & cœli rōnem. PAV. MAR.

PROmiſſum ſibi: nā ꝓmiſerat id iuppiter Veneri a tp̄ibus æneæ: qđ a Virgilio referť: Ionē loquentē ītroducēs: Hūc tu olim cælo ſpoliis oriētis onuſtū Accipies. NEC deus: ne uoluit ipſe Cæſar. HOSpes: tāq̄ hoſpes & pegrinus. INIre: īgredi. DOmos ignotas: ſed p̄cognitas: uoluit p̄noſcere loca cœleſtia: ad q̄ uēturus erat. ILle tradiť dr̄. DISpoſuiſſe notis exactis: ſignis & termīs diffinitis & cōſtitutis. MOras ſolis: hoc ē tp̄a q̄ eundo & redeūdo ſol abſumit. Aut ipſa ſolſtitia ītellige: hybernū & æſtiuū. tūc.n. remorari ſol uř: ante octauū calēdaꝝ Iuliaꝝ: & añ octauū calēdaꝝ Ianuariaꝝ. QVIbus moris q̄bus ſolſtitiis. REdiret ī ſua regna: rediret ſol e Cācro ī Capricornū: & e Capricorno ī Cācrū: Ab his igiť cōuerſiōibus ſolis Nā cōuertit ſe ſol ex īferiore gradu capricorni ad alteꝝ gradū Cācri. SIC ex Cācro ī Capricorno: iō græci Solſtitiū Tropicō dicunt: cū τροπη conuerſio ſit. Cæſar cōſtituit ſpatiū ciuilis āni. IS: Cæſar. IVNxit ad anni terminationē. DEcies ſenos: ſexagēos dies. TER cētū & q̄nq; dieb⁹: cōiūxit ſimul. ccc. lxv. dies. ET tp̄a q̄nta: q̄ntos quoſq; ānos. Die expleto. die ītegro: q tūc ītercalať: ut dū hæc ꝓfiteremur: quo poti⁹ caſus: q̄ rō deduxit: eo.n. die hūc locū legimus: q q̄dē dies ad ītercalationē februario ſup additus ē. Anno ſalutis. M. cccc. lxxvi. Tp̄a q̄nta dixit nō qđ q̄nis ānis fiat ītercalatio: ſed q̄ternis: hoc ē ī fine cuiuſq; āni. Sed q̄a de q̄nto ī q̄ntū: numerādo utrūq; ītercalatū: ut q̄rtanā febrē dicimus: q̄a de q̄rto ī q̄rtū: & tñ duo ſūt ītermedii dies: ſed nūerať a die febris ad alterā febrē: ita ab āno ītercalatiōis ad alterā: intercalationē: iō ſubdit. HIC āni modus terminus & diffinitio āni. DIes una: intercalaris. QVæ cōſumať: pficitur & expleť. PARtibus: ſenis cuiuſq; anni horis. ſic in fine quarti anni accipitur una dies integra. DEBET accedere in lu. in q̄nquēniū. nūq̄ in fine q̄nquēnii addať dies: ſed numerādo ab intercalato ad inter-

calatũ efficies q̃nariũ nũmeꝝ:ut a.lxxvi.ad.lxxx.q̃nariũ cõplecteris; SI licet:cũ uideaẽ poeta iã ſatis euagatus in hac ãni diſputatiõe:redit ad inſtituta:hoc ẽ ad ipſa feſta.Calẽdis.n.martiis martis feſtũ a matrõis celebraẽ. Cãm poeta ab ipſo marte reqrit:nõ.n.cõuenire uĩ:ut mulieres colant feſta dei armoꝝ p̃ſidis. SI licet:ſi fas ẽ. VAtibus au.occul.mo.deoꝝ aranas deoꝝ inſtructiões:& eruditiões. VT cer.fa.pu.lice.ut dĩ & arbitranẽ oẽs licere cũ & uates habeãt aliq̃d numinis. DIC mihi o gradiue:o mars & in fine ſupioris libri diximus q̃re mars gradiuus dictus:uel a gradiẽdo:uel ακρα Ϫ ά ίηειη uel a gramie.Cũ ſis aptus officiis & uiribus p Endyadi:n:hoc ẽ officiis uirilibus:nã inde mars a maribus dictus.Cur matrõæ colãt:celebrẽt. TV A feſta:calẽdas tui menſis:quo die ẽ tuũ feſtũ.Sic ego:ubi ita p̃catus ẽ poeta Mars depoſita:ut ille orauerat galea rñdit:& hæc primũ inq̃t. Aduocor nũc primũ in pacis ſtudia: q bellis p̃ſum: placetq; & ſtudioſe:& pacis militiæ p̃eſſe ne id ſoli palladi aſcribaẽ.Diſce igiẽ q̃d tu ſtudioſe poeta requiris:& relaturus cãm:ab urbis prĩcipio repetit. SIC ego: loquutus ſum.
SIC dixit ma.Mars magna uortẽs. POSIta caſ.galea ut ſupius orauerat:& nitidas caſſide ſalue comas.

Sed tamen in dextra miſſilis haſta fuit:
Nunc primũ ſtudiis pacis deus utilis armis:
Aduocor:& greſſus in noua caſtra fero:
Nec piget icæpti:iuuat hac quoq; pte morari:
Hoc ſolum ne ſe poſſe minerua putet:
Diſce latinorum uates operoſe dierum:
Quod petis: & memori pectoř dicta nota:
Parua fuit(ſi prima uelis elementa referre)
Roma:ſed in parua ſpes tamen huius erat:
Mœnia iam ſtabant populis anguſta futuris:
Credita ſed turbæ tunc nimis ampla ſuæ:
Quæ fuerint noſtri(ſi quæris regia nati:
Aſpice de canna ſtraminibuſq; domum:
In ſtipula placidi capiebat munera ſomni:
Et tamen ex illo uenit in aſtra thoro:
Iamq; loco maius nomẽ Romanus habebat:
Nec coniunx illi nec ſocer ullus erat:
Spernebat generos inopes uicina diues
Et male credebat ſanguinis autor ego:
In ſtabulis habitaſſe et oues pauiſſe nocebat:
Iugeraq; inculti pauca tenere ſoli:
Cũ pare quæq; ſuo coeũt uolucreſq; feræq;:
Atq; aliquã de qua procreet anguis habet:

ANT. FAN. IN dextra miſſilis haſta fuit: q̃a relatur⁹ ẽ bellũ ſabiorũ quoꝝ ẽ curis.i.haſta.uñ Romulus Quirinus dictus.
NEC piget incepti:Liptote ẽ & hoc dicit placet maiorẽ in modũ uerſari nũc in ſtudiis pacis ne Minerua mihi anteferaẽ:& bello & paci p̃eſt. LATInoꝝ uates opoſe dieꝝ:cuius opa.i.labor abſumiẽ circa faſtoꝝ dies. SPes huius:magnifice ut nũc ẽ Proptius oĩa romanæ cedent miracula terræ natura hic poſuit quicq̃d ubiq; fuit. ASpice de cãna ſtraminibuſq; domũ. Vir.i.viii.æn Romuleoq; recẽs horrebat regia culmo:ubi Seruius ait curiam calabriã dici quã romulus texerat culmis.Oui. ſupra romuli regiã caſam uocauit:ut Dũ caſa martigenã capiebat parua q̃rinũ.Hæc poſtea ſũmæ apud romanos religiõis fuit. ET tñ ex illo uẽit i aſtra thoro:q̃a nõ diuitiis:ſ; uirtute cuius comes ẽ gloria cœlũ petiẽ.Ea ẽ q̃ iter pãdit ad ſupos teſte Seneca. SPErnebat generos iopes uicinia diues. Liuius ſcribit miſiſſe romulũ q ſocietatẽ cõnubiũq; nouo populo peterent legatoſq; nuſq̃ benigne auditos.

calabria cutia

PAV. MAR. SED tñ ha miſ.fuit in dexta:ne pẽitus ab armis diſcederet:depoſuit galeam:& retinuit haſtã.Miſſilia tela dicimus q̃ longe mitti pñt. DEVS utilis armis: ego qui bellis p̃ſum:et utilis ſũ i re militari. NVnc primũ aduocor ſtudiis pacis:ad pacis officia:q ſp exercui bellica. FERo greſſus i noua caſtra:i militiã pacis.& poeticã. FERO greſſus:dixit ut alluderet ſuo cognomini cũ gradiuus a gradiẽdo dicaẽ. NON piget icepti:nõ mihi graue ẽ p ſeq q̃d aggreſſus ſũ. IVuat.d̃lectat. MOrari i mora detineri. HAC quoq; pte.hac ẽt militia litteraria.& pacis ſtudio.Ne minerua pallas a minãdo.ſiue minuẽdo ut alias dictũ eſt. PVTet ſe ſolã poſſe hæc. putet ſe ſolã poſſe utrũq;.& armis & paci.ſeu lr̃is p̃eſſe. DIſce tu uates opoſe.ſtudioſe. DIeꝝ latinoꝝ faſtoꝝ romanoꝝ. QVod petis. hoc ẽ cãm cur matrõæ colãt mea feſta. ET nota dicta pectore memori. q̃ ego dicã mẽoria teneas. PArua fuit cãm ipſã aggrediẽs prĩcipiũ ab urbis initio ſumit. uſq; ad raptũ ſabinaꝝ.p quo illata ſũt romanis bella.Sed cũ raptæ iã matres eẽnt bellũ dirimerũt.de quo paulo poſt.addi & alias duas cãs uel q̃d ilia de eo mr̃ fuerit.uel q̃a Iuno ẽ eius mr̃ q̃ rõe matres colũt feſtũ.Nũc hoc primũ dicit.ab initio romã fuiſſe puã.ſed i illa ſpabaẽ futura magnitudo.Regiãq; romuli fuiſſe caſã exiguã e paluſtri cãna.& in ſtipula ſolitũ reqeſcere.Inde tñ cœlũ aſcẽdiſſe cætera.ſuo ordie pſeq̃mur. PARua iq̃t. FVit roma ſi uelis referre pr̃ia elemẽta.q̃ſi ſiue uelis memoria repetere ipſa urbis primordia. SED in pua quãta tunc fuit.
ERat ſpes huius.tãta q̃ta nũc ẽ.q̃a ab illa pua futurã hãc urbis magnitudiẽ ſpabamus.Iã ſtabant mœnia. romana.a romulo cõdita. ANguſta.arcta q̃a.exigua tũc urbs q̃ tñ mille paſſus ambitu cõplecteretẽ.Sic erãt tunc anguſta future multitudini. POpulis futuris.q̃ſi q̃ cape nõ poſſet futurã multitudinẽ. adeo coaluit populus ro. Sed tũc i ipſo prĩcipio. CRedita ſũt nimis ampla turbæ ſuæ.& ſi pexigua erat urbs.tñ ampla & ſpatioſa erat nimis ipſis cõditorib⁹.q̃a nõ erãt tot cũ romulo ut eã iplere poſſent. SI q̃ris q̃ fuerit regia.domus regis. NOſtri nati.romuli. ASpice domũ de cãna.extructã e paluſtrib⁹ cãnis. ET ſtramib⁹.nã ſtramie & tecta & iſtrata.Caſa romuli cãnis & uiminibus cõſtructa magnæ fuit apud poſteros religiõi.& q̃uotiẽs de ea aliq̃d uetuſtate fœdabaẽ.ſacerdotes iſtaurabãt.ut integra ſeruareẽ.iõ mars Aſpice dixit q̃a ẽt tũc ſuperat.de ea plura diximus in prio lib. CApiebat munera placidi ſõni.q̃ſi dormiẽs romul⁹ reqeſcebat. IN ſtipula.& ẽ cõmẽdatio romuli a modeſtia & frugalitate.q̃a nõ regio luxu & ornatu utebaẽ domi.nõ delicate uiuebat. ſed duriter.nõ in plumis.& ſericis thoris.ſed in ſtipula reqeſcebat. ET tñ ex illo thoro ex illa ſtipula.Venit in aſtra relatus ẽ in deos. IAMq;

loco maius:iam cœperat romanū nomen apud finitimos extolli: maiuſq; habebaᵗ q̄ re eſſet:iunctæ tñ affinitates cū quoq; minime erāt:cū uicinæ ciuitates contēnerent romanos generos nec romulus habebaᵗ martis filius. EDVcatio pterea paſtoralis:& inopia nocebat. Aues & uenata aīalia habent un̄ poſſint ſobolem ꝓpagare:romanus ipſe nō habebat:nō repudiantᵗ externi:repudiabantᵗ romani. cū ita fieri uiderē inſpiraui mentē filio inito cōſilio rapuit ille uirgines. hæc nūc inqt mars uſus ē hac inſinuatiōe ut oſtēdat iuſtā fuiſſe cām rapiendaꝝ uirginū. ſāq; romanus habebat maius nomē loco. erat po.ro. iā maioris nominis & famæ. q̄ ipſa re locus eſſet. erat.n.urbs parui nominis. NEC illi.romano. ERat cōiunx nec ullus ſocer.nec cōiugē.nec ſoceꝝ habebāt. qa cōtrahere affinitatē cū his nemo uolebat. DIues uicinia.ſabini & finitimi. SPERnebat inopes generos.contēnebant illi & repudiabāt romanos generos.cū eſſent inopes. ET ego.mars. MAle credebar.non credebar. AVctor ſanguinis:nemo credebat romulū eē filiū martis.Et Liui.inqt Ro.legatos circa uicinas gētes miſit q ſocietatē cōnubiūq; nouo populo peterēt. Vrbes quoq; ut cætera ex infimo naſci. Deinde q̄ ſua uirtus ac dii iuuent magnas opes:magnūq; nomē ſibi acire: ſatis ſcire origini romanæ:& deos affuiſſe:& nō defuturā uirtutē: ꝓinde:ne grauarentᵗ hoīes cū hoībus ſanguinē ac genus miſcere. Nuſq̄ benigne legatio audita ē:adeo ſimul oēs ſpnebant:ſimul tantā in medio creſcētē molē ſibi ac poſteris ſuis metuebant:pleriſq; rogitātibus dimiſſi:& qdᵗ fœminis quoq; aſylū aperuiſſent. Id:n.demū cōpar cōnubiū fore &c. NOcebat:romu. HAbitaſſe i ſtabulis: cū paſtoribus. ET pauiſſe oues:nā educatus a Fauſtulo inter paſtores aliqn̄ oues pauiſſe creditᵗ: & id illi nocebat:qa pudebat finitimos affinitates cōtrahere. ET nocebat tenere iugera parua:habere exiguū agrū. IVgerum tñ eſt:q̄tū uno iugo boū exarari pōt. SOli inculti:nō prius culte terræ. Ipſa: ergo inopia cogebat. habere repulſam. ET cōtēnebant eos:& erāt ut Diony.inqt:uicine urbes romanis infenſe tētauit romulus & illas cōciliādas & ad ꝓpugnandā ſobolē cōtrahere cū illis cōiugia:qd̄ cū aſpnarentᵗ:Numitorē conſuluit. Statutūq; ut p raptū uirginū ꝓmiſcuū affinitate iungerēt:qd̄ uim illatam ferrēt æquiore aīo. Cætera paulo poſt: quæq; uolucres:& quæq; feræ coeunt cū ſuo pare. AVes & ſilueſtres beſtiæ habēt paria:cū qbus iunganᵗ. ATq; anguis: ſerpēs. HAbet aliq̄ de q̄ ꝓcreet:mouet ex hoc loco cōmiſeratiōnē i romanos.& idignatiōnē i finitimos.qd̄ & feræ.& ſerpentes qbus nihil eſt truculētius.habent parē.unde ſobolē poſſint propagare & romanis miſeris iniuria finitimoꝝ coniugia non danᵗ. CONnubia:matrimonia.hoc eſt ipſe coniuges dantur.

Externis dantur connubia gētibus:atq;
Romano uellet nubere nulla fuit:
Indolui patriamq; dedi tibi Romule mentē:
Tolle preces dixi:quod petis arma dabunt
Feſta para conſo:conſus tibi cætera dicet:
Illo feſta die dum ſua ſacra canes:

ſngens immiſit: quo exterriti equi Hippolyti: fugientes eum diſiecere:& loris implicitum lacerauere. Sed ut in hiſtoriis legimus: Cum feret̃ curru Hippolytus:ei audita nouercæ calũnia labenti animo:frena e manibus exciderunt. TVRbati equi:excuſſis habenis:currũ præcipitẽ egerunt. QVO effracto Hippolytus ueſtibus ĩplicitus atq; ad terram delatus interiit. Poetæ uero eum Aeſculapii ope reuixiſſe dicunt. Virbiũq; mutato nomine appellatũ:de quo alio loco dicet̃.Retinereq; Dianã Aricinam eũ apud ſe dicunt.Alii egeriæ cõmendatum: q̄d oſtendit etiam Vir.in fine ſeptimi æneidoꝝ cum dicat egeriæ nemoriq; religatum:Appellatũq; Hippolytũ uolunt ab ιππος equus λύω lacero:ſeu diſcerpo. VNde:ex quo. ILlud nemus aricina ſilua. Adit̃ nullis equis:ex eo q̄d equi iuuenem diſcerpſerunt: illud nemus ingredi non poſſunt:& Vir. Vnde etiam triuiæ templo luciſq; ſacratis Cornipedes arcentur ꝙ litore circum.Et iuuenem monſtris pauidi effudere marinis.Litia dependẽt uelantia:tegentia. LONgas ſepes: alligabantur tabellæ inſcriptæ liciis: & appendebant̃ ſepibus:uota teſtantes. Sæpem a ſepiendo dicimus:& plura ſunt genera ſepimentorum de qbus agit Varro in re ruſtica.& multa tabella:inſcripta nominibus ſeruatorum. EST poſita meritæ deæ:dianæ quæ uota exaudiuit. SAEpe fœmina potens uoti:hoc eſt uoti compos. REdimita frontem coronis:hoc eſt coronata. POrtat faces lucentes ab urbe: portat faces accenſas ex urbe Ariciam cũ aſſecuta eſſet:q̄d uoto optabat. REgna tenent fortes: regnum appellat poeta:eo q̄d ſacerdos triuie illic rex uocabat̃:& ſicut dicimus ariciam nemoralẽ ita & regem nemorẽſem: & regna dianæ dicta.Lucanus in tertio pharſaliæ:Qua ſublime nemus:ſcythicæ qua regna dianæ:& in ſexto: Parua myceneæ quãtum ſacrata dianæ Diſtat ab excelſa nemora aritia roma: & Suetonius in uita.C. Caligulæ Nemorenſi regi q̄d multos iam annos potiret̃ ſacerdotio:ualidiorem aduerſarium ſubornauit.ſic & naſo regna dixerat. FORtes:ergo. MAnibus tenent regna:ipſius dianæ. ET fugaces pedibus:ille enim efficiebat̃ rex: qui & uiribus corporis:& pedum celeritate præſtaret.opus enim erat dimicatione:& qui ualidior erat : alterum pellebat.Strabo cum de hoc agit:ita inquit:Eſt & diane lucus:ideſt Artemiſium:ſic enim uocant:e ſiniſtra uiæ regione:ex aricia ad arcinam ſiluam conſcendentibus:quod templum nominant ædificium Tauricæ: Nam barbaricus qdam:ſcytarũq; circa templum mos obtinet.Qui enim uictimæ mactator prius extiterit:Sacerdos inſtituit̃: fugitiuus quidam uir: gladium tenens:& inſultus ſemper circũſpectans:ad tutandum ſtrenue eſt paratus. Templum autem ſilua circundat:cui lacus inſtar pelagi fluctuans adiacet.Circum:circa montanum ĩminet ſupercilium continenter:unũq; prææltum.Caua inde regio tẽplum aquã quæ excipit.Fontes ſpectare licet:e qbus lacus explet̃.Horum ſacra ſub cuiuſdam dæmonis appellatione habent hoc in loco ſcaturigines obſcuræ ſunt: & reliqua.Hæc uerba Stra.indicant eum lacum montibus circundatum:qui eſt ultra albam. Vbi eſt ab uno latere oppidum cynthianum:ab altero nemus:ſic n.alterum oppidum nunc uocant.His in locis aliquando adoleſcenti mihi delitiæ fuerant æſtiuæ:iam diu ab illis abfui. Veꝝ in eodem templo olim humana uictima ĩmolabantur. Sed cum poſtea ut honoratius inqt romanis ſacroꝝ credelitas diſpliceret:quãq̃ ſerui ĩmolarentur ad laconias ĩ diana tranſlata:ubi ſacrificii conſuetudo adoleſcentuloꝝ uerberibus ſeruat̃: qui uocabatur βωμαικαι quia aris ſuperpoſiti contendebant:qui plura poſſent uerbera ſuſtinere.

Et perit exemplo poſtmodo quiſq; ſuo:
Defluit incerto lapidoſus murmure riuus
Sæpe ſed exiguis hauſtibus inde bibi:
Egeria ẽ quæ p̄bet aquas dea grata camenis:
Illa Numæ coniunx conſiliumq; fuit:

¶ET perit exemplo poſt modo quiſq; ſuo:Qui cæde aliena Rex Nemorẽſis creatus eſt:cum occurrit fortior aduerſarius priuatur & regno & ſacerdotio dum interſicitur quẽadmodum & ipſe alium interfecit. INcerto murmure q̃ uix percipitur ſenſu aurium. Hic riuus fluuit e fonte cuius nympha putatur Egeria. DEA grata camenis: Liuius camœuis eum lucum ſacrauit ꝙ deaꝝ ſibi concilia dum coniuge ſue Egeria eſſent: Plutarchus in Numa: Præterea opus eſſe camenis locum eum & q̂ circum locum prata ſunt ſacrare quo frequenter ad ſuum congreſſum ueniant. Hæc Numa ex Egeria audiſſe apud eundem inquit autorem.Lege utrunq;. ANT. FAN.

¶ET quiſq;:ex illis regibus nemotenſibus. POſtmodo poterit ſuo exemplo:qa ualidior alios opprimit. DEfluit per lucum cynthie. RIuus lapidoſus:inter lapides fluens. INcerto murmure:quaſi tam leui ſuſurro:uix auribus percipiatur. INde:ex eo riuulo. SAEpe bibi ſed exiguis hauſtibus.bibi ſæpe:ſed paꝝ aquæ hauſi. EGEria eſt quæ prebet aquas:quaſi egeria eſt illius fontis nympha:quæ aquas fundit. DEA grata camœnis: muſis: nam ut Pomp. inquit camœne muſæ a carminibus ſunt dictæ uel quod canunt antiquorum laudes:uel quod ſint caſtæ mentis præſides: ſed poeta egeriam camœnis gratam dixit: ꝙ alii putauere eam eſſe unam ex muſis: uel quia locus ille camœnis eſt conſecratus. de quo Liuius inquit. Lucus erat: quem medium ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua: Quo: quia ſe perſæpe numa ſine arbitris: uelut ad congreſſum deæ inferebat. Camœnis eum lucum ſacrauit quod dearum ſibi conſilia cum coniuge ſua egerie eſſent.& ſoli fidei ſolẽne inſtituit. Ad id ſacrarium flamines bigis:curro arcuato uehi iuſſit.Manuq; ad digitos uſq; inuoluta:rem diuinam facere:ſignificantes fidem tutandam:ſedemq; eius etiam in dextris ſacratam eſſe &c. Plutarchus uero ubi de ſaliis agit:inquit.Annum iam octauum regnante numa morbus peſtifer italiam occupans romam inuaſerat:mœrẽtibus cunctis tradit̃ peltam æneam e cœlo delapſam in numæ manus: in eam mirabilia quædam dixiſſe regẽ: ſe ex egeria muſiſq; audiſſe:peltam in urbis ſalutem miſſam.Oportere eam ſeruare:aliis.xi.& illius figuram effectis.Præterea opus eſſe camœnis lucum eum.& q̂ circum locum prata ſunt ſacrare.quo frequenter ad ſuum congreſſum ueniant &c.Inde eſt illud Iuuenalis.Hic ubi nocturnæ numa conſtituebat amicæ.& paulopoſt ubdit. & eiectis mendicat ſilua camœnis In uallem egeriæ deſcendimus. Egeriam nolunt dictam ab egerendo.ex eo quod Pompeiũs inqit Egeriæ nymphæ ſacrificabant prægnantes quod eam putabant facile conceptam aluum PAV. MAR.

egerere: ILLA:egeria. FVIT coniunx nome:&c. CONſiliũ:qđ dicebat ſe habere cum ea congreſſum & cõſu lere de rebus agẽdis:ut iam late oſtendimus. Principio nimium: Numa regno ita potitus ut Titus inqt Vrbẽ nouam:conditam ui:& armis:iure:legibuſq;:ac moribus de integro condere parat:quibus cum inter bella aſſueſcere uideret non poſſe quippe efferos militia animos:Mitigandum ferocem populum:armoꝝ diſſuetudine ratus:Ianum & infimum argiletum:indicem pacis belliq; fecit:aptus ut in armis ẽ ciuitatem:Clauſus pacatos circa oĩs populos ſignaret:& paulopoſt:ne luxuriarent ocio animi:quos metus hoſtium:diſciplinaq; militaris continuerat:oium primum rem ad multitudinem ĩperitam & illis ſæculis rudem:efficaciſſimã: Deoꝝ metum iniciendum ratus eſt. Qui cum deſcẽdere ad aĩos ſine aliquo cõmento miraculi:non poſſet:ſimulat ſibi cũ dea egerea congreſſus &c.qa de aliis iam egimus non ĩmoremur. Sed de geſtis & moribus eius ſic Alycarnaſeus inqt Vnde pauca hæc excerpſimus. PLEbeios pauperes ſuſcepit diuidens eis ex agro quem Romulus poſſederat. Et ex publico partẽ exiguam. Patriciis prioribus nihil ademit aduentitiis alios quoſdam honores tradidit. Diſſidentes cõpoſuit:diſpoſito congrue populo:duo hæc tractauit:docuitq; populum: qbus ornatam ciuitatem fieri felicem:& magnam putabat cultum diuinoꝝ:qa dii eſſent bonoꝝ oĩum mortalibus largitores. Deĩde iuſtitiã: pquam data a diis bona:honeſtos ferre poſſeſſoribus fructus afferebat &c.

Principio nimium promptos ad bella qrites:
Molire placuit, iure deumq; metu:
Inde datæ leges, ne fortior omnia poſſet:
Cæptaq; ſunt pure, tradita ſacra coli:
Exuitur feritas armiſq; potentius æquum ẽ.
Et cum ciue pudet cõſeruiſſe manus:
Atq; aliquis modo trux uiſa iam uertitur ara:
Vinaq; dat tepidis, farraq; ſalſa focis:
Ecce deũ genitor rutilãs per nubila flãmas:
Spargit:& effuſis æthera ſiccat aquis:
Non alias miſſi cecidere frequentius ignes
Rex pauet, & uulgi pectora terror habet:
Cui dea nec nimium terrere piabile fulmen:
Eſt ait, & ſæui flectitur ira iouis:

ANT. FAN. ¶PRINCIPIO nimium prõptos ad bella qrites Molire placuit iure deũq; metu:Docet quale fuerit Numæ ſtudium a po.ro.feritas religione mollita eſt & ad quietem redacta. Vnde illud eſt Horatii:Romulũ poſt hos prius:an quietũ põpili regnum memorem? deinde ut oſtendat cur Salii ferentes ancylia Mamurium canãt dicit regnante Numa largiſſimas Pluuias cum fulminibus decidiſſe & ſuaſiſſe Egeriam Numæ ut fulminum expiationem a Pico & Fauno peteret a qbus iuppiter ſecreta quadam arte elicitus expiandi fulminis ritum Numam edocuit:eiq; pollicitus eſt certa ſe romani imperii pignora tradituꝝ. VNde cum Numa conuocato populo rẽ diuinam ageret breue ſcutum e cœlo delapſum eſt ut diximus ſupra. Hunc regem conſtat iuſtitia prudentia & religione excellentiſſimum fuiſſe:ac po.ro.traduxiſſe ad pacem & ſacrificia celebranda cum omnem diuini cultus inſtitutionem in octo partes diſtribuiſſet quaꝝ meminit Diony.tricurionum.flaminum ducum celeꝝ.augu.uirginum ueſtalium Salioꝝ.collegii fecialium & põtificum. Vnde tantæ apud externos populos autoritatis fuit ut nemo eo regnante Romanis bellum intulerit. Hæc ita uulgata ſunt referri a nobis ſupfluum uideaẽ. INde datæ leges: Sine qbus pax eſſe non põt:q̃ niſi forent uiolentia ſibi oĩa uendicaret. ARmiſq; potentius æquum ẽ:Plus q̃ arma æquitas põt. Salue leges membra ſunt iuris. Aequitas eſt qua æquum & bonũ dicimus: id eſt qđ ſine lege & conſuetudine ab oĩbus probari ſolet.

Leges: æquitas VIſa iam uertiẽ ara:Molleſcit religione q antea ferus & paratus ad uiolentiã fuit. EFFuſis æthera ſiccat aqs: Aetherem pro aere poſuit:ut illa leue fugiens raptim ſecat ethera pennis Hic exoneraẽ atq; ſiccaẽ dum pluuit & terra hymbrem excipit. Contra uero fit dum pluuiæ ĩminent:ut dum ſicca tellure licet dũ nubila pendent. NE nimium terrere:Imperatiuus modus eſt cui aptius ne iungiẽ q̃ non:ut pete dardaniam fruſtra theti mergere claſſem:& ne pueri ne tanta animis aſſueſcite bella. Legimus tamen in pharſalia Lucani:Nõ qua tellure coacti quod q; procul tectis captæ ſedeatis ab urbis cernite. FLEctitur ira iouis: Contra Epicuros qui eſſe deos dicunt ſed nihil curare ut autor eſt Cicero de natura deorum.

PAV. MAR. ¶PRINCIPIO:quaſi ab initio. PLAcuit:numc. MOliri:leniri & mites fieri. IVre:iuris obſeruãtia. ET metu deũ:relligione:nã ea demum uera relligio eſt:cũ deũ timemus. Inde uolunt deum dictum qđ δέος metus ſit:& papinius nõ ab re dixiſſe uideẽ. PRImus in orbe deos fecit timor. Et Pomp.inquit Deus dictus:q; ei nihil deſit:uel qa oĩa cõmoda hominibus dat: ſiue a græco δέος qđ ſignificat metum:eo qđ hominibus metus ſit: ſed magis conſtat id uocabulũ ex græco δέος eſſe dictũ:aſpiratione dempta:q mos antiqs noſtris frequẽs erat. Numæ ergo placuit iuris obſeruantia:& religione frenare & manſue facere. QVIrites:romanos:quãquã quiter a curibus dicti. NImiũ prõptos ad bella.bellicoſos quos Romulus armis ſemp exercuerat. Inde:ex eo. DAtæ leges.a nũa.ſ.dedit.n.populo leges q̃s ab egeria accepiſſe ſimulabat. NE firmior.ualidior.& potẽtior. POSſet oĩa ne oĩa potentioris arbitrio adminiſtrarenẽ. DEdit leges qbus iuſtitiam ſeruare diſcerent. SAcra tradita.quaſi cerimoniæ.& ritus ſacroꝝ.& deoꝝ cultus.quos ipſe dradidit. SVNT cœpta coli & ab ipſis romanis. PVre.caſte. FEritas exuiẽ.cũ eſſent prius feroces.iã ipſam feritatẽ exuerunt.& induerũt manſuetudinẽ. ET æquũ eſt potẽtius armis.qa arma & uires ab eqtate uincunẽ. Illudq; dicimus æquum & bonum eſſe.qđ ſine lege ac conſuetudine ab oĩbus comprobaẽ. Spectareq; ad ius naturale dicitur. Nam paulus iuriſconſultus de iuſtitia & iure. ius inquit pluribus modis dicitur. Vno modo quidem id quod æquum & bonum eſt dicitur & eſt ius naturale. Altero modo. quod omnibus. aut pluribus in quacunque ciuitate utile eſt ut ius ciuile neque minus ius recte in ciuitate noſtra ius honorarium &c. Vulpia. inquit. Ius a iuſtitia dictum. Et ut legem definiamus. Cicero lux inquit eſt certa ratio e mente diuina manans. quæ recta ſuadeat. prohibeatque con-

traria.Et Papinianus ait:lex eſt cõe p̃ceptum uiroꝶ prudentiũ:Demoſthenes ſic definit lex eſt cui oẽs hoĩes debẽt obedire.Et Chryſippus:lex eſt diuinaꝶ & humanaꝶ reꝶ notitia.Et Modeſtinus:legis uirtus hæc eſt ĩperare:uetare:punire:ꝑmittere. ET putet.Iã. Cõſeruiſſe manus cũ ciue:pudet,inter ſe pugnare nõ enĩ aut ꝓ agris: aut aliis bonis armis decertabãt:ſed iuſtitiæ ſuccũbebãt. AT q; aliqs mõ:pauloañ Trux ferus:& crudelis. VErtiĩ Iã uiſa ara:q truces:prius:& exptes religiõis.uertiĩ iã uiſa ara:iã mites redditi:& r̃ligioſi:cũ primũ uiderit arã uertũt ſe:& ſacrificatũ eunt. ET dat uina & farra ſalſa:hoc ẽ molã ex farre & ſale mollito. TEpidis focis:aris ubi fit ignis ſacrificii. Ecce deũ:Iã expoſito numæ ſtudio dirigit narrationẽ:ad ingrẽdã ancilioꝶ narrationẽ:& inqt eo tpe emiſſa ab ioue crebertima fulmina:ſic & creberrimas fuiſſe pluuias.Vnde forte exortus ẽ poſtifer ille morbo:quẽ ex Plutarcho retulimus. Ecce genitor deũ:Iuppiter ſpargit. FLãmas rutilas:coruſcos ignes ideſt ignea & coruſcãtia fulmina. PER nubila & ſiccat æthera:aera.Aqs effuſis:effuſiõe aquaꝶ bene aũt exoneraĩ: atq; ſiccaĩ aer p pluuiaꝶ effuſionẽ. Nondũ allas:q̃ſi nunq̃ hactenus ſeu ad ea uſq; tpa: Cecidere frequẽtius:crebrius. Ignes miſſi:fulmina e cœlo miſſa. REX pauet:expaueſcit numa:& Terror habet pectora uulgi:oĩs multitudo exterrita eſt:& Plut.ea peſte mœſtos fuiſſe cũctos oſtendit. CVI dea:Egeria territum numã conſolaĩ: monſtratq; iouẽ poſſe placari:ſed id oſtendit:quo pacto fieri poſſit:debere a pico: & fauno.docuitq; nympha: qua ratione eos cogeret:& ab ipſis ritum edoceret. CVI:numæ dea egeria ait. NE nimium terrere:nõ exterrearis nimium. Fulmen eſt piabile:quaſi cauſæ uel delicta:quibus iratus eſt Iuppiter & fulmina emitti poſſunt ſacrificiis expurgari. ET flectitur:mitigatur:ſeu placatur. IRA iouis ſeui.irati.

Sed poterũt ritum picus faunuſq; piandi
Tradere:Romani numen utrũq; ſoli:
Nec ſine ui tradent adhibe tu uincula captis
Atq; ita qua poſſunt edidit arte capi:
Lucus Auentino ſuberat niger ilicis umbra:
Quo poſſes uiſo dicere numen ineſt:
In medio gramen,muſcoq; adoperta uirẽti.
Manabat ſaxo uena perennis aquæ:
Inde fere ſoli faunus picuſq; bibebant:
Huc uenit,& fonti rex Numa mactat ouẽ:

¶SED poterũt ritũ faunus picuſq; piandi Tradere. Hi dei p Auentinũ montẽ errare dicebanĩ autore Plutarcho.cũ is neq; urbis pars eſſet neq; habitareĩ.quos cæpiſſe Numã fabulanĩ cum uinũ & mel fonti ex quo bibere conſueuerant miſcuiſſet:q ubi ſomno excuſſo quẽ potus fecerat.uiderunt tenaciſſimis ſe uinculis cõprehẽſos edocuiſſe regem dicunĩ fulminum luſtrationem.q̃uis qdam(ut idem ait Plutarchus)eam luſtrationẽ non a pico & fauno ſed a ioue traditam dicãt ab iiſdem diis arte magica deuocato.qui cum dixiſſet luſtrationem fieri capitibus oportere & Numa ſubdidiſſet cepaꝶ iuppiter hoĩum inqt Rurſus uero cum Numa p̃cepti acerbitatẽ inuertens interrogaret capillis:r̃ndiſſe iouem ferũt aĩatis.& tũc Numã piſciculis menidibus ſubieciſſe.Itaq; diu obſeruatũ eſt ut p cepas crines & menides piſciculos fulmina luſtrarenĩ. ROmani numẽ utrũq; ſoli.Quia Picus regnauit in Latio Saturni filius & Fauno pater Picus fuit.Vir. Fauno picus pater iſq; parentẽ te Saturne refert. ARte.Dolo.q aũt ars ſiue dolus fuerit ſequẽtia indicant. NVmen ideſt:Denſæ arbores atq; intactæ necnõ & aqua perẽnis Numen eſſe ibi oſtendebant & bene lucum more Virgiliano ſacrum dicit.

ANT.
FAN.
Fulminũ expiatio.
Picus.

¶Sed picus & faunus poterit tradere ritũ piandi.quo ritu ſacroꝶ mitiges iratum iouẽ. VTrũq; numen romani ſoli.q̃ſi uterq; deus latiũ tueĩ.nã latii fuere reges.Picus enim Saturni filius.quẽ in picum auẽ materiam circes ueneficio uerſum dicunt.uñ & Vir.facit auem circe.ſparſitq; coloribus alas.Sed latini eum ꝓ deo coluerunt.uñ eſt illud Plutarchi qd latini eum p̃cæteris colant.At aues eius nominis Picos martios uocat Pli.cognomine inſignes.& in auſpiciis magnos.& poſtea ſubdit ipſe principales latio ſunt in auguriis.a rege.q huic aui nomẽ dedit. FAVnus.nõ intelligas de pane.aut uino.q & faunus diciĩ.arcadum numine. de quo ſuperius egimus Sed de huius pici filio.patre latini.de quo Lactantius.Sed ut Pompilius apud Romanos inſtitutor ineptaꝶ religionum fuit.ſic ante Põpilium Faunus in latio.q & Saturno auo nefaria ſacra conſtituit.& picũ patrem inter deos honorauit.& ſororem ſuã faunam.eandẽq; coniugem conſecrauit.Et de his intellexit Cice.cum inqt in libris de diuinatione.Sæpe ẽt in præliis audiri fauni & in rebus turbidis ueridicæ uoces ex occulto miſſe eſſe debentur.& Var.ait Fauni dei latinoꝶ ita ut Faunus & fauna ſint in uerſibus.quos uocant Saturnios.ĩ ſilueſtribus locis traditũ eſt ſolitos fari.quo fando faunos dictos & Honoratus quoq; oſtendit faunum & faunam dictos a uaticinãdo ideſt fando. NEC tradent.ipſi nõ docebunt te placare iouẽ. SIne ui.niſi uiribus cogas. ADhibe tua uincula captis.quaſi cum eos occupaueris alliges tuis uinculis.uel,cum inueneris dormiẽtes.capias.& alliges. ATq; ita edidit.dixit & docuit numam egeria. QVA arte quo dolo qbus inſidiis. POſſent capi apprehendi appoſito. ſcilicet uino in eo loco:quo illi potare conſueuerant. Lucus auentino.Topographia eſt.Erat in auẽtino colle ſilua aquæ ſolo aſpectu ineſſe aliqd numinis indicabant.locuſq; erat herbidus.unde & a qua ſcatebat.de q̃ picus & faunus haurire conſueuerant ibi oue mactata diſpoſitiſq; circa poculis numa in ĩſidiis latuit. SVberat auẽtino lucus erat ſilua ſub auẽtino mõte. NIger.obſcurus.Vmbra illicis.qd erant ibi denſæ umbroſæ illices.ueꝶ alio loco legimus fuiſſe in auẽtino ſiluã lauriferam.Sed q̃re auentinus dictus dicemus in q̃to. QVO.luc. Viſo.inſpecto. POſſes dicere ineſt numen.qa indicabat alicui numini eſſe ſacrum.ob umbrã.& horrorem.quẽ incutiebat.ut de luco maſſilenſi apud lucanũ arboribus ſuus horror ineſt. In medio gramen.erat gramineus ſeu herbidus in medio locus. ET uena aquæ perennis.ꝑpetuo fluentis. ADopta.tecta. Muſco.illa tenui herba q̃ naſciĩ circa aquas. NItẽti.uiridi aut nitẽti aquæ aſpergine. Manabat e ſaxo.ſcaturiebat e rupe. INde.ex ea aq̃. SOli fere.q̃ſi ſoli ipſi. Faunus.& picus bibebant.qa raro alii illuc penetrabant. Rex numa uenit huc.ad hũc fontem. ET mactat ouem fonti immolat ouem.

PAV.
MAR.

ANT. ¶ODORATI:Odori.nā odoratū eſt proprie ut diximus qđ aliūde odorem accipit. GElido numa ꝓdit ab an
FAN. tro:Vbi eū ītelligimus latuiſſe Egeriæ cōſilio ne a Pico & Fauno ad fontē uenientibus cerneret. SI ſcelus īgenio
odoratū ſcitis abeſſe meo: Affirmantis ē ſi coniūctio hoc loco nō dubitātis. MAgna petis: Quia in ptāte iouis fulminas
ſunt ius aūt deoꝝ agreſtiū agri nemora mōteſq; pſcribunt. Dixerat hec Faunus par ē ſnia pici:Si Fauno Picu-
pater ē:cur Faunus prior rñdit? cur nō ceſſit parēti? dicemus ne īgenioſum poetā hoc loco dormitare? at q fan.
di arbitriū iure Fauno tribuit cui qdem a fando nomē inditū putant cū picū uerſum ī auē Martiam fabulent

Plenaq; odorati diſponit pocula Bacchi:
Cunq; ſuis antro conditus ipſe latet:
Ad ſolitū ueniūt ſilueſtria numina fontem:
Et releuant multo pectora ſicca mero:
Vina qes ſeqtur:gelido numa ꝓdit ab antro:
Vinclaq; ſopitas addit in arcta manus:
Somnus ut abſceſſit, pugnādo uīcula tētāt:
Rumpere:pugnātes fortius illa tenent:
Tūc numa dii nemoꝝ noſtris ignoſcite factis
Si ſcelus ingenio ſcitis abeſſe meo:
Quoq; modo poſſit fulmen monſtrate piari:
Sic numa:ſic quatiens cornua faunus ait:
Magna petis:nec q̄ monitu tibi dicere noſtro
Fas ſit:habēt fines numina noſtra ſuos:
Dii ſumus agreſtes & qui dominamur ī altis
Mōtibus:arbitrium eſt ī ſua tecta ioui:
Hūc tu nō poteris per te deducere cœlo
Sed poteris noſtra forſitan uſus ope:
Dixerat hæc faunus, par eſt ſententia pici
De me tamen nobis uincula picus ait:
Iuppiter huc ueniet ſumma ꝓductus ab arce
Nubila promiſſi ſtyx mihi teſtis erit:
Emiſſi laqueis quid agāt quæ carmina dicāt:
Quaq; trahāt ſuperis ſedibus arte iouem:
Scire nefas homini ē, nobis cōceſſa canētur:
Quæq; pio dici uatis ab ore licet:
Eliciunt cœlo te iuppiter, unde minores:

NVbila ꝓmiſſi ſtyx mihi teſtis erit:Iurat p Stygiā pa-
ludē.Notū ē cur dii p eā iurare ac fallere timeāt.Eſt aūt
Nubila adiectiuū nomen atrum ſignificans. Hinc Vir.
ait:Sub pedibus ſtyx atra uidet maneſq; profundi.
PAV. ¶ET diſpōit pocula plena:crateres:ſeu calices plenos.
MAR. BAcchi odorati:uini: qđ quo odoratius eo melius. Et
uſus ē denomiatione:q eſt cū ponimus inuētorē pro re
inuēta: & Cōditus:abſconditus. Latet cū ſuis antro:ab
ſcōdit ſe & comites:in inſidiis diſpoſitos: ne abſterreret
deos a guſtu uini: & ebrios: & dormiētes apprehēderet.
AD ſolitos ueniūt:uenere ad fontē dii: & exhauſto ui
no qeti ſe dedere : quos egrediēs ex inſidiis numa occu-
pat: & laqueis manus alligat. NVmina ſilueſtria:picus
& faunus ſiluaꝝ pſides. VEniūt ad ſolitos fontes:quo
ſæpe uenire cōſueuerant. ET releuant pectora ſicca:
pp ſitim.releuant ergo a ſiti. MVlto mero:qa multum
hauſerunt. QVIes:ſōnus. SEquit uina:nā poſt po-
tum uinū ſōnus ocellos oppreſſit. NVme ꝓdit : exit.
AB antro gelido:ubi īſidiis delituerat.&. ADdit ma
nus ſopitas. deoꝝ ſopitoꝝ. In arcta uincula.nā manus
utriuſq; laqueis alligauit. SOmnus. expcti a ſomno
dii.quo magis tētabant uincula rūpere.eo magis impli
cabant. VT.poſtq̄. ABSceſſit.ſōnus. PVgnant.cōtē
dunt.& conant picus & faunus tentando & experien-
do. RVmpere uincula.laq̄os.qbus erant deuincti. IL
la teuēt fortius.ualidius. PVgnātes.diſſoluere.aut frā-
gere conantes.& eſt tranſlatio ab auibus. captis in reti
bus. aut uiſco. nam fugere conantes fortius tenent. &
magis implicant. TVnc numa.petiit ab his ueniam
numa.cū qđ fecit non ſcelere fecerit. ORatq; ut oſtē-
dant quo pecto iouē placare poſſet. NVnc numa.ait.
¶ DII nemoꝝ. qui nemora īcolitis.& quorum præſides
eſtis. IGnoſcite noſtris factis.date ueniam.& benigno
aīo ferte qđ fecimus. SI ſcitis.pro qa ſcitis. ABeſſe ſce
lus ingenio meo.q̄ſi me nō feciſſe hoc ulla īpietate. De
cepi ūos qdē ingenio.ſed ob ſcelus abeſt. ET mōſtrate
quō. quo ritu.quo ſacrificio. POſſit piari fulmen.poſ-
ſit placari Iuppiter.q fulmīa emittit.uel expurgari cā.q̄
fulmīa emittūt. SIC ait numa.ſic faunus numæ rñdēs.
QVatiēs cornua.qa bicornis fingit. MAgna petis.hæc fuere uerba fauni.petis qđ pſtare nō poſſumus.nā
agroꝝ & montiū dii.nō habemus ī cœlo ius.qđ ſolius ē iouis quē e cœlo euocare p te nō potes.poteris tñ ſi a no
bis docebere. PEtis.tu numa Magna q̄ nec ſit tibi fas nō liceat tibi. DIſcere nřo mūitu.nřa īſtructiōe.& addit
huic rei rōnē. NVmina nřa habēt ſuos fines.q̄ſi qa licet dii ſimus.pfinita tñ ē nobis ptās. & uelut circūſcripta ī
agris & ī mōtibus.q̄ a nobis petis.opus ē ut Iuppiter e cœlo ueniēs.te doceat.cuius ſunt ipſa fulmina.Suū ergo ē
tradere expiationē.& nō noſtrū.Dii ſumus agreſtes.q agris præſumus aut ſumus dii ruſtici αγροτικό.n. ruſticus
eſt. ET q dominamur in altis mōtibus. qa ius & dominium habemus in montibus.& in nemoribus. IOui eſt
arbitriū in ſua tecta:ipſe Iuppiter in cœlo dominat. TV non poteris deducere hunc cœlo non poteris elicere:
& euocare ad te e cœlo iouem. PER te:tua ope. AT forſitan poteris:deducere ſcilicet. VSus noſtra ope:no
ſtro conſilio & auxilio. DIxerat:hæc uerba. Faunus par ſententia eſt pici:qui affirmauit: quæ faunus dixerat.
TAmen ait picus deme nobis uincula:diſſolue laqueos:& a uobis remoue. IVppiter ueniat huc: quaſi cum
dempſeris uincula : docebimus te : quo pacto iouem elicias & huc ueniet. PERductus ab arce ſumma ab æthe
re ſummo. NVBILA ſtyx : palus inferni : per quam dii iurant. ERIT mihi teſtis promiſſi : quaſi iuro per
ſtygem Iouem huc affuturum στύξ triſticiam ſignificat : a στυγνάζω quod eſt triſticiam infero. filia credi-
ta eſt uictoriæ quæ deos contra gigantes iuit . unde datum eſt illi : ut nullus per eam deus peieraret : ſed de ea
plura alias. EMISSI laqueis : ſoluti & liberati e uinculis. NEFAS ſcire homini quid agant : non licet ho-
mini ſcire : quid faunus : & picus ſoluti dixerint : quidue fecerint ad deducendum e cœlo Iouem. QVæ car-

mina dicant.quaſi quibus carminibus.ſeu incantationibus utantur.Et Virgi.Carmina de coelo poſſunt deduce re lunam. ET qua arte trahant abſtrahant qbus precibus. IOVem eſuperis ſedibus.e coelo hæc omnia ſunt q̃.homini ſcire non licet.Nouis conceſſa canent.dicemus ea q̃ cõceſſa ſunt poetis ſcire & referre.&. QVAE licet dici ab ore pio uatis.dicemus quæ dici poſſunt a uate ſalua pietate. Eliciunt.faunus & picus precibus dedu cunt e coelo Iouem.unde ab eliciendo Elicius Iuppiter dictus eſt.Sed ut rem altius repetamus:Poſt multa ſacro rum inſtituta:Pontificẽ deinde:ut Titus inquit Numa Martium marci filium ex patribus legit. Eiq; ſacra om nia excripta:exiguaq; attribuit:quibus hoſtiis:quibus diebus:ad quæ templa ſacra fierent.Atq; unde in eos ſum ptus pecunia erogaretur.Cæteraq; omnia publica:priuataq; ſacra:pontificis ſcitis ſubiecit:ut eſſet:quo conſultũ plebs ueniret.nequid diuini iuris negligendo patrios ritus:peregrinoſq; aſciſcendo turbaretur Nec coeleſtes mo do cerimonias:ſed iuſta quoq; funebri:placãdoſq; manes ut idem pontifex edoceret.Quæq; prodigia fulmini bus:alioue quouiſmodo ſuſciperentur:atq; curarentur.Ad ea elicienda:& mentibus diuinis Ioui Elicio aram in Auentino dicauit.Deumq; conſuluit auguriiſq;:quæ ſuſcipienda eſſent.Ad hæc conſultanda:procurandaq; mul titudini omni:a ui & armis conuerſa & animi aliquid agendo occupati erant:& deoꝝ aſſidua inſidens cura.inter eſſe rebus humanis coeleſte numen uiderẽt.Ea pietate oĩum pectora imbuerat:ut fides ac iuſiurandum:proxi mo legum ac poenaꝝ metu ciuitatem regerent:& reliqua.Ex eo igitur q̃d deum conſuluit:q̃d aram poſuit:quod ita oĩa bene inſtituit putat̃ iouem e coelo elicuiſſe.Verum & poteſtatem eſſe hominibus dicuntur cogendorũ talium demonum inuocatoꝝ ad reſpondendum.Porphirius enim:ut ab Euſebio aliquid mutuemur.Recte in/ quit a Pythagora dictum eſt non ſponte inuocatos deos:ſed neceſſitatem quadam ĩpulſos accedere quãuis alios maiore:alios minori impelli neceſſitate non ignoremus. Nonnulli autem quadam accedendi conſuetudine & maxime ſi natura boni ſunt:facilius accedunt.Nonnulli cum inuocati aduenerint:nocere conentur.Præſertim ſi negligentius quiſpiam in ea re ſe habuerit. HAEC enim omnia uera eſſe:ac neceſſitate omnes inuocatos ue nire:a reſponſis eoꝝ diſcere poſſumus:non aũt ſimpliciter dicta neceſſitate:ſed perſuaſione quadam perfuſa co guntur. Exorata tuis ueni ſermonibus iſtuc.Mortales quos conſilio inuenire deoꝝ.Et in alio multo clarius.De coelis hecate cur huc compulſa uenire es.Et paulo poſt reſpondetur.Victa hominum precibus coeleſtia numi/ na terram cogunt̃ petere:& caſus aperire futuros.Apollo quoq;:inquit cogi ſe hoc reſponſo declarauit.Carmi/ nibus domitis phoebus fulgor ab alto Defluxit tacitus:purũq; per area uectus:afflatu ſpirans:labenſq; in corda ſonoro.Et ſubiit mentem innocuam:ſanctiq; capacem Numinis:& peperit mortali ex gutture uocem.Sed hæc hactenus. O iuppiter eliciunt te coelo:faunus & picus eliciunt te:& deducunt e coelo ĩ terras. VNde:ex quo.

MINOres:poſteriores:aut homines noſtræ ætatis quos uernacula lingua modernos uocãt & in triſtibus Vt q; ego maiores:ſic me coluere minores & loquitur de hominibus ſui temporis.

Nunc quoq; te celebrant,elliciumq; uocãt:<br>
Cõſtat auentinæ tremuiſſe cacumina ſiluæ:<br>
Terraq; ſubſedit pondere preſſa iouis:

¶ELICIumq; uocant:Ab eliciẽdo ut Varroni placet. ANT. Vel q; coelo elicitus deuocatuſq; fuerit a quo uerbo ele FAN. cebre argentariæ meretrices dictæ ſunt quod argentum eliciant uel quod ad eliciendum ex diuinis mẽtibus quæ prodigia fulminibus aliaue ratione miſſa ſuſciperentur: atq; curarentur ei Numa in Auẽtino aram dicauit.De quo inquit Plinius:Ictos fulmine lucos & aras:& ſacra habemus interq; ſtatores ac tonantes & feretrios Elicium quoq; accepimus Iouem.Sciendum in numæ libris ſcriptum fuiſſe quo ſacrificio Iuppiter coelo elici poſſet.Vnde Tullus hoſtilius ut.L.Piſo in primo annalium ſcripſit eodem ſacrificio Iouem coelo deuocare conatus:quoniam parum rite quædam fæciſſet fulmine ictus eſt.Et re uera dæmones putantur aliquando ut ueniant neceſſitate compelli:m:qui nocere interdum conſueue/ runt quod in patria mea quidam expertus eſt ædibus ubi is erat eiuſmodi deos inuocans ſalientibus terre mo/ tu:quem ſcimus pallidiorum buxo redditum humanis rebus poſtea exceſſiſſe:Illud quoq; omittendum non ẽ quod exiſtimant quidam. ELIcium Iouem quaſi ilicium dictum cum ſcribat Plutarchus Iouem poſteaq̃ ileos: Illicius id eſt propitius numen factus eſt abiiſſe & locum eam ob rem ilicium appellatum.Sane ab elicio uerbo maio/ iuppiter res noſtri aquelicium dixerunt:cum aqua pluuial quibuſdam remediis eliciebatur ut manali lapide in urbem Aqueliciũ. ducto.De Ioue Elicio Liuii hæc uerba ſunt:Pontificem deinde Numa Martium Marci filium ex patribus legit eiq; ſacra omnia excripta exiguaq; attribuit quibus hoſtis quibus diebus ad quæ templa ſacra fierent atq; unde in eos ſumptus pecunia erogaretur:cæteraque omnia publica priuataque ſacra pontificis ſcitis ſubiecit:ut eſſet quo conſultum plebs ueniret ne quid diuini iuris negligendo patrios ritus peregrinoſque aſciſcendo turbare/ tur. NEC cæleſtes modo cerimonias:ſed iuſta quoque funebria placandoſque manes ut idem pontifex edo/ ceret:quæque prodigia fulminibus alioue quouis modo miſſa ſuſciperentur atque curaretur ad ea elicienda e mentibus diuinis Ioui Elicio aram in Auentino dicauit deumque coſuluit aguriiſque quæ ſuſcipienda eſſent.

TREmuiſſe:aduentu iouis cum tanti numinis ponderi terra cæderet:qui ſolo quoque nutu olympum ſi/ ue coelum concutit.

¶NVNC quoq;:hoc ẽt tempore: CELEbrant:colunt ſub hoc cognomine. ET uocant elicium:elicius iuppi/ PAV. ter dictus eſt ab eliciendo:uel quod ara eſt ei conſecrata in auentino ad elicienda conſilia quibus manes placarẽ MAR. tur:& prodigia fulminibus facta purgarentur. CONſtat:deſcẽdit e coelo iuppiter:quo quidem adueniente:tre muit auentinus mons ut de aduentu hecates apud Vir.Sub pedibus mugere ſolũ:& iuga coepta moueri ſiluaꝝ uiſæq; canes ululare per umbram aduentante dea. CONſtat manifeſtũ eſt. TREmuiſſe cacumina:ſũmitate. SILuæ auentinæ:q̃ in auentino erat:nam trementibus iugis tremuit & ſilua. ET terra preſſa pondere iouis: qui iam e coelo deſcenderat. SVBſedit.ſubſidere uiſa eſt.cum uix ſuſtinere poſſet tanti numinis maieſtatem.

ANT. FAN. ¶Corda micant regis:mouent̃ ſaliunt timente Numa.Vnde auctor ſubiũgit:Totoq; e corpore ſanguis fugit. DA certa piamina dixit fulminis:dic q̃ rõne fulmina miſſa luſtrari ſiue expiari ualeát.SIN tua cõtingimus manibus donaria puris Hoc quoq; qd petit̃ ſi pia lingua rogat:Donaria ꝓprie nõ ſunt tẽpla ſed abuſiue ꝓ tẽplis ſæpe ponunt̃:ut Vris ĩparibus ductos alta ad donaria currus.Proprie uero loca ſunt ubi deoꝝ dona reponunt̃:q̃ dona a macrobio ẽt donaria uocant̃ q ait ornamẽta eẽ clipeos coronas & huiuſcemodi donaria:nec donaria dedicari eo die quo delubra ſacrant̃. VErũq; ambage remota abdidit Sine ullo uerboꝝ circuitu ueꝝ paucis edidit ſed occulte.

Corda micãt regis,totoq; e corpore ſanguis:
Fugit,& hirſutæ diriguere comæ:
Vt rediit animus da certa piamina dixit.
Fulminis,altorum rexq; paterq; deum:
Si tua cõtigimus manibus donaria puris:
Hoc quoq; quod petitur,ſi pia ligua rogat:
Annuit orãti,uerumq; ambage remota:
Abdidit,& dubio terruit ore uirum:
Cæde caput dixit,cui rex parebimus ĩquit:
Cædẽda eſt hortis eruta cæpa meis:
Addidit hic,hominis,ſumes ait ille capillos:
Poſtulat hic animam,cui Numa piſcis ait:
Riſit,& his ĩquit facito mea tela procures
O uir colloquio non abigẽde deum:
Sed tibi protulerit,cũ totus craſtinus orbẽ:
Cynthius,imperii pignora certa dabo:
Dixit:& ĩgẽti tonitru ſuper æthera notum:
Fertur,adorãtem deſtituitq; Numam:
Ille redit lætus,memoratq; quiritibus acta
Tarda uenit dictis difficiliſq; fides:
At certe credemus ait,ſi uerba ſequatur
Exitus:en audi craſtia quiſquis ades:
Protulerit terris cum totum cynthius orbẽ:

At.n.cæde.caput nõ exprimẽs cuius niſi poſtq̃ Numa ſubiũxit fore ut cæpã cæderet. SVMES ait ille capillos:ſeruat̃ decoꝝ pſonæ ab oĩ crudelitate abhorrẽtis: itaq; ꝓ capite hoĩs capillos ſe datoꝝ ꝓmittit. Poſtulat hic aĩam:petiit iuppiter animato fulmina procurari. Vnde Numa ſubiecit ea ſe piſciculis menidibus luſtratuꝝ. Riſit deus & cõcedẽs regi qcqd uoluerat: iuſſit cæpa capillis & menidibus fulmina expiari. O uir colloquio non abigende meo:qui ſecundum mentem operat̃ & eam colit:& optime diſpoſitus ẽ amiciſſimus diis ẽ q̃ optimo & cognitiſſimo gaudere exſtimantur:ut ſcribit Ariſtoteles atq; ut ait Plutar. non equos non aues amant ſed hoĩes:nec aſpnantur boni uiri ſapiẽtiſq; congreſſum. SIC aũt dictum eſt non abigẽde ut illud munera nec ſpno. CInthius:apollo cuius ſoror ẽt cynthia dicitur a cyntho qui mons eſt Deli.

PAV. MAR. ¶Corda micant nõ poterat humanitas tantã ferre diuinitatẽ:iõ. MIcant:hoc tremuit. CORda regis: numæ ob metũ:q in corda eſt. ET ſanguis fugit toto corpore:ex oĩbus corpis ptibus.nã aut cordi deficienti ſuccurrẽs extremas ptes reliqt:aut ĩtus metu cõcreuit. ET comæ hirſutæ:hirtæ:& erectæ. DIRIguere:pp cedẽtẽ ſanguinẽ cuti cõtracta:inde rigẽt hirſuti crines:ut in primo quoq; libro diximus. VT rediit:petiit hoc ab ioue numa ubi in ſe rediit:ut doceat expiari fulmina.. SI ſua pietate meret̃. VT:poſtq̃.Rediit animus:q̃ſi ubi in ſe reuerſus ẽ:nec exterreat te ſyllaba.qm̃ in ſcopã illud rediit ultimo loco longũ ẽ.ut ſæpe in ſimilibus utit̃ poeta. Veluti in meta. NON adiit ad te.nec legit idonea credo tpa &c. DIxit.numa o. REX.& pr̃ deũ altoꝝ cœleſtiũ. DA certa piamina fulminis.doce me quo ſacrificio poſſim te placare.ne mittas fulmina. SI cõtigimus tua dõaria.aras tuas. MAnibus puris.caſtis q̃ſi Da hoc ſi pie.& caſte ſolitus ſum tibi ſacrificare. DOnaria.aras ſeu tẽpla.nã ut armariũ dr̃.ubi arma reponunt̃. ſic donariũ ubi dona offerent̃.aut recõdunt̃. SI pia ingua rogat.rogando petit.Hoc quoq; qd petit̃.q̃ſi ſi in his petendis pius uideor da mihi expiationẽ. ANnuit.affirmauit nutu iuppiter.aut nutu affirmatiõis ſignũ numæ dedit.

ORanti.Sed abdidit.inuoluit.Reꝝ remota ambage.ſine ulla obſcura circuitiõe uerboꝝ. breuibus docet. Sed dubie ueꝝ ꝓtulit.&. TERruit uiꝝ.numã. ORE dubio hoc ẽ ambiguis uerbis. DIxit iuppiter. CAEde.incide & macta. CAput.ſed qd caput nõ explicuit. CVI.ioui. REX.numa. INqt parebimus obediemus. CAEpa ẽ.cedẽda incidẽda. ERuta hortis meis hoc ẽ incidã tibi cæpã.q̃ eruã.ſeu euellã ex hortis meis. ADdidit hic hoĩs q̃ſi ſubiũxit iuppiter mactato capite hoĩs.nõ cæpã: AST ille.numa rñdit. SVmes capillos.accipies qd capitis diminutiuũ ẽ hoc ẽ capillũ.nã a capite capillos dicimus. HIC.iuppiter. POſtulat aĩam. q̃ſi nõ cæpã. non capillos.ſed animatũ corpus.da igit̃ mihi uiuentẽ aĩam. CVI numa ait piſcis.mactabo tibi piſcẽ & piſcis aĩam tibi dabo. ET in his numæ lenitas cognoſcit̃.cũ nõ ſit ſecutus barbaroꝝ morẽ.q humana uictima putabãt deos placere.Non.n.uoluit ipſe mactare hoĩes abhorrẽs ab omni qdẽ barbarica feritate. RIſit.iuppiter &. INquit.facito. PROcures mea tæla.curam habeas.& ſic expiabis.ſeu expurgabis mea fulmina. HIS rebus.ſ. cæpa.capillis.piſce.Sic modum expiandi fulminis tradidit cæſa cæpa.inciſis capillis.& mactato piſce. O uir non abigende.non repellende.ſed admittende. COlloquio deum.magna hæc numæ cõmẽdatio a ſanctitate & pietate.qbus dignus ſic deo.& alloqo ipſius iouis cẽſura frui. SED tibi.iã ad ancilioꝝ cãm deſcẽdit.qa ab ioue primũ ancile traditũ Nũc.n.iuppiter pollicet̃ ſe datuꝝ certa impii pignora. Sed cũ cynthius craſtinus.ſol die craſtini cynthius phœbꝰ dr̃.a cyntho mõte deli. PRotuleri.oñderit. TOtũ orbẽ.totã rotũditatẽ.Hoc ẽ cũ ſol craſtinus totus erit ortꝰ. DAbo certa pigonra impii.dabo certã fidẽ mãſuri ĩpii romãi.Dedit.n.peltã q̃ q̃diu ſeruata ẽ ſeruatũ ẽ ĩpiũ icolũe. DIxit.ita loquutus ẽ iuppiter.&. FErt̃ ingenti tõitru ſicut mos ẽ.& natura ipſius illi.n. tõitra et fulmĩa ſignãt. SVp æthera motũ.cõcuſſũ redeũte ĩpo.&. DEſtituit.dereliqt. NVmã adorãtẽ.hiſterõ ꝑterõ.nã prius deſtituit numã.ĩde in cœlũ rediit cũ magno tõitru. Ille redit.ex ſilua auẽtina in regiã numa redit. LAEtus.qa iouẽ alloquutus.&. MEmorat acta qritibus refert q̃ fecerit.q ue audiuerit populo in concionem

uocato. TARda & difficilis fides uenit dictis:tarde:& cū difficultate adhibebatur fides uerbis eius.Non enim poterant illi hoc ſibi pſuadere mortalem hoiem iouem eſſe allocutum:ea quoq; pignora pollicentē. AT certe:illi erant duriores ad ea credenda:dicebant ſe fidē adhibituros:cū res ipſa effectu cōprobaretur.Numa uero refert uerba iouis:quod die craſtini ſit uera daturus pignora. Alt.numa. AT certe credemus:quaſi ita dicitis at fidē adhibebimus. SI exitus ſequeẽ uerba:ſi uerba ipſa ſortienẽ effectum:aliter credere nō uultis. QVis quis ades en audi craſtina:aduerte:quæ futura ſūt die craſtini. CVM cynthius:ſol.Protulerit terris totū orbē: cū ſol craſtinus erit ortus:& utitur more legatorum:cum eadem omnia fere uerba referat:quæ ab ioue acceperat.Paucis tantum immutatis.

Iupiter imperii pignora certa dabit:
Diſcedunt dubii promiſſaq; tarda uidentur:
Dependetq; fides adueniente die:
Mollis erat tellus rorataq; mane pruina:
Ante ſui populus limina regis adeſt:
Prodit & in ſolio medius conſedit acerno:
Innumeri circa ſtantq; ſilentq; uiri.
Ortus erat ſummo tātūmodo margie phœbꝰ:
Solicitæ mentes ſpeq; metuq; pauent:
Conſtitit atq; caput niueo uelatus amictu:
Iam bene diis notas ſuſtulit ille manus:
Atq; ita tempus adeſt promiſſi muneris inqt:
Pollicitam dictis Iupiter adde fidem:
Dum loquitur totum iam ſol emouerat orbē:
Et grauis æthereo uenit ab axe fragor:
Ter tonuit ſine nube deus:tria fulmina miſit.

¶IMPErii pignora certa:ancyle dicit qđ e cœlo adurbis ſalutem miſſum ferunt. DIFFIcilisq; fides: qa non facile credi poteſt iouem mortali cōgreſſum. TARda uidētur:nimio deſiderio uidendi quæ Numa pdixerat. ANT. FAN.
PRODidit & in ſolio &c.Regnāte Numa non erat in urbe ſella curulis quā Hoſtilius rex primus romam curauit inferri. Sedit itaq; rex in ſolio quod erat ex acere quam arborem operum elegantia ac ſubtilitate citro ſe cūdam Ply.ſcri. CAput niueo uelatus amictu:more ſacerdotum cuius qdem autorē ænea apud nos fuiſſe arbitrātur.Sed de hoc alibi lege Plutarchū in qſtionibus. TER tonuit ſine nube deus: ominoſa inqt fuiſſe tonitrua Vir.Nō alias cælo ceciderūt plura ſereno fulgura. ¶IVPPIter dabit certa pignora imperii:pignora ſtabilis & manſuri iperii. DIſcedunt:diſceſſit populus: dubiuſq; uſq; in ſequentē diē:& cum primū illuxit ſequēti die.Cōuenit ante regiam populus exiit deide rex:& medio loco cōſedit. DISCEdunt dubii:ciues q illud futuꝝ non arbitrabātur:&. PROmiſſa uidenẽ tarda nā q; cupidius expectabaẽ:tardius affutuꝝ exiſtimabatur. ET fides dependet:dubia eſt. ADueniente die: ēt ubi illuxit dubii erant:cum fides effectū non ſortiretur. Nam fides cū dicatur ex fieri:& dico:quandoqdem fit id quod dicitẽ:Cūq; adhuc non fieret: dubia erat fides. TEllus erat mollis:& ob id mollis qa. ROrata:aſpſa. PRVIna rore cœleſti. Veꝝ pruina eſt uæhemētioris frigoris: dictaq; pruia:a purendo:q; perurat frondes tenella folia. MAne:iā exorta aurora. POpulus adeſt ante limina:ante fores regie. SVI regis:numæ ut apud Vir.ad limina primi penoꝝ expectant. PROdit:exit e regia numa:&. Cōſedit medius:medio loco. IN ſolio acerno:nō eburna:nō aurea:nō argentea ſella: ſed ſolio ex acere facto. INnumeri uiri ſtant circa & ſilēt:ſedente rege turba ſtabat:expectāt uerba regis. ORtus erat iam illuxerat:& ſol exoriri cæpit dubiæ anxie quæ erāt oīum mētes numa tecto capite pcatus eſt iouē:ut pmiſſa ſeruaret. ORtus erat phœbus ſol. Tantūmodo ſūmo margine:ſūma extremitate:qa tātum ſupior extremitas ſolis uidebaẽ. Mentes eoꝝ.ſ.qui illic cum rege erāt. Sollicitæ anxiæ. Pauent:expaueſcūt & ſpe. Et metu: ut ē illud Virgi.Spem metūq; inter ſpe futuri boni:metu alicuius incōmodi. CONſtitit numa.Atq; uelatus caput:habēs caput uelatū.i.tectum. Amictu niueo candido. SVſtulit ille:numa eleuauit. Manus iā bene notas diis:qs bene dii nouerāt.& ob eius religionē:& qa deoꝝ alloqo fretus. Velauit caput numa more ſacerdotali:cum ſalutantes aut uenerātes deos caput uelēt. Viris aūt dignitate pditis:& honore dignis ſi quo caſu occurrerint caput aperiunt.Hoc.n.ut inqt Plu.p.x.illā quoq; dubitationē uideẽ augere:nā ſi q̄ de ænea ferunẽ:uera ſunt:ut ptereunte Diomede caput opiens rē diuinā fecerit:rōnem hēt nec repugnat:ut queadmodū in occurſu hoſtiū caput uelētur.Sic amicis ac bonis uiris obuiā facti capita detegamus. NAM qđ ad deos ptinet:id ppriū non eſt.Sed caſu accidit:& ab illo ſeruatū poſtea māſit. Quod ſi aliud dicēdū eſt.Vide ne illud ſolū qrendum ſit: quāobrē deos uenerantes capite uelenẽ.Alteꝝ uero conſentaneū eſt.Potētioribus.n.occurrētes iccirco caput apiunt nō ut eis aliqd addant:ſed ut iuidia potius detrahāt. Ne pares diis īmortalibus honores poſcere:neue eodē cultu delectari uideanẽ.Deos uero iccirco ſic adorabant:ut aut opiēdo capite ſe ipſos humiliores redderent: aut metu neqd ignominioſum:ac triſte iterptandū alicunde auribus accideret.Iccirco ueſtē ad aures uſq; attollebāt.Hoc āt eos uæhemēter uitaſſe.Ex eo facile pſpici pōt:qđ oraculū adeuntes:aera pulſari:& quā maximū ſtrepitum fieri uolunt:aut illud eſt:qđ caſtor dicit mores romanos pythagoricis cōparans geniū q unicuiq; nr̄m ineſt deos q extra ſunt rogare:& caput uelādo ſupplicare animi ſ.uelamētū:ac reuelationē p corpus:quodā enigmate oſtendētem.Hæc ille. ATq; ita dixit:numa. ADeſt tps pmiſſi:aduenit hora:qua pmiſiſti te datuꝝ imperii pignora. IVPpiter adde fide pollicitā dictis.qſi fiat o iuppiter qđ pollicitus es.Da qđ pmiſiſti. DVM loquiẽ: dum ita oraret numa Ter ſereno cœlo tonuit a ſeptētrione oēs oculos iflexerunt Deciditq; e cœlo ſcutū de quo paulo ſupius diximꝰ.Plutar.inqt peltā æneam e cœlo delapſam in Numæ manꝰ decidiſſe.& Diony.ſcutū cœlo demiſſum iuentū in regia numæ.nemine iſerēte. DVM loqtur:ipſe rex iouē orans. IAM ſol emouerat totū orbē. extulerat ſe totū:qa toto orbe iā ſe ſupra terrā eleuauerat:&. GRAuis fragor:qſi igēs crepitus.nā igēs tonitru. VEnit ab axe æthereo ab axe ſeptētrionali.Sic & i triſtibus: quantus ab æthereo peruenit axe fragor. & illinc PAV. MAR.

ueniētia fulmina p̄cipue cum in expetiđas redeũt partes Plynio auctore optima ſũmaqꝫ e lœua pte cœli ueniũt: ideo ex etruſcorum diſciplina lœua fœlicia eſſe creduntur. TER deus:iuppiter. TOnuit ſine nube:quaſi cœlo ſereno. TER dixit ob fœlicitatem imparis numeri.& ſine nube quod maioris eſſet oſtenti. Licet Horatius ſimili tonitru exterreatur ubi in odis inquit plerũqꝫ per purum tonātes. Egit equos uolucremqꝫ currũ. TRIA fulmiua miſit:qa quot tonitrua:tot fulmīa eiaculatus eſt.

Credite dicenti:mira ſed apta loquor:
Amedia cælum regione dehiſcere cæpit:
Summiſere oculos cum duce turba ſuos.
Ecce leui ſcutum uerſatum leniter aura:
Decidit:a populo clamor ad aſtra uenit
Tollit humo munus cæſa prius ille iuuenca:
Quæ dederat nulli colla premenda iugo:
Atqꝫ ancyle uocat:qꝫ ab omni parte reciſũ eſt
Quéqꝫ notes oculis:angulus omnis abeſt.
Tum memor imperii ſortem conſiſtere ĩ illo
Conſilium multæ calliditatis init.
Plura iubet fieri ſimili cælata figura
Error ut ante oculos inſidiantes eat.
Mamurius morum fabræ ne exactior artis
Difficile eſt ulli dicere:clauſit opus:
Cui numa munificus facti pete p̄mia dixit
Si mea nota fides,irrita nulla petes.

ANT. FAN. ¶MIRA ſed acta loquor:reddit auditorē attētũ. Acta aũt dicit uera & nõ ficta. A MEdia cælũ regione dehiſcere cæpit. Cæli ſũmitas hiare uiſa ē. Eius læuā partem nõnulli ortũ faciunt dextrā occaſum. VErſatũ leniter: qd repēte nõ cecidit. Vel ne uiolaret exceptum a terra: uel ut pateret miſſum cõmodo ac beneficio regis & romanoꝝ. ATqꝫ ancyle uocant qd ab oī parte reciſũ eſt: placet qdem Feſto ſcutũ cæleſte ancyle noīatũ eē quod ex utroqꝫ latere reciſũ eēt ut ſummũ infimũqꝫ eius latus medio pateret. Quod ſi uerũ eſt:ab an qd eſt circũ: & cædo dictũ putabimus. Alii tñ ut iobas cuius Plutarchꝰ meminit cupientes id nomē a greco deducere a cubito q aſcon dr̄ ancyle dictũ exiſtimant qd eiuſmodi ſcuta ſolerent ad cubitũ circũferri. Alii a remedio qd aciſis dicit quod inflexũ & tortũ ſignificat. Vnde Saturnus aſcylomitis cognomine dictus ē. Alii aliter. Lege Plutarchũ in Numa. Ouidio placet ancyle latinũ eſſe uocabulũ:quod fuit ſcuti cuneati ſpecie arctiora habētis latera. Eius forma ante apud italos uiſa non fuerat. QVemqꝫ notes oculis angulus oīs abeſt: Ita reciſum erat ab oī parte id ſcutũ ut nullus eēt angulus q ſe oculis uidendũ offerret. Fuit aũt breue. Vnde qdā ancyle Peltā Thraciā appellarunt. Ea ē ut Seruio placet ſcutũ breuiſſimũ in modum Lunæ iam mediæ. IMperii ſortē:bonā ſi ſeruaret: malam ſi cõtra fieret. PLVra iubet fieri. Vndeci eiuſdem generis qbus miſceret cœleſte ne internoſci poſſet. Morũ fabræ ne exactior artis. Fuerit ne moꝝ probitate an arte præſtantior. Eſt autem exactus exquiſitus ſiue perfectus.

Ancyle unde dictum

PAV. MAR. ¶CREdite dicēti mira:adhibete fidē uerbis meis:cũ admirabilia referā. SED acta loquor:dico admirāda: ſed q̄ fuere uera Nõ deſunt q ita exponant. Sed acta:ſed quæ in ſcœna relata ſunt. COElum:cœpit. Dehiſcere: aperiri. A MEdia tegione:nõ intelligas a meridie:ſed ab altiore parte cœli. Illa.n.media eſt:quæ altior illaqꝫ uiſa apiri. Vnde cũ Iuppiter ſcutum eſſet demiſſurus. Turba cum duce: populus cum rege. Sũmiſere oculos ſuos demiſere in humũ inflexo capite reſpicientes:qd & reuerentiæ eſt:& ĩterdum cogitātis & dubitantis. Ecce decidit:e cœlo.ſ.ſcutum uerſatũ uolutatum. Leniter:nõ cum ĩpetu:ſed leniter uerſatum. LEui aura:exiguo uento. CLAmor uenit ad aſtra a populo:recepto ſcuto:qd erat imperii pignus Relatus eſt in cœlum clamor ab oī populo:& applaudente:& gr̄as agente ioui. Tollit humo:extulit peltā ſeu ſcutum numa:mactauitqꝫ iuuencam iniugē:& quoniā nullus inerat ſcuto angulus:qd undiqꝫ cæſum uideret ancyle uocarunt:iccirco dixit Varro Ancilia dicta ab an & cæſum:qd id armoꝝ genus ab utraqꝫ parte reciſum. Plutar. uero inquit Peltas ancilia pp figuram. Circulus enī non eſt:neqꝫ ueluti pelta circũferentiā reddi:ſed exciſuram hēt lineæ ελικοειδης cuius apices curuaturā habentes:& denſitate in ſe cõuerſæ figurā ancilis faciunt:aut pp ancona.i.cubitum:ad quē circũferuntur. Hæc.n. Iobas inquit:cupiens nomē a græco deducere. Poſſet ēt primum hoc cognomen a motu:uel impetu deſcendere:qui anecatem.i.ſupne factus ſit:ſiue ab rotantiũ curuatione:quæ ακαίσησ dicitur: ut ab ἀυχινονλισεοσ:ideſt ſiccitatum ſolutione. Præterea a triſtium amotione:quā αναοχεσην uocant:ex quo Caſtorem & Pollucē αναχᾶσ athenienſes appellent &c. TOLlit:ille attollit Numa. MVnus ſcutum e cœlo delapſum. HVmo:e terra. CAEſa:mactata. PRIus iuuenca quæ dederat colla p̄menda nulli iugo:imolauit iouiuuencam ex armento delectā:quæ adhuc iugum non tuliſſet. ATqꝫ uocant ſcutum ipſum. Ancile:quod ē reciſum ab omni parte:non quod rotũdam habeat effigiem:ſed ita inciſum uideatur ut angulus ullus minime diſcernatur:ideo poeta innuit. OMnis angulus abeſt:quem notes:notare:& diſcernere poſſis. OCVlis:quia nullus ineſt angulus. TVM memor:cum aīo uolueret numa imperii pignus in eo ſcuto conſiſtere:plura ad eius ſimilitudinē effingenda eſſe curauit.ut ſi quis furta ſurripere uoluiſſet falleretur imagine:& Plutar. inquit in eam peltam mirabilia q̄dam dixiſſe regem.ſe ex egeria:muſiſqꝫ audiſſe. Peltam.n.in urbis ſalutē miſſam oportereqꝫ eam aſeruare.aliis undecim ad illius figurā magnitudinem & formam effectis.quo dubium ob ſimilitudinē. ſit cœleſtis illius adipiſcendæ. MEmor tum.numa. CONſiſtere.in illo ſcuto. Sortē imperi.fatum ĩperii romani. INIT cõſilium multæ calliditatis.poſt longā cogitationem illud conſiliũ iniuit.ut plura.ſ.ad eius ſimilitudinem fierent. IVbet fieri plura ſcuta:nam undecim alia: CAElata ſimili figura.quæ in ſculptura & ipſa forma ſimilem figurā referent. VT eat error ante oculos inſidiantes.ut errarent & fallerentur ſimilitudine illi. qui p inſidias & furta ſurripere uoluiſſent. MAmurius. Plutar. inquit. Peltā autem ex eius auctoritate atqꝫ impio effingere artifices.cum certaſſent.diffidentibus cæteris. Veturium:Mamurium:traditur ũnum e ſummis opifi

cibus uſq; adeo ſimilitudinē effinxiſſe:ſtruxiſſeq; oēs ſimiles:ut neq; Numa iam ipſe dignoſceret. & Pōpeius inquit. Mamurii Veturii nomē frequenter in cantibus romani frequētabant. Hac de cauſa Numa pōpilio regnāte e cœlo cecidiſſe fertur ancyle:ide ſt ſcutū breue:qđ ideo ſic eſt appellatū:quia ex utroq; latere erat reciſum: ut ſummū:infimūq; eius latus medio pateret. Vnaq; edita uox oium potentiſſimā fore ciuitatē quādiu id in ea māſiſſe. Itaq; facta ſunt eiuſdē generis plura:qbus id miſceret.ne internoſci cœleſte poſſet. Probatū opus eſt maxime Veturii:qui p̄mii loco petiit.ut ſuū nomen inter carmina Salii caneret. MAmurius moꝝ fabræ ne an morum:an artis fabræ. EXActior:Mamurius:an morū laude:an artis fabrilis ſtudio pfectior. DIfficile eſt ulli dicere:qa utrūq; excellit & moribus & arte fabrili. CLauſit:celauit. OPus:qa undecim peltas ad cœleſtis illius ſimilitudinē effinxit. Hoc tñ acceptum eſt a Palladio:de quo ſuo loco. CVI mamurio. NVma munificus:liberalis & gratus. DIxit pete præmia facti:præmia artificii tui. NVLla:munera.ſcilicet ſeu præmia. PETES irrita:nihil petes fruſtra. SI mea nota fides:ſi ueridicus ſum:& tu & cæteri fidem meam nouiſtis.

Iam dederat ſaliis a ſaltu nomina dicta
Armaq;,& ad certos uerba canēda modos:
Tum ſic Mamuri9, merces mihi gloria det
Nominaq; extremo carminā noſtra ſonet:
Inde ſacerdotes, operi promiſſa uetuſto:
Præmia perſoluunt, mamuriūq; uocant:
Nubeř ſi qua uoles;q̄uis properabitis ambo:
Differ hñt paruæ cōmoda magna moræ:
Arma mouet pugnā, pugna ē aliena maritis.
Condita cum fuerint aptius omen erit:
His etiā coniunx capitis diſcincta Dialis:
Lucibus, impexas debet habere comas:
¶ Tertia nox dimēſa ſuos ubi mouerit ort9:

¶ IAM dederat ſaliis a ſaltu noia:ſalios duodecim iam Marti gradiuo legerat de quibus abunde ſuperius dictū eſt. Ad certos uerba canenda modos:carmina cū Pyrrhichii modulo abſoluta nomen Mamurii continebāt. Sane Mamurius duabus ſyllabis poſteriorib9 quæ breues ſunt Pyrrhichium facit:ſimiliter & mamuriū. Eſt autem pyrrhichius quē & Dibrachū uocant pes a pyrrho denoiatus Achillis filio qui primus uictoria potitus huiuſmodi genere metri.laudatus dicitur: q̄uis alii a flāma Pyrrhichium dictū uolunt q̄ mobilitate flāmarum acies imitetur. Alii aliter. NVbere ſi qua uoles q̄uis properabitis ambo differt. Religio fuit nubere ancylibus nondum conditis in tēplo Martis ubi ea ſeruari mos fuit ne dum arma mouebantur:quæ pugnæ adhiberi ſolēt nubentibus omen diſcordiæ fieret. Idem tēpus non neglectum in quibuſdā a maioribus noſtis Cornelius Tacitus monet his uerbis:fuere qui proficiſcenti Otoni moras religionēq; nondū conditoꝝ ancylium afferrēt: tūc & uxor flaminis Dialis impexis crinibus eē debet. Vnde apparet non eſſe idoneū tp̄s nuptiis celebrandis. Eadem flaminica teſte. A. Gel. cū id ad argeos neq; comit caput:neq; capillū depectit:quā autor ideo diſcinctam dicit quia inter multiplices cantus cerimoniaſq; impoſitas flamini. DIAli:quas ferme oēs flaminicæ diales obſeruabant. Hæc fuit ut nodum:neq; in apice:neq; in cinctu:neq; alia in parte ullum haberet. Ea quoniā flammeo aſſidue utebatur moris fuit apud romanos ut omnis nubens boni ominis cauſa flāmeo amiciretur:cum flaminicæ diuortium facere non liceret. DIſcincta:uel ſine cinctu penitus hoc tempore:uel certe non ſolum triduo ancylibus nondum conditis:ſed ſemper ut diximus ſine nodo.

ANT. FAN.

Pyrrhichius

Nuptiæ uetantur nondum conditis ancilib9.

¶ IAM dederat ſalios:item ut inqt Liuius duodecim Marti gradiuo legit:tunicæq; inſigne dedit:& ſuper tunicā æneum pectori tegumē. cœleſtiaq; arma:quæ ancylia appellantur:ferre ac per urbē ire canentes carmina: cū tripudiis. Solēniq; ſaltatu iuſſit hæc ille. Varro quoq; ſalios a ſaltando dictos oſtendit:quod facere in comitiis:in ſacris quot annis:& ſolent & debent. Plutar. uero ubi de ipſis peltis agit:harum aūt inquit: Cuſtodes ac miniſtros conſtituiſſe dicitur ſalios ſacerdotes. Salii uero uocandi ſunt nō ut qdam fabulātur a uiro Samothrace:ſeu mantineo Salio noīe:qui ſaltationem:quæ in armis dicitur edocuerit:ſed ab ipſo potius tripudio ſaltatorio:quod uehementius:robuſtiuſq; per urbē euntes ſubſaltant. Cū ad menſem martiū ſacras peltas ſuſcipiāt: induti puniceis tunicis:æneis balteis latiſq; ſuccincti:æneas capitum galeas portantes paruis gladiis arma pulſantes. Reliquū uero ſaltationis pedum eſt opus. Mouentur enim ſuauiter conuerſiones ac mutatiōes in celeri & crebro numero: robuſte & leuiter reddentes. IAM:Numa. Dederat nomia ſaliis dicta a ſaltu.iam delegerat duodecim iuuenes quos a ſaltando ſalios appellauit. ET inſtituit arma:quæ illi gererent. & uerba canenda: carmina cantandas AD certos modos:ad quoſdā modulos conſtitutos. Et Dionyſius inquit. MOuentur ad tibiam ex modulo enopiliis motibus.quandoq; ſimul ac uiciſſim.quandoq; patria quædā canentes carmina. TVM ſic mamuri9: hoc Veturius Mamurius in mercedem petiit:ut in carminibus ſalioꝝ ultimo loco ſuum nomen caneretur: de quo Plutarchus. Mamurio autē inquit artis ſue mercedem fuiſſe ferunt:memoriam quādam per ſalioꝝ carmen: ſimul cum pyrrhichii modulo abſolutum. Tum ſic Mamurius reſpondit Numæ. MERces detur mihi gloria: quaſi date in præmiū eternitatem nois hoc eſt famam & gloriā. ET noſtra noia ſonent extremo carmine:reſonent in ultimo loco carminis:ſic erit pyrrhichii modulus.in fine uelut eſt in multis iambicis: ubi ſedes ultima pyrrhichio datur.uelut in his Feras ancyle:cluſit hoc Mamurius. Geratq; nomen inclytū Mamurius. INde: ex eo. Sacerdotes Salii.ſacerdotes Martis. Perſoluunt p̄mia promiſſa:quæ Numa promiſerat. Operi uetuſto.ancylibus uetuſtis a Mamurio fabrefactis.hoc eſt promiſſa ipſi artifici.qui fabrefecit. ET uocant mamuriū.repetunt nomen.hoc in fine moduli. Agant & oēs gratiam Mamurio. NVbere. Saliorum feſta triduo integro durabant.quo tpe cum malum ſit nubere.quia nuptiæ ab armis auſpicande non ſunt.admonet nubiles expectandum eſſe.uſq; ad ea recondita arma. Prætereà uxor flaminis dialis eo triduo.nec pectere.nec ornare ſe debet. Si qua uoles nubere.ſi qua puella eris nuptias contractura & uiro tradenda. Quāuis ambo probabitis.& tu. & iuue-

PAV. MAR.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

nis:qui uir tuus erit:quãuis amore iuuenili properetis. DIffert:tamen uelis differre ad alium diem. PARuæ moræ habent magna commoda:nam ex parua dilatione magna ſequetur commoditas. ARma mouent pugnam:hæc eſt oratio cur non debet nubere:quia non fauſtum omen captatur ab armis:nam mouent pugnam. PVgna eſt aliena maritis:qui cum concordes eſſe debeant:a diſcordia & pugna penitus abhorrere debent. APtius commodius & fœlicius.Omen erit cum fuerint:condita cum ipſa ancilia & alia arma erunt recondita:tunc meliore auſpicio nubere poteris. HIS etiam lucibus:his tribus diebus. CONiunx dialis:uxor Flaminis dialis:hoc eſt ſacerdotis Iouis a dios Iuppiter. Diſcincta debet habere comas capitis impexas: debet & diſcincta eſſe nec crines pectere:nec ſe excolere:ueluti cum Ioui ſacrificatur.Sunt enim nunc dies Martis. SVperſedendum eſt a cultu:qui in ſacris iouis exigitur. Etenim tantæ erat uenerationis uxor flaminis dialis:ut ea extincta flamen ſe ſacerdotio abdicaret:cuius rei rationem inquirens Plutarchus ita diſſerit.Pr.il.An quod qui uxorẽ ducens:poſt amiſit.Eo qui nunq̃ duxit multo eſt infœlicior.Eius.n.qui uxorem duxit: domus integra eſt.Eius autem:qui uxorem in matrimoniũ acceptam amiſit:nõ ſolum imperfecta domus eſt:ſed immunita prorſus ac manca:An eodem tpe uxor una cum uiro conſecratur:quemadmodum multa ſunt in ſacris:quæ abſente uxore agi nequeunt.Priore autem amiſſa altera ſtatim ſuperducere:tum difficile eſt:tum uero iniquum atq; impium.

TErtia nox:qnto nonas martias:hoc tertia die menſis noctu coſmico occaſu alter e piſcibus oculitur. Duos.n. eſſe ſuperiore libro diximus & fabulam quoq; rettulimus:qua ratione cœlo eſſent appoſiti:nunc auſtralis occulitur maturius:quia in inferiore parte cœli eſt. VBI:poſtq̃. Tertia nox de menſe martio.ſ.Mouerit ſuos ortus: cum orietur:aut cum orta eſt.

> Conditus e geminis piſcibus alter erit:
> Nam duo ſunt, auſtris hic eſt:aqlonib⁹ ille:
> Proximus:a uentis nomen uterq; tenet:
> ⸿ Cum croceis rorare genis titonia coniunx
> Cœperit, & quintæ tempora lucis aget:
> Siue eſt arctophilax, ſiue ẽ piger ille bootes:
> Mergetur, uiſus effugietq; tuos:

ANT. FAN. ⸿ CONditus e gemmis piſcibus alter erit: quinto nonas martias alter piſcium qui Auſtrinus dicitur mergit occaſu chronico.Duo enim piſces ſunt quibus unum zodiaci ſignum tribuitur aquilonius & notius ſiue auſtrinus:quorum hic ante illum occidere & exoriri cernitur ut Iginius ſcribit. Vnde Columella Auſtrini occaſum definere inquit quarto nonas ſeptembris:Aquilonii uero ſeptimo idus eius mẽſis.Eſt & alius piſcis ut dixim⁹: quem hoc loco accipere nõ poſſumus occidens exortu cancri qui Notius quoq; dicitur & Auſtrinus uocaturq; a Virgilio Aquoſus quod aquam quæ ab aquario funditur ore excipere uideatur. QVinte tempora lucis erunt: Tertio nonas martias Bootes ſiue Arctophylax occidit:cuius pars(ut diximus ſupra)nunq̃ fertur in occaſum:pars & oriri cernitur & occidere. Hunc poetæ modo pigrum modo tardum uocant:ut Pigri ſarraca Bootæ & tardum dux ante Bootem:quia uix ſero alto mergitur oceano Eundem uerno tempore occidere oſtendit Virgilius in Geor.ut Si uero uiciamq; ſeres uilemq; phaſelum:nec peluſiacæ curam aſpernabere lentis:haud obſcura cadens mittet tibi ſigna bootes. Huius occaſus quatuor ſignorum zodiaci tempus abſumit. Lege iginium & intelliges occaſum de quo nunc agitur eſſe matutinum ſiue coſmicum.

Piſciũ aliter occulit .v. nonas martias Aquiloni⁹ Auſtrinus

Bootes occidit .iii. nonas martias

Bootes tardus.

PAV. MAR. ⸿ ALTER piſcibus geminis:ex duobus. ERIT conditus: abſconditus nam occulitur notius ſeu auſtralis. NAM duo ſunt ipſi piſces. HIC: qui nunc occulitur. EST proximus auſtris:ſic & auſtralem oſtẽdit. ILle:alter piſcis. EST proximus aquilonibus:ipſi ſeptẽtrionali. VTER q; piſcis tenet nomina a uento. Ná a noto notius a borea boreus dicitur:ſiue auſtralis & aquilonaris. Cum croceis.iii.nonas martias:hoc eſt quinta die ipſius menſis occidit arctophylax:de quo diximus ſuperiore libro in fabula. Caliſtus non occidat:ſicut ex oriente in occaſum labentia ſydera:ſed in ipſa uertigine circa polum:undis immergi uidetur:præcipue coſmice. Ná oriente die poeta pigrum uocat.Nam ut Iginius inquit cum Tauro Gemini:Cancro & Libra occidit:ideo ſero occidere dicitur:quod magis erectus a pedibus peruenit ad terram. At exoriens citius quam chelæ uidetur. CVM coniunx titonia:aurora uxor Titonis:de quo alias dictum. COEPErit rorare. rorem effundere. GENIS croceis:reſpexit ad aeris colorem:cum uideatur mane oriens croceus:ſic & Virg. Titoni coniunx linquens aurora cubile:ſed quia genis dixit:unde lachrymæ fluunt:qui terris ros effunditur: reſpicit fabulam quam refert in.xiii met.Cum illa ab Ioue peteret corpus Mẽnonis filii:quem Achilles interemerat:illud redditum medio aere aduſtum:conuerſumq; in aues memnonias cinirem refert:& ex illo lachrymas:hoc eſt ipſum rorem effudiſſe auroram. ET erunt tempora quintæ lucis:erit quintus dies menſis:Siue eſt arctophylax:cuſtos urſæ ut diximus ſuperius. SIVE ille piger Bootes:quaſi ſiue dicas cuſtodem urſæ αρκτη urſa φιλαξ cuſtos:ſiue bootem rectorem boum:quia plauſtrum regere uidetur. Mergetur mergi uidebitur. Et effugiet uiſus tuos:quia occidet eo modo quo dixi.Hæc omnia quæ ad ortum & occaſum ſyderum pertinent in fine operis Lucidius explicabuntur:ibi omnia repetemus. At non effigiet occulitur:dixit bootes:ſed non occulitur.immo ſeſe oſtendet uindemitor. Oritur igitur eodem die. hoc eſt.iii.no.mar. uindemitor. Sed aliter uidetur ſentire Ply.inquit.n.xi.calen.ſeptembris Cæſare & aſſiriæ ſtellaq; uindemitor appellatur.Mane exoriri incipit. Vindemiæ maturitatem promittens. Quo pacto igitur.iii.nonas mar.oritur:ſi Ply.xi.calen.ſeptembris: & Ply.dicit tunc mane exoriri. Aliter dicere poſſes quod heliacæ oriatur:& occidente ſole in ſummo cœlo uideri. Eius fabula hæc refertur Ampelos puer thrax:mirum immodum a Baccho amatus eſt:cui bacchus uitem tradidit: de qua collecturus uuas:cum ulmum ubi hærebat aſcendiſſet. EXANImis decidit.Bacchus ſyderibus intulit: & uitem ab eo Ampelon appellauit.

¶AT non effugiet uindemitor: hæc ſtella quã græci tryſitira: nři uindemitorẽ uocant orit̃ chronicæ.viii.idus martias: ut Ply.ſcribit ut Columella.vi.nonas: ut autor hoc loco.iii.nonas. Neq; enĩ hoc tpe matutinũ eius ortũ accipere poſſumus cũ ea cõſtet cum uirgine in ortũ ferri.vii.calen.ſeptẽbres ut placet Columellæ. Vñ & uindemitorẽ dictũ putant ꝙ exoriens mane: ut inqt Ply. uindemiæ maturitatẽ ꝓmittat ſecundũ quẽ orit̃ cæſari & aſſyriæ.xi.cal.ſeptẽbres. Fabulant̃ aũt pueꝝ ampelon a Baccho dilectũ in iſmato q mons eſt thraciæ tranſlatũ eẽ in cœlũ ac uindemitoris nomen accæpiſſe. Quod ideo fictũ eſt: qa ampelon græci pampinũ ſeu uitẽ dicũt: quã qdam a Baccho inuentã ferũt unde & labruſcã ampeloſagriam uocãt & uineas ampelones quo noie uſus ẽ Varro: & Xilampelon aridã uitẽ. Quare Iuuenalis (ut quibuſdã placet) Xelamperinas ueſtes dicit uirides tritas ac ſemicõſumptas: q̃les ſunt uitiũ frondes lãgueſcẽtes mẽſe nouẽbri. Et. M. Varro de re ruſtica ampelones: (ut diximus) uineas uocat: ut laureta daphnones. Eſt & ampelos Sami ꝓmontoriũ: ut ait Strabo: q̃uis ea inſula uino: ut idẽ inqt infœlix ſit cũ Chius Leſbos aliæq; uicinæ uina optima ferant. DE pueri noie: uult uitẽ a nomine pueri ampelon appellari. SEXtus ubi e terra cliuoſum ſcandet olympũ Phœbus: pridie nonas martias Auguſtus pontificatũ maximũ ſuſcepit quẽ nunq̃ uiuo Lepido auferre ſuſtinuerat: ut ſcribit Suetonius. Et quia pontifex maxi. erat ſacraꝝ uirginũ cuſtos teſte Plutarcho: quas Veſtales appellabant. Idẽ Auguſtus ſuſcepto pontificatu maxi. cõmoda eaꝝ uirginũ auxit: cũq; in indemortuæ locũ capi aliam oporteret: ambirentq; multi ne filias in ſortẽ darent adiurauit ſi cuiuſq̃ neptiũ ſuarum cõpeteret ætas eã ſe oblatuꝝ fuiſſe. Vnde Ouidius & hic ait: Gratare iliacis thuraq; pone focis. Et in.vi.huius operis lib. Nunc bene lucetis ſacræ ſub Cæſare flãmæ ignis in iliacis nunc erit eſtq; focis. In eodẽ pontificatu ut alia ꝑtereantur quæ Suetonius refert ſupra duo milia fatidicoꝝ libroꝝ cremauit: quæ nullis uel paꝝ idoneis autorib⁹ uulgo ferebant̃ ac ſolos retiuit Sibyllĩos: eoſq; delectu habito quos cõdidit ſub palatini Apollinis baſi.

ANT. FAN.

¶At nõ effugiet uĩdemitor: hoc quoq; cãm:
Vnde trahat ſidus, parua docere mora eſt:
Ampelon ĩtonſum ſatyro nymphaq; creatũ:
Fertur in iſmariis Bacchus amaſſe iugis:
Tradit huic uitẽ pẽdentẽ e frondibus ulmi:
Quæ nunc de pueri noie nomen habet:
Dum legit in ramo pictas temerarius uuas
Decidit, amiſſum liber in aſtra tulit:
¶Sext⁹ ubi e terra cliuoſũ ſcandet olympũ:
Phœbus: & alatis æthera carpet equis:
Quiſqs ades, caſtæq; colis penetralia ueſtæ:
Gratare, iliacis thuraq; pone focis:

Vindemitor oritur ii. nonas martias

Vindemitoris fabula

Ampelos Xilãpelos

¶AT uindemitor: uindemitoris ſtella. NON effugiet: uiſus ſcilicet tuos quemadmodum Bootes quia non mergitur tunc: ſed exurgit. PARua mora eſt exigua retardatio. DOCEre: unde hoc quoq; ſidus: hoc etiam ſicut cætera. TRAhat cauſam: Ducat originem. BACchus fertur: dicitur. Amaſſe. IN iugis Iſmariis: In Iſmario monte Thraciæ. AMPElon intonſum: crinitum puerum. CREAtum ſatyro & nympha filium ſatyri unius ex illis: qui Bacchum comitantur. Aliqui filium marſiæ dicunt quem ſatyrum poeta inferius uocat: ſed nõ conſtat. Nam Diodorus celibem marſiam fuiſſe tradit: de quo plura inferius dicemus. TRAdidit: Bacchus. Huic ampelo. VITem pendentem e frondibus ulmi: quæ pendebat e ulmo cum ulmis adiungantur: ut primo libro diximus. QVæ uitis. Nunc habet nomen de nomine pueri. Nam uitis græce uocat̃ ἀμπελοσ: & ἀμπελῶν uinea. Dum temerarius imprudens. LEgit: colligit. VVAS pictas uarii coloris. IN ramo: in ramo ſa ulma. DECIdit ex alto ſcilicet in humum. LIber Bacchus. TVLIT amiſſum: puerum quem iam amiſerat: quia extinctus erat. IN aſtra: in cœlum rettulit: & inter ſydera collocauit. SEXtus ubi: ſexta die menſis: hoc eſt pridie nonas martias Veſtæ ſacrificatur: quo die Cæſar Veſtæ ſacerdos & pontifex maximus: creatus eſt. Verum alii hoc in loco dictum de Iulio Cæſare: alii de Auguſto uolunt. In uetuſtiſſimis Codicibus in ordine feſtorum per ſingulos menſes: illa dies Iulio Cæſari aſſignatur. At poeta loqui uidetur de eo qui tunc uiuebat: cum dicat. Quos ſancta fouet ille manu: ſic eſſet ad Auguſtum referendum. Nam in primo libro diximus ſcripſit hoc opus uiuente Auguſto: ſed edidit poſt eius exceſſum: quod certe indicat ille locus in primo: licet ipſe recuſet. Nam de Tyb. loquitur: in eo loco diximus. Ego illud pũto: quæ appoſuerat in Augu. laudem: non mutauiſſe: cum emendauit: ſed addidiſſe multa in laudem tam Tyberii: quam Germanici: ſed ut de pontificatu Iulii Cæſaris. deinde Augu. aliquid dicamus. Defuncto Metello pontifice maximo cum pontificatum ſtudio: & diſceptationibus plenum Iſauricus: & Catullus clariſſimi uiri: & in ſenatu potentiſſimi. peterent aut propterea Cæſar: quin & ipſe candidatus deſcenderet: ceſſit cæterum pari undiq; fauore ac ſtudio apparente. Catullus quo amplior erat dignitas: eo magis euentus incertitudinem reformidans miſit: qui grandi pecunia Cæſarem ut ab ea contentione deſiſteret inducerent quibus ille grandiorem ſe mutuaturum: certatimq; enixius petiturum eſſe reſpondit: inſtante comitiorum die: cum mater eum ad fores uſq; lachrymis proſequeretur: illam complexatus dixiſſe fertur: mater hodie aut pontificem: aut exulem tuum uidebis filium. Euntibus igitur certatim in ſuffragia tribubus. Superior declaraturus: non paruum ſenatui: & optimatibus terrorem incuſſit. tanquam ad omne audaciæ genus plebem adacturus: & reliqua hæc ex Plutar. Tranquillus uero inquit. Depoſita prouinciæ ſpe: pontificatum maximum petiit: non ſine profuſiſſima largitione: in qua reputans magnitudinem æris alieni. Cũ mane ad comitia deſcenderet: prædixiſſe matri oſculanti fertur. Domum niſi ſe pontificem non reuerſurum: atq; ita potentiſſimos duos competitores: multumq; & ætate: & dignitate antecedentes ſuperauit: ut plura ipſe in eorum tribubus ſuffragia: quam uterq; in omnibus tulerit. hæc de Cæſare. de Auguſto autem ſic Tranquillus inquit. Poſtq̃ uero pontificatum maximum quem nunquam uiuo Lepido auferre ſuſtinuerat. mortuo deinde ſuſcepit. Quicquid fatidicorum librorum græci latiniq; generis nullis. uel parum idoneis auctorib⁹ uulgo

PAV. MAR.

ferebatur:ſupra duo milia cõtracta undiq; cremauit ac ſolos retinuit Sybillinos &c. Vbi poſtq̃ Sextus Phœbus: ſextus ſol menſis: ſic ſextum diem ſignificat. SCANdet: aſcendet. AEthera: quaſi ex inferiore parte in altum olympum cliuoſum cœlũ conuexum. CARpet ætherea: carpet iter per æthera. EQuis alatis: uelocibus ideo alatis dixit: & quatuor ſunt ut oſtendimus. QVisquis ades & colis penetralia: ſacella ſecretiora. VEſtæ caſtæ: de ueſta oia: quæ ad rem faciunt: in. vi. li. dicemus: & aliquid ſuperius attigimus. Gratare pro gratulare uel ipſi ueſtæ: uel tanto pontifici. ET pone thura focis iliacis: aris ueſtalibus: ubi æterni ſunt ignes: ex Ilio aducto. Nam æneas ueſtæ ſacra ex troia in Italiam aduexit. Honor pontificalis ipſa dignitas pontificatus.

Cæſaris innumeris, quos maluit ille mereri
Acceſſit titulis pontificalis honor:
Ignibus æternis, æterni numina præſunt:
Cæſaris imperii pignora iuncta uidetis:
Dii ueteris troiæ: digniſſima præda ferenti.
Qua grauis æneas tutus ab hoſte fuit:
Ortus ab ænea tangit cognata ſacerdos:
Numina, cognatum ueſta tuere caput:
Quos ſancta fouet ille mãu bñ uiuitis ignes:
Viuite inextincti, flãmaq; duxq; precor:
¶ Vna nota eſt martis nonis ſacrata; q; illis
Templa putant lucos ueiouis ante duos:

ANT. ¶ QVos maluit ille mereri: maluit recte factis & uirtute mereri honores q̃ ſumere. ACceſſit: adiectus eſt.
FAN. Vnde acceſſio eſt adiectio. Imperii pignora iuncta uides: apparet ex uerbo uides id quod diximus Ouidium hæc ſcripſiſſe uiuente Auguſto: quem uocat pignus imperii quemadmodum & ignem ueſtæ quod icolumitas urbis ex utroq; pendeat. Hinc illud eſt: Veſtaq; mater q̃ Thuſcum tybrim & romana palatia ſeruas. QVA grauis æneas tutus &c. Grauis hic non refertur ad animum: ſed ad corpus. COgnatum caput: Auguſtum qui a troianis originem ducit: nam æneam ferunt ueſtam e troia in latium trãſtuliſſe. VOcauit autem Auguſtum ſacerdotem quia fuit pontifex maximus: ut hoc loco autor oſtendit. QVos ſancta fouet illa manu: quia legimus ſupra. Sancta uocant Auguſta patres iure auguſti manus ſanctæ a poeta dicuntur. Hæ fouet ignes Veſtæ cum ſacris ueſtæ ac cæteris cõſtet pontificem maximũ præſidere. LVcos ueiouis ãte duos: Duo luci ad quos nonis martiis Veioui: ideſt Ioui paruo ædes dicata eſt fuerunt ſub rupe tarpeia ubi & aſylum. de quo ait Cornelius tacitus: tum diuerſos Capitolii aditus inuadũt iuxta lucum aſyli: & qua Tarpeia rupes centum gradibus aditur. Liuius uero locus inquit qui nunc ſeptus denſis ſentibus inter duos lucos eſt aſylum aperit. De his lucis dixiſſe Martialem exiſtimant illinc Pompeii dona nemuſq; duplex. Fuerunt & multa circa urbem loca diis attributa quæ lucos uocabant quorum prouentus in ludos cõferebantur teſte Plutarcho. Eſt autem Veiupiter ut diximus paruus iupiter ſicut Ouidius ſentit hoc loco cuius ædes fuit teſte Aulo Gel. inter arcem & Capitolium. Sed idem uult Veiouem eſſe nõ iuuenem ſiue paruum iouem ſed iouem uim nocendi habentem: non iuuandi poteſtatem quod ut Diiouem dicimus. Luceciumq; quoniam nos die ac luce quaſi uita ipſa afficit & iuuat: ita & Veiouem appellauerunt dempta atq; detracta iuuandi poteſtate cum conſtet deos quoſdam ut proſint celebrari: quoſdam ne obſint placari. Ve enim particula modo intenſionem ſignificat modo minutionem. Vnde quædã uocabula: quibus ea p̃ponitur ambigua ſunt ac diuerſam ſignificationem capiunt. Quare Veſcũ ſalem dicimus ex edendi intẽtione & aliter ueſcũ cum edendi aſtidio: quo uocabulo Lucretius pro edaci uſus eſt teſte Feſto: ut nec mare quæ impẽdent ueſco ſale ſaxa pereſa. Virgilius uero (ut placet Nonio) pro minutim conciſo: ut Veſcas ſalicum frondes. Vbi Seruius Veſcum inqt ſignificare ſiccum ac tenerum. Alibi uero aliter. Simulachrũ Veiouis habuit aliquando ſagittas: quare eum deũ pleriq; Apollinem eſſe dixerunt: cui capram ĩmolabant: cuius animalis effigies erat apud eius ſimulachrum. Coluerunt & campani iouẽ imberbem qui a Virgilio Anxyrus dicitur ut quis Iuppiter anxyrus aruis præſidet. Et uiridi gaudens feronia luco. A quo nonnulli Anxur Volſcæ gentis oppidum nominatũ putant. Ipſe ãt Anxyrus dictus ẽ q; barbã nunq̃ raſiſſet: q̃ſi anei xyras: ideſt ſine nouacula ut ait Serui⁹: uel ab anei cai xyro: ideſt rado.

Veiouis feſtum nonis mar. — Aſylũ ub duo luci — Veiupiter. — Veſcum — Simulachrum ueiouis — Iuppiter imberbis. — Anxirus Iuppiter Anxur.

PAV. ¶ ACCEſſit: addita eſt. TItulis innumeris cæſaris: multis dignitatibus. QVos illa Cæſar. MAluit: potius
MAR. uoluit. MEreri: ſubintelligendum: quã habuit: tamen uoluit meritis oẽs dignitatis gradus: & titulos aſſequi: non ambitione: aut aura populari: ſed propria uirtute: ſi ad Iulium Cæſarem referret: quia fuit q̃ſtor edilis. Pontifex totiens conſul & dictator: ſi ad Auguſtum: quia omnes magiſtratus aſſequutus: adeptus eſt ad alios quoq; titulos: nam & Aug. cognominatus eſt: & pater patriæ. NVmina æterni Cæſaris: qui relatus eſt in deos immortales: nam uterq; eorum relatus eſt in deorum numerum: & quoniã de Aug. in cœlum relato ĩ. i. li. diximus de Iulio Cæ. paulo ĩferius dicemus. Præſunt æternis ignibus: ueſtalibus ſacris: quæ per pontificem maximum adminiſtrabantur. nam ignem inextinctum uirgines ſeruabant. VIdes pignora imperii iuncta. hoc ẽ ueſtales ignes & pontificem Cæſarem: quæ ſunt duo imperii pignora. nam quoad ſeruantur inextincti ueſtales ignes: & ĩcolumis domus cæſarea ſeruatur incolume imperium. DII ueteres: orat nũc deos troianos pro ſalute cognati pontificis. Nam cum Iulius Cæſar ab Iulio aſcanii filio progenitus fuerit. uidetur cognatione attigere ueſtam: cuius ſacra e troia aducta ab ænea patre aſcanii fuerit in italiam. Eſt & alia cognatio: ſiquis altius inſpiciat. Nam ueſta ſaturni fuit: quæ ſtructuram domus inueniſſe dicitur: auctore Diodoro: ſic illa ſoror Iouis: & Iuppiter Veneris pater a qua emanauit genus Iuleum. Ea omnino cognatio eſt: & Aug in iuleã domum adoptatus ea quoq; cognatione deos attingebat. DII troiæ ueteris: antiquæ. O ueſta & dii penates. PRæda digniſſima ferent. æneæ qui uos e mediis hoſtibus tanq̃ p̃dam eripuit. QVA p̃da. AEneas grauis: onuſtus. Fuit tutus ab hoſte: ab hoſtium inſidiis: quia ſoſpes euaſis. Sacerdos ortus ab ænea: Cæſar ab Iulio nepote æneæ progenitus: & de Auguſto potes ĩtelligere Diui Iulii ex adoptione filius & gloriabaẽ ipſe quoq; ab ænea genus ducere. TAngit

cog.nu.ueſtam & penates:de cognatis ſuperius diximus. O Veſta tuere defendas & ſerues. COgnatū caput: Cæſarem aug. O IGnes ueſtales. BEne uiuitis:inextīcti eſtis:bene ſub optimo pōtifice. QVos ille. CAE ſar aug. FOuet:quaſi quibus fomites ſuggerit. MAnu ſancta alluſit ad auguſti cognomen qm̄ auguſta ſancta dicuntur:ut oſtendimus in primo. VIuite p̄cor inextīcti & flamma:& dux.quaſi uiuatis æterni & ignis:& Cæ ſar & nunq̄ extinguamini. VNA nota:nonis martiis feſtū eſt ueiouis:ideſt parui Iouis: Quo die ſacrata fue re ei templa ante lucos aſyli in intermontio:cuius rei myſterium illud eſt ut Iuppiter paruus poſteaq̄ adultus eſt cœlo regnauit:ſic urbs roma parua ab initio:ubi Romulus aperuit aſylum:paulatim coaluit:& ad ſummum im/ perii culmen aſcendit:ideo conſecrauere templum parui Iouis eo in loco:unde ſumpſit initiū augmenti: VNa nota.unus titulus una in faſtis inſcriptio.nam nota iterdum in bonam partem accipitur:ut in primo diximus. EST nonis martiis ſcilicet. QVod illis:nonis. PVtant ſacrata conſecrata. TEMpla ueiouis:parui iouis: ſed de hoc noīe paulo poſt. ANte duos lucos:ante lucos aſyli. Nam locus erat:ut Liuius de aſylo inqt: ſeptus denſis ſentibus inter duos lucos.ante hos duos ergo dedicatū fuit. Romulus ut:poſtq̄. Circūdedit ſepſit.

Romulus ut ſaxo lucum circundedit alto:
Quilibet huc dixit confuge tutus eris:
O q̄ de tenui Romanus origine creuit:
Turba uetus q̄ non inuidioſa fuit:
Nec tam eſt ignaro nouitas tibi noīs obſtet
Diſce/ quis iſte deus/ cur ue uocetur ita:
Iuppiter eſt iuuenis/ iuueniles aſpice uultus
Aſpice deinde/ manus fulmina nulla tenet:
Fulmina poſt auſos cœlū affectare gigantes.
Sumpta ioui/ primo tempore inermis erat:
Ignibus oſſa nouis & pelion altior oſſa
Arſit/ & in ſolida fixus olympus humo:
Stat quoq; capra ſimul/ niphæ pauiſſe ferūt
Cretides/ infanti lac dedit illa ioui:
Nūc uocor ad nomē/ uegrādia farra coloni:
Quæ male creuerūt/ ueſcaq; parua uocāt:
Vis ea ſi uerbi eſt: cur nō ego ueiouis ædem:
Aedem non magni ſuſpicor eſſe iouis:

¶LVCVM:luci partem quā Romulus aſyli ſtructu/ ra complexus eſt:Fuit hic lucus teſte Dionyſio inter Arcem & Capitolium. Huc dixit confuge tutus eris: Aſyli locum oſtendit dicti apoti a cai ſylan:ideſt a non auferendo. Vel(ut aliis placet)apoti a cai ſyro quod eſt traho.inde eni nullus abduci poterat:quod non fuit in omnibus templis ut Seruius docet:ſed in his tantum qbus id erat conſecrationis lege conceſſum:Primi auté Aſylū inſtituiſſe dicuntur apud Athenienſes Herculis filii cum eos inſequerentur qui ab Hercule oppreſſi fuerant:Alii non a filiis Herculis ſed a nepotibus id Aſylum.i.téplū miſericordiæ inſtitutum dicunt:ut Herculeos.ſedé fun/ daſſe nepotes.Quod Romulus imitat⁹ ipſe quoq; Aſylum condidit:ementituſq; eſt id ſe Apollinis oraculo cō didiſſe.Quidam tamen Cadmū primo Aſylū inſtituiſſe ferunt:cum ad Thebas condendas multitudinem deſideraret.Placet aſylum potius deducas ab a chi ſylao q̄ aliunde. FVLmina nulla tenet:quæ barbatum decét: non puerum Iouem. COElum affectare:quoniam gigantes affectu dicti ſunt ad oppugnationem cœli nō recta uoluntate.Hinc ipſe alibi affectaſſe ferunt regnū cæleſte gigantes. CApra:Amaltheæ capræ effigies quæ ſuo lacte Iouem īfantem nutriſſe dicitur. Nymphæ pauiſſe feruntur Cretides:Putantur Meliſſa & Amalthea Meliſſi regis Cretenſis filiæ Iouem aluiſſe. VEgrādia farra coloni:quæ male creuerunt ueſcaq; parua uocant: Vult Vegrande compoſitū eſſe a ue particula priuatiua & ſignificare minutum:quod & Feſtus ſcribit:ut Vegrande frumentū.Idem tamen nomen ualde grande interdum ſignificat teſte Nonio:ubi ue particula uim augendi habet:ut nec uitæ uegrandi datur.Veſcum quoq; paruum ſignificat.Vnde Feſtus Veſcus inquit faſtidioſus:ue.n.pro puſillo utebantur.

ANT. FAN.

Aſylum.

Qui primi aſilum inſtituere

Vegrāde

PAV. MAR.

¶LVCum:quercetum in itermontio. ALto ſaxo:alii exponūt mœnibus:alii per hypallagem intelligūt: hoc eſt ſaxum circūdedit luco:ſed ita intelligendum eſt aperuit lucū ſaxo:hoc eſt rupibus circūdatum:quia hinc inde erant altæ rupes capitolinæ. Dixit Romulus. QVIlibet hunc confuge:confugias in hoc aſylum. TVTus eris:quia nemo te inde abſtrahet:de aſylo egimus in ſecūdo. O QVam:pro quantū creuit. ROmanus po/ pulus. De tenui origine:de exiguo principio in magnā coaluit ciuitatem. QVam.quantū. VEtus turba: pri/ ſci romani. FVit non inuidioſa:qa tam paruus populus:tam exigua ciuitas:ut nullus inuideret. Nam in oſus noīa Gellio teſte in utrāq; poſſunt accipi ſignificationem:ut inuidioſū:& inuidentem dicamus.& cui inuidetur.

Tamen ne nouitas nominis:qa ueiouis nouum tibi nomen uidetur ne hæc nouitas. OBſtat ad intelligendum feſta. TIBi ignaro:qui ignoras nominis rationem. DIſce quis iſte deus:quis deus ſit hoc nomine appellatus: CVR ue uocetur ita:uel cur ſit hoc nomine uocatus:& duo proponit quis deus:& cur illud nomen. IVppiter eſt:iuuenis:quaſi imago iouis:quæ eſt in eo templo iuuenem eū monſtrat. Aſpice uultus iuueniles:quos in imagine refert. ASPIce deinde manus:etiam iuueniles: NVLla tenet fulmina:nam cum iuuenis erat:ea nondum acceperat. FVLmina ſumpta ioui:quaſi accepit Iuppiter fulmina. POſt auſos gigantes affectare cœlum:po/ ſtea q̄ gigantes affectarunt regnum cœleſte:& auſi ſunt oppugnare conſtructis mōtibus:de quibus in primo diximus. PRImo tempore:in adoleſcentia. Erat inermis.nam non habebat fulmina: OSSA mons arſit:no/ uis ignibus:nouis fulminibus. ET pelion etiam arſit. ALtior oſſa:propterea quod dicearchus altiſſimum eū prodit. ET Olympus eſt fixus in ſolida humo.hoc eſt ita fixus ut iam auelli non poſſit: ſed de his latius dictū eſt a nobis in eo loco primi libri:ſic petitur cœlum &c. STAT quoq; capra ſimul extat etiam cum Iouis ima/ gine. EFfigies Amaltheæ capræ quæ ſuo lacte Iouem pauit:ut illud indicet aliquando Iouem paruum fuiſſe. Capella enim Amaltheæ nymphæ uberibus ſuis aluit iſantem de qua germanicus Cæſar in Aratheo carmine

a

ſic ait illa putatur:nutrix eſſe iouis:ſi uero Iuppiter infans:ubera creteæ mulxit fidiſſima capræ:Sydere quæ claro gratum teſtatur alumnum:huius capellæ corio uſum eſſe pro ſcuto Iouem contra Titanas dimicantem:Muſeus autor eſt:unde a poetis Aegiocus nominatur. Nymphæ cretides:cretenſes. FEruntur:dicuntur. Pauiſſe Iouem:nam Melyſſa & Amalthea Melyſſi regis antiquiſſimi in Creta filiæ: qui ut Didimus inquit primus diis ſacrificauit. ILLA capra. DEdit lac Ioui:quia aluit infanté:ſed de his plura agemus in ſequenti libro. NVnc uocor:Nunc ipſum nomen diffinit quia ueiouis paruus eſt iouis:& a ſimili arguit:quia uegrádia male hoc eſt nō grandia dicuntur:hæc enim particula ue diminutionem facit in compoſitis:unde & Pompeius uegrande inquit ſignificat male grande:& uecors ueſanus malicordis male ſanus.Alii paruum ſiue minutum intelligunt ut uegrāde frumentum &c. NVnc uocor ad nomen:ad aperiendā nominis ſignificationem. COloni:agrorum cultores. VOcant farra uegrandia:quæ male creuerunt:quæ non habuere ſuum incrementum.ſic parua ſunt. ET ueſca uocant parua:hodie etiam in marſis noſtris:lingua uernacula:quæ parua ſunt ueſca dicuntur:ut cū dicunt maluam ueſcam:de ea quā Romæ paruam uocant intelligūt:& Feſtus inquit:Veſcus faſtidioſus. Ve enim pro puſillo utebatur.Lucretius ueſcum dixit edacem:cum ait.Nec mare quæ impédent ueſco ſale ſaxa pereſa. SI ea uis eſt uerbi:ſi ea eſt proprietas uocabuli:ut ueſca parua dicantur:& uegrandia non grandia. CVR ego nō ſuſpicor:puto. AEdem ueiouis eſſe ædem non magni Iouis:templum parui Iouis.

ANT. FAN.

Pegaſus oritur nonis martiis ueſperi.

Iamq; ubi ceruleum uariabunt ſidera cœlū:
Suſpice gorgonei colla uidebis equi:
Creditur hic cæſæ grauida ceruice meduſæ:
Sanguine reſperſis proſiluiſſe comis:
Huic ſupra nubes:& ſubter ſidera lapſo.
Cælum pro terra.pro pede penna fuit.
Iamq; indignanti noua frena recæperat ore.

¶IAMq; ubi ceruleum uariabant ſidera cœlum:Suſpice gorgonei colla uidebis equi:Signa quæ heliace oriuntur in pricipio noctis uideri nequeunt quippe cū ut nox iniens occaſum oſtendit heliacum ita & deſcedens ortum eiuſmodi nobis offerat.Senſus ergo eſt:ubi nox aduenerit ſuſpice ad eius finem uidelicet non noctis initio: quia equi gorgonei collum uidebis in ortum heliacū ferri. Eſt autem ortus matutinus equi cui Pegaſo nomen eſt ſecundum Columellam.iiii.nonas Martias ſecundū Manilium Sole.xxi.partem piſcium obtinere.Iginus uero idē ſignum inquit cum Aquario & altero Piſcium cū quo occidit exoriri.Eius pars antecedit hoc tēpore Solem cum Piſcibus orientē.Conſtat autem pegaſus(ut auctori placet hoc loco)ſtellis.xv.ut Igino xviii. qui quod tin piſin:ideſt fontem produxerit Pegaſi nomē accæpit.Nota eſt fabula.Gorgoneus uero dictus eſt quod ex ſanguine Meduſæ gorgonis eum natū fabulantur:cuius domus gorgones fuerunt inſulæ teſte Plinio bidui nauigatione diſtantes a continenti quas quidā gorgades uocant quo penetrauit hāno pœnorum imperator.Sunt.n. cōtra Atlantem montem ad fines Mauritaniæ.Vnde nonnulli alias fuiſſe Heſperides:alias gorgones recte arbitrantur.Nā Heſperides habuiſſe hortos dicuntur ad Lixon Libyæ.Sciendum de huius ſigni ortu:atq; occaſu pleroſq; ita diuerſa tradere ut fere uidere non ſit unū cum altero congruentem. CREditur:hic: Bene creditur de re fabuloſa tale & illud eſt:illa putatur nutrix eſſe Iouis.Pegaſum alii e ſanguine Meduſæ natum uolunt cui Perſeus caput dicitur abſtuliſſe alii Neptuni & Meduſæ filium dicunt & alatum fuiſſe fabulantur. COElum:Aer hoc loco.is eſt uolantium ſolū. NOua frena:Quia poetæ finxerunt Pegaſum captum a Bellerophonte q poſt domitam Chimærā hoc equo uſus dicitur unde altius uolās decidit.quo tēpore Pegaſus in cœlum trāſlatus eſt.

PAV. MAR.

¶IAMq; ceruleum:ueſperi nonarum oriri inquit pegaſum equum alatum:quem Iginus aratū adducens:& alii complures. NEptuni & Meduſæ filium dixere:Sed ut alii ex ipſo Meduſæ ſanguine quam pſeus interemit natus eſt.Peruolauit in Elicona:ubi ſaxum ungula feriens fontem aperuit:qui ex eo hippocrene eſt appellatus:ſed hic apud Pyrenem corynthium fontem captus:unde Strabo:Fama eſt equum pegaſum:cum potaret hoc in loco a Bellerophonte deprehēſum fuiſſe:alatum inquam caballum e Meduſæ ceruice:& de gorgonis execto guttere proſilentem. Vulgatum eſt etiam caballinum fontem in Elicone erupiſſe:cum ſubiectam ibi tellurem fieret ungula.Hæc ille Bellerophon poſt interfectā Chymeram:cū altius hoc equo uſus euolaret:decidit equus inter ſydera collocatus exiſtimatur:qui ut higinus ipſe oſtendit.Arcticū circulū ſpectans pedibus æſtiuo orbe niti: extremo ore caput delphini tangere uidet'. Aquarii manū dextram ceruici ſuæ coniūgens:huius in ſtellis corpus apparet uſq; ad umbilicū:q occidit cum piſce de duobus primo:qui ſupra tergū eius eſt fixus:exorit' cū aquario toto & piſce cum quo occidit:& manu aquarii dextra.Hic habet in roſtro ſtellas duas obſcuras:ī capite ūnā in maxilla unam:in auribus ſingulas:in ceruicibus quatuor obſcuras:ſed maxime lucet:quæ proxima capiti apparet:in humero claram unā in pectore:unam in ſcapulo:unā in umbilico nouiſſimā unam:in genibus ſingulas: in poplitibus ſingulas.Poeta oriri dicit ueſperi nonaꝝ martiaꝝ.Plinius uero pridie idus Auguſti:ſed ortū poetæ accipiamus heliacū.nam occidente ſole.tū in alto cœlo uidetur:quod aperte oſtēdit:cū Suſpice dicat.quaſi ſurſum aſpice. IAMq; ubi ſydera uariabūt cœlum uariū & pictū oſtendet in nocte. CEruleū cœlum.inquit cum uidet' ſimilis color cœli qui & maris. SVſpice.attollas oculos.& cœlum reſpice. VIdebis colla equi gorgonei pegaſi nati ex ſanguine Gorgonis.hoc eſt Meduſæ a gorgadibus inſulis. CREditur hic:equus. PROſiluiſſe: procul ſaliiſſe:uel ſaltans exiuiſſe. GRauida ceruice meduſæ cæſæ creditur ſaltaſſe ex execta.& fœta Meduſæ ceruice.quam perſeus execuit.cū eam interemit. COmis reſparſis ſanguine:tū cum reſectū a ceruice caput. COElum.aer. FVIT terra:loco terræ. HVic:equo. LApſo uolanti. SVpra nubes & ſubter ſydera:q̄ſi uolanti altius inter ſydera & nubes.& ideo cœlum fuit pro terra:quia per aera uolabat:ac ſi per terram curſum intendiſſet. Penna fuit pro pede:erat alatus:utebatur alis pro pedibus. IAMq; receperat noua frena: iā apud Pyrrhenem ſub acrocorynthio deprehēſus fuerat a Bellorophonte:& accepat noua frena. ORE indignāti:reluctāti

ℭAONias aquas:Hippocrenē fontē Boetiæ dictū ab equo ut eius nomen oſtendit. De quo ait Perſius. Nec fonte labra prolui caballino. Hinc illud eſt: Dicites quæ fontes aganippides hippocrenes grata medulæi ſigna teneris equi: Strabo: Vulgatū ē ēt Caballinū fontē in helicone erupiſſe cū ſubiectā ibi tellurē feriret ungula. PRotinus aſpicies uenīēti nocte coronā: Corona ariadnes.viii. idus oritur chronice: quā (ut placet Manilio) xv. pars Virginis in ortum dicit cui Ouidius aſtipulatur hoc loco: Alii tñ (ut Iginus) cū Scorpione coronā exoriri dicunt Alii cū Libra ut Columella & Plinius. Alii eius partē cū libra: totā uero cū ſcorpione exoriri uolunt quæ occidit mane orientibus Cācro & Leone Cōſtat aūt ſtellis nouē. Et eſt corona Vulcani opus quā Venus cum Liber pater Ariadnē uxorem duceret ei donaſſe dr̄: quāq; ad uxoris inſigne idem deus inter ſydera collocauit. De cuius ſitu legimus in.viii. Metamorphoſeos. Tenues uolat illa per auras: Dumq; uolat gemmæ ſubitos uertuntur ī ignes cōſiſtūtq; loco ſpē remanēte coronæ qui medius nixiq; genu eſt anguēq; tenentis. Præſtat in hac corona cæteris fulgore ſtella quædam: quæ.viii. idus Octobris occidit Cæſari teſte Plynio. Hāc & cæteras coronā cōſtituētes Cretēſes olī; uti ſydus peculiare ſequebātur. Sciēdū Ariadnē a Theſeo raptam atq; in naxo relictam eſſe ut quibuſdā placet: quā Bacchi ſacerdos dicitur excepiſſe. Alii memoriæ ꝓdiderūt eā diu apud Theſeū pmā fiſſe & ex eo duos filios ſuſcepiſſe. Alii in Cypro grauidam a Theſeo relictā ferūt: ubi excepta a mulieribus cypriis anteq̄ pareret e uita dicit̄ exceſſiſſe. Scriptores autem naxii duos fuiſſe Minoes tradiderūt & totidē Ariadnas prioremq; Baccho nupſiſſe in naxo inſula. Alteram uero a Theſeo deſtitutam in eandem inſulam nauigaſſe. De hac corona non eodem modo omnes fabulant̄. Lege Iginū. GNOſida: Cretēſem a Gnoſio cretæ oppido ubi fuit Minois regia. Virgilius. Gnoſiaq; ardētis deſcendat ſtella coronæ. INgrato uiro: Theſeo a quo nōnulli Ariadnem abactam ac derelictā uolūt: de qua incerta ferūtur. Lege Plutarchū in Theſeo. Notum eſt beneficio ariadnes theſeū e labyrintho regreſſū eē. Oui. alibi. cū tibi ne uictus tecto morereſ recuruo. Quæ regerēt paſſus pro duce fila dedi. SORte tori gaudēs. Læta q̄d ei Bacchus pro theſeo cōtigiſſet ac pro mortali deus. DEPExos crinibus indos. Oneſicritus autor eſt ut ſcribit Strabo indos cæteris qdē in rebus frugales eē circa ornatū uero curioſos. Ad eos ſecūdū Megaſthenē (ut idē ait Strabo) nemo extrinſecus cū exercitu ꝓfectus eſt ꝑter Herculē Liberū patrē & Macedonas. FILia regis Vnam captiuarum dicit indorum regis filiam quæ Baccho placuiſſe dicitur. ANT. FAN. Hippocrene corona orit̄..viii. idus martias corona ariadnes

Cum leuis aonias ungula fodit aquas:
Nūc fruitur cœlo,quod pennis ante petebat
Et nitidus ſtellis quinq; decemq; micat:
ℭProtinus aſpicies uenienti nocte coronā.
Gnoſida,Theſeo crimine facta dea eſt:
Iam bene periuro mutarat coniuge Bacchū
Quæ dedit ingrato fila regenda uiro:
Sortethori gaudēs,qd flebā ruſtica dixit.
Vtiliter nobis perfidus ille fuit:
Interea liber depexis crinibus indos
Vincit:& eoo diues ab orbe redit:
Inter captiuas facie præſtante puellas
Grata nimis baccho filia regis erat:
Flebat amās coniūx,ſpaciataq; littore curuo
Edidit incultis talia uerba comis:

ℭCVM ungula pegaſi. LEuis qa alati eq. FODit aquas: aonias aq̄s: gorgoneū ſeu caballinū ſeu pegaſeū fontē in elicone ab Aonia mōtana regiōe Boetiæ. NVnc ipſe equus. FRuit̄ cœlo qa cœlo locat9 eſt. Quod añ petebat pēnis: in q̄d prius euolabat. ET nitidus micat. lucet. QVinq; & decē ſtellis. cū cōſtet qndecī hēre ſtellas. At Higinus inqt decē. & ſeptē. & in numero eaꝝ: q̄s ipſe cōmemorat. ſunt decē & ſex: nō igit̄ abſurſum eēt: ſi locus diceret. Sexque decēque micat qa decem & ſex numero ſūt. PROtinus aſpicies. octauo idus martias. & octaua die mēſis orit̄ corona de qua dictū eſt: O nimiū effulgēs cœli de pte ſerena. O oculis nimiū grata corona meis. ASpirato mihi ſiqd tua numina pñt. Humani æthereo. ſi quid ab axe uides. Dū ꝓcul iliacæ decus īmortale coronæ. Et quo nūc celari nō licet ire uia. Gnoſiacā liceat tātū obſeruare coronā. Sint tua ꝓ latiis ſydera ſyderibus. Nā quotiēs orta fulges nitidiſſima nocte: In radios totiēs lumīa tolo tuos. Fūdit̄q; genis lachryme dū mēte uoluto. Nō noſtro iliacā poſſe fouere ſinu. & reliqua. Coronam hāc ex auro & gēmis a Vulcano factā uolunt: & ueneri datā. quæ poſtea cū Ariadne baccho nuberet. ei a Venere oblata eſt. Hac uolūt aliq theſeū pro lumine uſum in labyrintho. Qui aūt Argolica ſcripſere: aiūt coronā hāc a Venere acceptā bacchū ſecū tuliſſe: cū ad reducendā matrē ab inferis accederet: ſed doctus ire ab Hippolirno promiſſo: quod peteret: Coronā diuiſit in loco qui ab ea ατεφανοσ appellatus eſt: reducens matrē. Coronā inter ſydera collocauit. VVLgatior tñ fama habet Ariadne a Theſeo derelicte in dia inſula: Baccho poſtea nuptæ a Venere traditā: Bacchūq; deuictis indis: indorum regis filiā: præſtantem forma ſecum ducentē: cū quereretur Ariadne: Bacchus eam cū corona īter ſydera collocauit. CORonam humero ſiniſtro prope contingeret Arctophilax uidetur: quæ autem Ergo quaſi dextri pedis calce coniungitur. HAEC cācro & leone ex oriente occidere: cum ſcorpione exoriri perſpicitur habet autem ſtellas nouem in rotundo diſpoſitas: ſed ex his tres clarius cæteris lucentes. DE Ortu autem coronæ Plynius cū poeta non cōcordat. ſic enim inquit ſexto nonas octobris acticæ corona exorit̄ Mane. Aſiæ & Cæſari quinto calendas Eniocus occidit matutino tertio calendas Cæſari corona exoriri incipit. ET POſtea ſubdit. viii. idus octobris. Cæſari fulgens in corona ſtella exoritur: Idibus corona tota. VERum alter Heliacus: alter Coſmicus ortus eſt. PROtinus: ſubſequenter. Venīēti nocte: poſt noctem nonarium ſequenti nocte. ASPicies coronam gnoſida: cretenſem. Nam Ariadne cretenſis fuit. GNOſo urbe: fuit regia minois. ESTFACTA dea: ipſa Ariadne eſt in cælum relata. THEſeo crimine. perfidia theſei. qui eam in dia reliquit. IAM bene mutarat Bacchum periuro coniuge. Iam bene uirum commutauerat: nam pro homine deū: PAV. MAR.

pro periuro & perfido fidelem acceperat. QVæ ariadne. QVAE dedit fila regenda uiro ingrato: alluſit illud Virgilianum: Ceca regens filo ueſtigia. nam ariadne dederat filum theſeo: quo ſciret e labyrintho regredi & in heroidibus. CVM tibi ne uictus tecto morere recuruo Quæ regerent paſſus pro duce fila dedi: Et paulo poſt. Nec tibi quæ reditus monſtrarent fila dediſſem: Fila per adductas ſæpe recepta manus. A t ille non rettulit beneficii gratiam. SORte tori. gaudens. iam cum gauderet thalami. ſeu coniugii fortuna. DIXit quid flebā ruſtica: quid flere debebam me ab illo relictam. ILLE: theſeus fuit nobis perfidus: periurus proditor. VTILIter: quaſi ſua perfidia fuit nobis utilitas: quia deo nupſimus. INTerea liber: poſteaquam ariadne baccho nupſerat. Ad indicam expeditionem Bacchus profectus eſt. CVMq; uictor rediret ducens ſecum indorum regis filiam: Verens ariadne. ne illius amore a Baccho relinqueretur: Cœpit miſerabiliter queri: non ſecus ac fecerat cum a theſeo relicta eſt. Interea: dum ſe fœlicem tanto coniuge Ariadne exiſtimabat. LIBer: bacchus. VINcit indos: & hoc quoq; tetigimus in primo libro: quia triennio totam indiam domuit: perque omnem urbem exercitum circuduxit: & plura reliquit trophea ſtatua quæ ſuarum expeditionem teſtes. DEPExis crinibus ſicut eſt eorum mos: pectere: & enutrire comas & barbam. ET redit diues: quaſi cum ingēti præda ab urbe eoo: ab oriente. FILIA regis: indorum ſcilicet. PRAEſtanti facie: quæ præſtabat cæteris forma. INTer puellas captiuas quæ captiuæ ex india ducebantur. ERAT nimis grata baccho: mirum in modum placebat. AMANS coniūx Ariadne. FLEbat: cum audiſſet illum illam ducere: & gratam eſſe. SPAciata q; littore curuo: cum ſpaciaretur hoc eſt cum deambularet per littus ſinuoſum. ut eſt illud in arte. An tu modo pompeia lætus ſpatiare ſub umbra. EDIdit talia uerba: ita loquuta eſt. COMis incultis. crinibus nō ornatis: ſed ſolutis. En iterum fluctus: querela ariadnes: q; adducta eēt ei pellex a Baccho. Querebatur primum de theſeo: nunc ſimilis cauſa data eſt fletui profunditur in quæſtus & lachrymas: & undiq; mouet cōmiſerationem. O FLVctus: o marinæ undæ.

En iterū fluctus ſimiles audite querelas
En iterū lachrimas accipe harena meas:
Dicebā memini periure & perfide theſeu
Ille abiit eadē crimina Bacchus habet:
Nūc quoq; nulla uiro clamabo fœmina cre dat
Noie mutato cauſa relata mea eſt:
O utinā mea ſors quo primū cæperat iſſet:
Iamq; in præſenti tempore nulla forem:
Quid me in deſertis moriturā liber harenis
Seruabas potui dedoluiſſe ſemel:
Bacche leuis: leuiorq; tuis quæ tpa cingūt:
Frōdib9 i lachrimas cognite bacche meas
Auſus es ān oculos adducta pellice noſtros
Tā bene compoſitum ſolicitare thorum:
Heu ubi pacta fides: ubi quæ iurare ſolebas
Me miſerā quotiēs hæc ego uerba loquor
Theſēa culpabas fallacemq; ipſe uocabas:
Iudicio peccas turpius ipſe tuo:
Ne ſciat hoc qſq; tacitiſq; dolorib9 urar
Ne totiens falli digna fuiſſe puter:

ANT FAN ¶SIMILes audite querelas: Quales audierant fluctus cum Ariadne de Theſeo quereretur NOMine mutato Theſei in bacchum. IN Deſertis morituram liber arenis ſeruabas: Chii inſulæ: uel naxiarenas dicit ſecundum Senecam. moriturus autem principium aptitudine; hic non actum ſignificat. POTuit dedoluiſſe ſemel. Potuit ubi me Theſeus reliquerat morte dolorem deponere THEſea culpabas: Quia carere debet omni uitio qui in alium paratus eſt dicere. NESciat hoc quiſquā: Ne mea culpa bis derelicta uel decepta uideat.

PAV. MAR. ¶EN ITerum audite ſimiles querelas: quales audiuiſtis prius: cum a Cæſare eſſem relicta. EN iterum: o arena accipe meas lachrymas: ſicut tūc acceperas. DICEbā tunc cum me ille perfidus reliquiſſet. MEmini: me. ſ. ſic dixiſſe. O THeſeu periure & perfide: appellabam illu; periurum. & fidei uiolatore;. Ille abiit diſceſſit a me: nec reuocatus rediit. BAChus habet eadem crimina fidei ſ. uiolatæ: quia adducit pellicem. NVNC quoq; clamabo nulla fœmina credat uiro: nūc etiam illud cū clamore dicam. non eſſe a puellis adhibendam uiris fidem: nā omnes ſunt deceptores. CAVſa mea: ob perfidiam uirilem. ET Relata mutato nomine nam quærebar de Theſeo: nunc de baccho: ita nomen mutatum: de Theſeo. in bacchum. O VTinam remanſiſſem inquit: utinam deſerta in littore: nec me Bacchus reperiſſet. nam iam extincta non hos ſentirem dolores. O Vtinā mea ſors: mea fortuna. ISSET quo primum cœperat: perſeueraſſet in tenore incœpto. IAMq; in præſenti tempore nulla forem. quia eſſem extincta & muliebris locutio eſt cū dicat nulla: ac ſi ſpiritus non ſuperfuiſſet. QVid me ariadnem in dia inſula a Theſeo relictam: ex eius epiſtola in heroidibus late conſtat liberum illi opem tuliſſe: in coniugem accepiſſe: & in metamorphoſi & in arte amandi. & in annei trag. refertur: & paulo ante rettulim9 Nunc queritur ſeruatam a Baccho fuiſſe. nam mortua rurſus eundem minime dolorem ſentiret. appellatq; illū leuem. quoniam adduxerit pellicem: uiolariq; fidem: quod turpius eſt. quod qui Theſeum damnabat eiuſdem criminis poſſit accuſari.. O liber: Bacche. QVId ſeruabas me morituram. cum iam moritura eſſem: cur opē attuliſti. IN Arenis, deſertis: incultis: cum eſſem in deſerto littore. POTVI ſemel carere morte ſcilicet. HAEc particula de ſæpe in compoſitione deficientem uim ſui ſimplicis indicat: ut ſæuit deſæuit: diſco dediſco. tego detego: ſic doleo dedoleo. BACCHE leuis: inconſtans. ET LEuior tuis frondibus: quæ cingunt tempora. leuior pampinis quibus coronaris: nam ut illi decidunt ex arboribus. nec ſeruant uiriditatem. ita tuus animus ſua inconſtantia agitur. COGnite Bacche in lachrymas meas. quarum tu cauſa es cum pellicem ſuperinducas. ES auſus ſollicitare ſollicitum & anxium reddere. THOrū thalamū. TAM bene cōpoſitū. nā bene iugali iure munitum. ADDucta pellice cum pellicem adduxeris. Ante oculos noſtros. pellices nunc qdem appellantur alienis

ſuccũbentes non ſolũ fœminæ ſed etiam mares. Antiqui eam proprie pellicem nominabant quæ uxorem ſuam habenti nubat:cui generi mulierum etiam pœna conſtitnta eſt a Numa pompilio hac lege. PELlex aram iunonis ne tangito:ſi tanget iunoni crinibus dimiſſis agnam fœminam cedito:hæc Pompeius maſſurius libro memorabilium pellicem apud antiquos eam habitam ſcribit:quæ cum uxor non eſſet: cum aliquo tamen uiuebat: quã nũc uero noĩe amicã paulo honeſtiorẽ cõcubinam appellari. C Flacus in libro de iure papyriano ſcribit pellicem nunc uulgo uocari:quæ cũ eo cui uxor ſit corpus miſceat quoſdam eam quæ uxoris loco ſine nuptiis in domo ſit:quã græci παλλακην uocant. HEV ubi pacta fides:ubi ea quã promiſiſti fidem. VBI quam ſolebas iurare:per quam iurabas. Me miſeram:dico.ſ. QVOtiens ego loquor hæc uerba:quotiens cogor ita loqui: nam primum perfidie theſei:nunc uero bacchi:facit ut ita loquar. Culpabas Theſea:damnabas theſeum a perfidia:ꝙ me reliquiſſet. ET Tu ipſe uocabas fallacem:quia periurus. TV ĩpe peccas turpius:reprehenſibilis tuo iudicio quia qui perfidum & fallacem illum iudicabas:nunc cum in eodem ſis crimine:ex eo quod illum damnabas lõge magis damnari mereris. NESciat hoc uellet inquit hoc omnes latere:ne quis putet me totiens mea culpa derelictam:& in primis latere uelim theſeum:ne gaudeat:nunc deum in me fuiſſe fallacem:nam numinis exemplo culpam ſuam extenuaret. NESciat quiſq̃:hoc me.ſ.a baccho fuiſſe deceptam. ET Vrar:abſumar ego. TAcitus doloribus:ne cui ſint cogniti:ſed tacita ipſa adurar. Ne puter:ne exiſtimer. FViſſe digna totiens falli:meruiſſe aliqua mea culpa totiens a uiris decipi.

Præcipue cupiam cælari Theſea,ne te
Conſortem culpæ gaudeat eſſe ſuæ:
At puto p̃poſita ẽ fuſcæ mihi cadida pellex:
Eueniat noſtris hoſtibus ille color:
Quid tñ hæc refero:uicio tibi gratior ĩpo eſt.
Quid facis amplexus inquinat illa tuos:
Bacche fidẽ p̃ſta:ne p̃fer amoribus ullam.
Coniugis:aſſueui ſemper amare uirum:
Cæperunt matrem formoſi cornua tauri
Me iuuat & lædit ille pudendus amor:
Ne noceat qď amo nec.n.tibi bache nocebat
Quod flãmas nobis faſſus es ipſe tuas:
Nec ꝙ nos uris,mirum facis,ortus in igne
Diceris,& patria raptus ab igne manu,
Illa ego ſum,cui tu ſolitus promittere cœlũ:
Hei mihi,pro cœlo qualia dona fero:
Dixerat:audiuerat iã dudum uerba q̃rẽtis:
Liber ut a tergo forte ſecutus erat.
Occupat ãplexu lachrymaſq; poſcula ſiccat
Et pariter cœli ſumma petamus ait:

¶PRAEcipue cupiã celari theſea:Cupio neſcire Theſeum quod & deus quoq; me ſpreuerit. PRAEpoſita ẽ fuſce mihi candida pellex. Proprie dicit pellicem quæ cũ eo corpus miſcet qui habet uxorem. Eſt autem hoc loco ironia ubi Ariadne ſe fuſcam & pellicem candidam dicit:quam figuram illuſionem uocant teſte Quintiliano:quæ aut pronunciatione intelligitur:aut perſona aut rei natura. INQuinat: Vicio nigredinis quod Ariadne ſuſpicatur in Bacchum poſſe tranſferri. MATrem: paſiphæn ex qua & tauro natus eſt Minotaurus. Nota eſt fabula. ME tua:Exemplo Matris cui taurus placuit cornibus præditus:nam & Baccho a poetis dantur cornua ut accedant capiti cornua Baccus eris: uel quod primos tauros iugo ſubiecerit & arare docuerit:uel quod nimio uino(ut inquit Feſtus)homines Truces fiunt. Per cornua enim ſignificatur proteruitas & contumatia teſte Porphyriõe. Vnde illud eſt. Addis cornua pauperi. Cæterum plures fuerũt Dionyſii teſte Diodoro. ORtus in igne diceris:Bacchum ignigenam dicunt quod Semele matre a fulmine ꝑcuſſa ab eius aluo erept⁹ eſt. PRO cœlo q̃lia dãna fero:Pathos ab eo quod eſt præter ſpẽ. ¶PRAEcipue:in primis. CVIpiam celari theſea: cupiam hoc eſſe illi occultum. Ne gaudeat te eſſe conſortẽ ſue culpæ:te fuiſſe eiuſdem fallaciæ ſtudioſum: AT puto:ironicus ſermo:ut pellicem in conceptum adducat: præfers inquit mihi illam candidam. cum illa patrio colore fuſca ſit:& ariadne candida. AT puto eſt præpoſita:in amore tuo. Mihi fuſcæ nigranti. Pellex candida:captiua quam pro amica ducis niueæ faciei. ILLE color fuſcus qui eſt in iſta pellice. Eueniat noſtris hoſtibus quaſi non amici:ſed hoſtes ſint ita nigri:ut illa eſt. TAMEN quid cur refero hæc eſt tibi gratior & iucundior. IPſo uitio ipſa nigredine:quod uitium eſt corporis. Nam ut modeſtinus de uerborum ſignificatione inquit. Morbum eſſe temporalem corporis imbecillitatem uerum eſt. VITium uero perpetuum corporis impedimentum: & ſubdit. nam & luſcus utiq; uitioſus eſt morbum apud ſabinum ſic diffinitum eſſe ſciendum eſt Habitum cuiuſq; corporis contra naturam:qui uſum eius ad id faciat deteriorem:cuius cauſa natura nobis eius corporis ſanitatẽ dedit. Id autem alias in toto corpore:alias in parte accidere. Namq; totius corporis morbus eſt:puta febris. partis ueluti cæcitatis licet homo ita natus ſit. Vitium a morbo multum differre:ut puta ſiquis balbus ſit. nam hũc uitioſum magis eſſe q̃ morboſum:& reliqua plura enim de his agit Vlpi. iuriſcon. de quib⁹ alias. QVid facis o bacche qui illam amas. ILLA inquinat. polluit. Tuos amplexus conmaculat tua brachia ſuo colore. nam nigredinem contrahent. bacche fidem p̃ſta. adhibe mihi fidẽ. Ne p̃fer noli præponere. Vllam amoribus coniugis quia magis te amat coniunx q̃ ancilla:ergo ne preferas ullam mihi:Semper aſſueui ſemper amare uirum: nam prius theſeum:deinde te ardentiſſime amaui ſeruauiq; fidem inuiolatam. Cornua tauri formoſi cœperunt matrẽ:q̃ſi Paſyphæ mater capta fuit cornibus tauri pulcherrimi. nota ẽ fabula paſyphes uxoris minois. q̃ tauro ſuccubuit. unde natus eſt minotaurus:ſed de his cumulatius in. vi. æne. diximus. Me tua. ſ. cornua capiũt quaſi ego capta ſum cornibus tuis. nã bacchus cũ cornib⁹ pingitur:de quo paulo poſt. Sed lædit me. ſ. qa nimiũ excruciat. ILLE amor prudẽdus. amor tu⁹ in captiuã. iõ pudẽdus. qď ſerua ẽ & fuſca. aliq referũt illď ad paſyphẽ. qa pudẽd⁹

ANT. FAN' Cornua donatus baccho

PAV. MAR.

amor illius quæ tauro ſuccubuit. NEC noceat mihi.ſ.qd amo te ſed potius proſit.Eni qa.NON nocebat ſed proderat TIBi o bacche quod tu ipſe es faſſus nobis flāmas tuas quod aperuiſti nobis amores tuos:ſic prodeſſe debet & mihi:cū ſcias te amari a nobis. NEC facis miſe͡:nō eſt res miſerāda. QVOd nos uris: ꝙ uror ego tuo amore. Diceris ortus in igne.iccirco nō eſt miſe͡:qa tu natus in igne iniicis mihi flāmas.Et diceris raptus ab igne a fulmine manu patria:manu iouis:nā cū ſemele examinata eēt fulmine editus īmaturus infans femor adhæſit ubi tpa debita cōpleuit.Et ſi unus tātū bacchus ſeu Diony.a pleriſq; poetis referat:plures tn̄ fuere.Diodo.Dionyſius fuiſſe teſtat:Priorē indū:q primus docuerit ex uua uinū elicere.& arborū curā.Secūdū ex ioue & ꝓſerpina:uel ut alii ex cerere natū:q primus boues ad aratrū iunxerit:cū terra prius hoīum manibus coleret. Aut ob multa bnficia:diuini ſunt inſtituti honores.additaq; ad eius ſtatuas:uelut īſigne quoddā cornua:ob putilē agricolis inuētionē aratri.tertiū ex ione & ſemele cadmi thebis in boetia natū dicūt.Semeles Iouē amore captū:& cū ea ſæpius:cubuiſſe ferūt.Inde Iunonē in ancillam uerſam ſuaſiſſe ſemel:ab ioue petere.ut ea ſecū maieſtate cōcuberet:qua cū iunone cōſueuiſſet.QVO ꝓmiſſo:cū tonitru & fulmine ad eā deſcēdit:q territa expirās aborſa ē. Editū ante tēpus filiū Iuppiter in femore recipit:& partus tēore in nyſam arabiæ ciuitatē tulit.Vbi a nymphis educatis infans:a patre & nyſa Diony.eſt appellatus.δίος enim græce:latine iuppiter.Hic igr ortū in igne dicit:qa iouis fulmine.Prætrea ut inqt pōpeius.Cornua liberi patris ſimulachro adiiciūtur quē inuētorē uini dicūt eo quod homines nimio uino truces fiūt. ILLA ego ſum:qui tu o bacche ES Solitus ꝓmittere cœlum ſæpe pollicitus es me in cœlū referre. HEI mihi:qualia dona fero pro cœlo:loco ꝓmiſſi cœli.Sum ita abſte:relicta & pro munere pellicē indicā adducis. DIXErat audierat:querentem ita ariadnē bacchus audiuit.Amplexuſq; eam:primū uerbis conſolatur.Deinde in cœlū rettulit:coronamq; ſimul inter aſtra collocauit.Nouemq; gemmas in totidem ſtellas tranſformauit DIXerat iam queſta erat ariadne liber.bacchus.IAMdudum:ex illa cœpit loqui. AVDierat uerba querentis:ariadnes:lamentantis. VT.ſicut. FORte erat ſequutus a tergo.dum deambulans illa per arenas querebatur.ſequebatur a tergo bacchus.OCCupat amplexu.amplectitur illā. ET ſiccat lachrymas per oſcula:oſculabatur illius genas.& ſiccabat lachrymas. ET ait petamus pariter ſumma cœli.conſcedamus ſimul in cœli ſummitatem.

Tu mihi iūcta thoro, mihi iūcta uocabula ſumes
Nā tibi mutatæ libera nomē erit:
Sintq; tuæ tecū, faciā monumenta coronæ
Vulcanus Veneri quam dedit illa tibi:
Dicta facit gēmaſq; nouē trāſformat ī ignes:
Aurea per ſtellas nunc micat illa nouem:
Sex tibi ſuſtulerit, totidēq; demiſerit orbes:
Purpureum rapido qui uehit axe diem:
Altera gramineo ſpectabis equiria campo:
Quem Tyberis curuis ī latus urget aquis.
Qui tamen eiecta ſi forte tenebitur unda.

ANT. FAN.

¶MIHI iuncta uocabula ſumes ut me liberū uocāt ita & te liberā noiabunt. MONVmēta coronæ: Corona quæ referetur in cœlum ut monumentum amoris liberi in ariadnem non ꝙ eam Bacchus ariadnæ dederit ſed ꝙ in cœlum relaturus ſit.quam & retulit in eius gratiam. Eſt aūt monumētū quicqd in poſterū memoriæ.cā ꝓditur & qcquid ob memoriam alicuius fit:ut Fana Porticus.Carmina & ſimilia:& a monendo dictū exiſtimatur. PER ſtellas nunc micat illa noue: Seruius ſcribit ſex ſtellas eſſe quibus in cœlo corona hæc declarat. alii nouem.Vnde illud eſt:inde nouem numero creſſa; fecere coronam.Id ſignum maxime lucere cernitur: ut Hic illa eximio poſita eſt fulgore corona. Ouidius alibi Bacchi coniunx redimita corona præradiat ſtellis ſigna minora ſuis. SEX ubi ſuſtuleritq; totidemq; remiſeri orbes.iii.idus Martias iterū Equiria celebrant dicta ut ait Varro ab equorū curſu Eo.n.die currūt in cāpo martio:cuius admirabilis magnitudo(ut inquit Strabo)curruleſ curſus & alia equeſtria certamina expedita ſuppeditabat.Dicit autem altera equiria.quia ſupra legimus:Iamq; duæ reſtant noctes de menſe ſecundo Marſq; citos iunctis curribus urget equos.Hos ludos diximus a Romulo inſtitutos eſſe Marti patri.qui(ſi forte hoc tempore:quo flumina hymbribus augeri ſolent campum martium aquæ tyberis occupaſſent)transferebantur ad Celium montem.Vnde ait Feſtus:Martialis campus in cælio monte dicitur.ꝙ in eo equiria ſolebant fieri ſi quando aquæ tyberis campum Martium occupaſſent.Ad hunc montem uia fuit propemodum plana ut Cælius ex alto qua mons deſcendit in æquum hic ubi non plana eſt ſed prope plana uia eſt.Dictus autem eſt Cæli'(ut Feſto placet)a Cælo quodam ex hetruria qui Romulum auxilium aduerſus ſabinos præbuit & in eo domicilium habuit. Vel(ut ait Varro)a Cælio iubenno ex eadē ꝓuincia qui dicitur Romulo ueniſſe auxilio.poſt cuius obitum Thuſci ꝙ nimis munita loca tenerent deducti dicuntur in planū a quibus uicus thuſcus dictus eſt.

Monumē tum

Equiria iii.idus martias Equiria fiebant in campo martio uel in cœlio monte Cælius ūn dictus

PAV. MAR.

¶TV Mihi iuncta toro:quaſi iuncta iure iugali:nam tu mea coniunx. SVmes uocabula mihi iuncta.quæ iuncta es thalamo:eris quoq; iuncta nomine. NAM tibi mutatæ:ex humana in deam:ex mortali in immortalem. ERIT nomē libera.nā ut ego liber dicor.tu quoq; libera diceris. ET Faciant ſint tecum monumenta tuæ coronæ.ut tecum habeas in cœlo coronam tuam:aut ipſius memoriam:nam eius gemmæ in ſtellas transferent. Monumētū eſt ut Vlpianus iuriſcōſultus inqt quod memoriæ ſeruandæ gratia exiſtit.& florenti.Monumentū inquit generaliter res eſt in poſterum memoriæ cauſa prodita:in qua ſi corpus.uel reliquiæ inferuntur:fiet ſepulchrum.ſi uero nihil eorum inferatur erit monumentum memoriæ cauſa factum. QVAm coronam. VVLcanus dedit ueneri quod ſuperius diximus. ILLA tibi.nam uenus tibi dono dedit. DICTA facit.nam rettulit illam in cœlum. ET Transformat tranſmutat. NOVem gemmas quæ ſunt in coronam.IN ignes.in totidē ſtellas ignitas. AVReacorona ex auro. MICat.lucet. PER ſtellas nouem.nā quot gēmæ fuerant tot nunc ſūt ſtellæ numero nouem. SEX VBI ſuſtulerit tertio decimo die menſis hoc eſt tertio idus Mar. fient equiria

in campo martio prope tybrim quod ſi inundaret tibris ut ille locus aquis tegeretur:itur in cœlium montẽ.ibi erunt equoꝝ curſus:quos multi putãt a romulo inſtitutos marti genitori. VBI poſtq̃. QVI phœbus. VEhit axe rapido:refert currũ ueloci nã partem pro toto poſuit.Diem purpureum:rubicundum. SVStulerit:eleuauit. SEX orbes:rotũditates:ſeu ſolares orbes. DIMiſerit:deorſum miſerit:hoc eſt poſtq̃ ſexies orietur ſol & totiẽs occidit ſol.i.poſtq̃ fluxerit ſextus dies ab ipſo ortu coronæ. SPEctabis altera eqria.equoꝝ curius. CAmpo gramineo:in campo martio herbido.altera dixit:quia & altera fiebãt in fine februarii de quibus ſuo loco diximus. QVEm.cãpũ. TYbris urget in latus:quaſi ambit ab uno latere aqs curuis flexis & ſinuoſis.Cãp⁹ martius iuxta tybrim:ubi ſæpe fiebãt ludi & certamina circũ erãt porticus pulcherrimæ.& horti nemoroſi.In eo etiã erat Auguſti mauſoleũ & marmore candido:in uertice æneum Auguſti ſimulacrũ habẽs. QVI tñ: campus. Si forte tenebitur:occupabitur. VNDA eiecta.inundatione tyberina:nam tunc eiicitur unda a tybride.

ANT.
FAN.

Cælius accipiet puluerulentus equos:
Idibus eſt annæ feſtum geniale perennæ
Non procul a ripis aduena Tybri tuis:
Plæbs uenit,ac uirides paſſim diſiecta p̃ her
Potat,& accũbit cũ pare quiſq; ſua: (bas
Sub ioue pars durat,pauci tentoria ponunt:
Sũt quibus e ramis frondea facta caſa eſt:
Pars ibi pro rigidis calamos ſtatuere colũnis
Deſuper extentas impoſuere togas:
Sole tamẽ,uinoq; calent,annoſq; precãtur:
Quot ſumãt cyathos,ad numerũq; bibũt
Inuenies illic,qui Neſtoris ebibat annos:

¶PVLuerulẽtus:Quod eo non puenerint aquæ tyberis cãpũ Martiũ inũdãtis. IDIbus eſt annæ &c.Idibus. Martiis priuatim & publice ſacrificabaꝑ Annæ perennæ ut annare perennareq̃ cõmode liceret ut ſcribit Macrobius.Hãc deã nõnulli Lunã eſſe credidere e cuius curſu mẽſes annũ implentes colligũtur. Alii Themim quã idẽ eſſe exiſtimabãt quod fas eſt autore.Fe.Alii annam dido ſororẽ.alii unã Atlãtidũ. Alii iſidẽ.Alii anum quandã ſuburbanã:quæ fameſcẽti plebi cũ in ſacrum montẽ ſucceſſiſſet Liba diciꝑ miniſtraſſe. Quod adeo gratum plebi fuit:ut eam in dearũ numerũ referendã curauerit. Placet aũt Syllio in.viii.punicorum Annam perennam Dido ſororẽ eẽ:ut regniſq; æneadũ germana colaꝑ eliſſe:quã nymphã in aricino agro ſiue laurẽti cõſecratam a ppetuitate perennã exiſtimãt appellatã.Eius feſtũ geniale diciꝑ quod plebei apud tyberim genio & uoluptati operã darẽt & cautu & potu largiore perennẽ uitam ſibi auſpicãtes. SVB ioue pars durant:Sub diuo nullis tẽtoriis nullis frõdibus tecti. AD numerũq; bibũt:mite certaminis ſiue ludi genus fuit apud antiquos qui etiã tot calices interdum exhaurire conſueuerunt quod litteras amicarũ nomina continerent.Martialis:Næuia ſex cyathis ſeptem iuſtina bibatur.Quinq; lycas lyde quattuor ida tribus. QVI neſtoris ebibat annos:Tot calices quot annos uixiſſe diciꝑ Neſtor.de quo autor alibi. Vixit annos bis centum nunc tertia uiuitur ætas.Cicero in Catone maiore:Videtis ne ut apud Homerum ſæpiſſime Neſtor de uirtutibus ſuis prædicet,tertiam enim ætatẽ iam hominum uiuebat Iuuenalis:rex Pylius magno ſi quicquam Credis Homero Exemplum uitæ fuit a cornice ſecundæ.eſt autem ætas interdum annorum triginta ut Lactantius Grammaticus & pleriq; alii ſcribunt.

Annæ perennæ feſtum idib⁹ martiis
Anna perenna
Geniale
Potandi mos apud priſcos

¶CAElius mons. PVLVErulentus:ſiccus ubi non fit inundatio. ACCipiat equo:& fient equiria in Cœlio:qui mons ita dictus ut Varroni placet a Cœlio iubenno thuſco duce nobili:qui cum ſua manu dicitur Romulo ueniſſe auxilio contra latinum regem.Hinc poſt cœlio obitum: quo nimis munita loca tenerent: neq; ſine ſuſpitione eſſent:deducti dicuntur in planum:ab eis dictus uicus tuſcus.& ideo ibi Vortunum ſtare.quod is deus etruriæ:princeps de Cœlianis:quia ſuſpitione liberi eſſent:traductos uolunt in eum locum:qui uocaꝑ Cæliolus com cælio coniunctum.Et Pompeius ait Cælius mons dictus eſt a cælio quodam ex etruria:qui Romulo auxilium aduerſus ſabinos præbuit eo q̃ in eo domicilium habuit. IDIBVS EST:& ſuperius diximus autore Macrobio menſe Martio ſacrificatum iri ad Annam perennam:quo commode annare:& perennare liceat.Poeta uero referens Anne ſacra turbam inquit in campum conuenire hæc celebraturam:& pro uitæ perennitate mero indulgere:precariq;:ut quot calices exiccarent:tot annos uiuerent.ita ut inde nemo diſcederet non ebrius:ſed quæ dea ſit Anna:uarias refert opiniones:alios putare annam ſororem dido:alios lunam:alios:themum:alios iſidem.alios pleionem:ſeu Maiam:alios annam quandam in ſuburbanis bouillis natam.Annæ autem feſtum idibus Martiis celebrabatur. IDIBVS.martiis ſcilicet hoc eſt.xv.die menſis. EST FESTVM genia le:quaſi plenum uoluptatis nam genium pro deo uoluptatis interdũ accipitur.& pro uoluptate ipſa:ut illud Acceptus geniis illa december habet. ANNAE PEREnnæ:quæ commode annare & perennare facit. NON procul a ripis tuis o tybri aduena.qui aliunde aduenis:nam ex etruria.Ergo in campo martio prope tybrim fiebant ſacra geniale a plebe: PLEBS VEnit:in campum. AT Diſiecta per uirides herbas:effuſa in diuerſis locis. PASSIM aperte per gramina. POTAT,& accũbit quiſq; cum pare ſua:quiſq; bibit:& eſt cum cõiuge.aut ſocia. SVB ioue:aliqui ſub dio ſunt aliqui ſub extructorum ramorum umbra. PARS durat ſub ioue:ſub dio hoc eſt ſub aere:non ſub tectis & dios eſt Iuppiter:& horatius.Manet ſub ioue frigido uenator:teneræ coniugis immemor. PACI ponunt:erigunt. TENTOria.more militum:ut ſub tentoriis ſint. SVNT aliqui. QVIbus caſa eſt facta frondea e ramis qui caſam faciunt ex frondoſis arborum ramis. PARS eorum qui illuc conuenire. STAtuere calamos:erexere humi defixas harundines. PRO columnis rigidis:duris & firmis. IMpoſuere deſuper:ſuper columnas ipſas. TOGAS EXTentas:Toga ut Marcellus inquit. VESTIMENTum erat commune & uiris.& mulieribus:tam diurnũ quã nocturnũ dicitur a tenendo. SOLe tñ.excaleſcunt multi a m calore ſolis:q̃ exhauſto mero:ornatq; ut quot pocula deſiccauerint totidem annorum uita contiugat qua

PAV.
MAR.

quidem ratione multi erant qui neſtoreũ numerum ſuperarent:& ad Sybillæ numeros aſcenderent. TAmẽ calent:illi. SOLE & uino:quod hauriunt. ET præcantur annos:ꝓcibus,a diis tot annos poſcunt. QVOT ſumant cyathos:quot plenos diſcernit uicini cyathos. ET Bibunt ad numerum:quia numerant quotiens bibũt ut numerum teneant. INVEnies illic:in eo campo. QVI ebibat annos neſtoris:qui totiens bibat:quot ãnos uixit neſtor ille pylius:quem uixiſſe dicũt treeétos annos:de quo dixit:iam tertia uiuitur æras.

Quod ſit per calices facta Sibylla ſuos:
Illic & cantãt quicquid didicere theatris:
Et iactant faciles ad ſua uerba manus:
Et ducunt poſito iunctas cratere choreas
Cultaq; diffuſis ſaltat amica comis:
Cũ redeũt titubãt,& ſunt ſpectacula uulgi
Et fortunatos obuia turba uocat:
Occurrit,nuper uiſa eſt mihi digna relatu
Pompa,ſenem potum pota trahebat anus:
Quæ tñ hæc dea ſit,qm̃ rumoribus errat:
Fabula propoſito nulla tegenda meo:
Arſerat æneæ dido miſerabilis igne:
Arſerat extructis in ſua fata rogis:
Cõpoſituſq; cinis,tumuliq; i marmore carmẽ
Hoc breue quod moriẽs ipſa reliquit erat:
Præbuit æneas,& cauſam mortis,& enſem
Ipſa ſua dido concidit uſa manu:
Protinus iuadũt numidæ ſine uindice regnũ:

ANT. FAN. ¶ SIBylla:ſibyllæ decem fuerunt ut ſcripſit Varro.Lege Lactantium firmianum.Earuꝫ uni dilectæ ab Apolline dicitur oblatum ab eo poſcendi quod uellet arbitrium:quæ tot annos popoſcit quot harenas manibus haberet.Hanc eſſe nonnulli Cumæam uolunt:quæ fuit lõge ante bellum troianum ac uixiſſe dicitur roma regibus ſeruiẽte Eſt autem hoc loco figura hypbole. Quis enim tot calices hauſerit uno die quot annos uixiſſe Sibylla dicitur. Quicquid didicere theatris: carmina in theatris audita & cohærentia uoluptati cui nunc inter uina uulgus indulget. CVM redeunt:e campo martio ubi largius poti ebrietatem contraxerunt. FORTunatos:quibus uina omnem triſtitiam abſtulerunt. PRæbuit æneas:& cauſam mortis & enſeꝫ:ipſa ſua dido concidit icta manu. Fabulantur quidẽ poetæ qđ ob æneæ diſceſſum Dido ſtructa pyra gladio incubeit:iidẽq; etiã canunt Carthaginem paulo poſt excidium troiæ conditam eſſe ſed(ut ſcribit Iuſtinus)Hiarbas decem pœnorum prĩcipibus accerſitis Dido nuptias ſub belli denũciatione petiit:quæ pyra in ultima parte urbis extructa uelut placatura Sichæi manes hoſtiis cæſis eam conſcẽdit & gladio uitam finiuit.Garthago autem condita eſt lxxii.annis antequam roma.

PAV. MAR. ¶ QVOD ſit facta ſibylla per calices ſuos:quot etiam annos ſibyllæ adequarit:hoc ob Cumæaꝫ dictum: quæ fuerit longe ante troiana bella:& uixerit:ut a multis aſſerit ad romanorum uſq; regum tempora.Nam in metamorphoſi ipſa æneæ refert uiciſſe ſeptẽ ſecula:ſupuicturã quæ annos.ccc. Sibylla dicitur:q̃ſi dei mens:hoc eſt cõſiliũ. ILLIC & cantãt:canũt qđ in theatris audiuere cani:agitãt.& excutiũt manus uelut eſt mos ebrioꝝ:& ſaltãt depoſitis parũper poculis. ET cantãt illic:in cãpo. QVIcquid didicere theatris:nã carmina adhũc uſum cõpoſita:ſed ea q̃ in theatris didicere.cũ recitatæ ſunt fabulæ. THEatrũ:ſpectaculũ a θεάομαι:qđ eſt uideo. ET iactãt:ut ebrii ſolẽt. MANus faciles ad ſua uerba:nã eas ad cantũ agitãt. ET ducũt iunctas choreas:ſaltationes a χορεύω:qđ eſt ſalto.Virg. PARS pedibus plaudũt choreas & carmina dicũt.Syllabaq; media ad placituꝫ ponit̃,ut ẽt in eo uerſu imemores noſtri feſtas duxere choreas: POSito cratere:depoſito parũper poculo. ET amica culta:ornata. SALtat diffu co.paſſis crinibus. CVM redeũt:e cãpo domũ. TITVbant:tremẽti & incõſtanti paſtu incedũt:nã ebrii redeũtes eũt titubãte:& firmare paſſum nequeũt.Et ſunt ſpectacula uulgi:qa ab omni multitudine ſpectãtur.Et turba obuia:q̃ illis redeũtibus occurrit.Vocat fortunatos:appellat eos fœlices.quia quoad ebrii ſunt nec bona:nec mala diſcernũt:nec cupiditate ulla:nec ambitione mouent̃. OCcurrit nuper mihi põpa:turba ebrioꝝ redeũtiũ & in ordinẽ incedẽtiũ facta eſt mihi obuia. VISA Eſt digna relatu.digna quæ refert̃. ANNus pota:ebria uetula:quæ multũ potauerat. TRAhebat ſenem potũ:ebriũ:Iucũdũ erat ſpectaculũ cum ebria ebrium duceret. POtus:in utrãq; accipitur ſignificationem:& pro eo qui potauerit:ut hic:&pro eo quod potauerit.ut inferius.Clauiger & tanto eſt albula pota deo. QVAE tñ:ſed quæ dea ſit anna.quoniam uariæ ſunt opiniones:ego omnes referam. TAmen quæ dea ſit.hæc quæ Anna perenna dicitur. QVOniã fabula erratur.incerta eſt & uaria refert̃. RVMoribus:incertis relationibus. NVLla:fabula.ſ.eſt. TEGenda uelanda. MEO ꝓpoſito:ex inſtituto meo,qa de omnibus agam. Arſerat acturus de Anna ſorore Dido ab ipſius morte dido incipit:imitatus in hoc Virgilium:qui dixit eam ſibi necem conſciuiſſe ob amorem æneæ:qđ falſum eſt.nam non ob æneam ſed ſeruatam pudicitiam.Cum ab hiarba rege præmeretur:cogerentq; eam ciues illi ſe tradere:extructa pyra ſe ipſam interemit.OCCVpata eſt ea extincta Carthago ab Hiarba: fugit inde Anna.poſtq; longos errores uenit in Laurentinum litus:ubi agnita ab ænea benigna ſuſcepta eſt: commendataq; lauiniæ.Sed cum illa putaret adductam ſibi pellicem.parauerat Annæ inſidias. QVAE quidem per gentem ab umbra ſororis munita diffugit.raptaque eſt a Numicio amne.cum poſtea inquireretur. fertur eleuaſſe caput.dixiſſeque ſe in nympham mutatam.& annam perennam uocari. DIDO MISERABilis.digna commiſeratione. ARSERAT ignis.hoc eſt amore æneæ.ut apud Virgilium.Vritur infœlix dido. ARSERAt regiis exſtructis.lignorum congerie compoſita. IO SVA FATa.in ſuam mortem.arſerat ergo duplici igne.& amore & igne rogali nam extruxit pyram qua eſſet aduertendum cadauer. Deinde gladio incubuit: & in ea pyra cremata eſt.ET IGNIS SST Compoſitus hoc eſt cinis qui ex cremato cadauere ſuperfluit eſt in urna reconditus. ET ERAT hoc breue carmen in marmore tumuli hoc exiguum epigramma inſcriptũ eſt tumulo.

QVOD.carmen. IPSA moriens reliquit alludit ad illud ꝙ in heroidibus prius fecerat cũ in epiſtola ad æneã dido ita dicat. NEC conſumpta rogis inſcribar heliſſa ſychei hoc tamen in tumuli marmore carmen erit. & ſubſequuntur hi duo uerſus.quos etiam appoſuit. AENeas præbuit & cãm mortis.quia fugiẽs fuit illi cauſa ut ſeipſam confoderet. ET enſem:ꝑbuit cãm:& ꝑbuit inſtrumẽtũ:nã reliquit enſem:quo ſe illa cõfecit. IPSa dido cõcidit:extĩcta eſt. VSA ſua manu:ad ſeipſam extinguẽdã. PROtinus iuadũt:extincta didone aphri duce Hiarba carthaginẽ occupãt. Tyrii uero oẽs in fugã cõuerſi ſunt. NVMIdæ:ſpeciem pro genere poſuit:hoc eſt ipſi aphri.Numidia uero pars aphricæ:iter Tingitanã & Carthaginẽſem regionem. INVAdunt:adoriuntur:& occupãt. REGnũ carthaginis.ſ. SINE uindice:quaſi cũ nullus eſſet uindex qui iniuriã ꝓpulſaret:qm̃ Regina erat extincta:& alii reges non erant qui regnum tuerentur.

Et potitur capta maurus hiarba domo:
Seq; memor ſpretũ, thalamis tñ iquit elyſſæ
En ego quem totiẽs reppullit illa, fruor:
Diffugiũt Tyrii quo quẽq; agit error, ut olĩ:
Amiſſo dubiæ rege uagantur apes:
Tertia nudatas acceperat area meſſes
Inq; cauos ierant tertia muſta lacus:
Pellitᷣ ãna domo, lachrymãſq; ſororia linq̃t
Mœnia:germanæ iuſta dat ante ſuæ:
Mixta bibũt molles lachrimis unguẽta fauillæ
Vertice libatas accipiũtq; comas:
Terq; uale dixt:cineres ter ad ora relatos
Preſſit, & eſt illi uiſa ſubeſſe ſoror:
Nacta ratẽ, cõiteſq; fugæ pede labitᷣ æquo:
Mœnia reſpiciẽs, dulce ſororis opus:
Fertilis eſt melite ſterili uicina coſcyræ
Inſula, quam libici uerberat unda freti:
Hãc petit hoſpitio regis confiſa uetuſto:

¶ MAVrus hiarba:rex Mauritaniæ q̃ ꝓuĩcia eſt aphricæ ad occidẽtẽ & fretũ gaditanũ.Sed idẽ & numidiæ regnũ obtinuit q̃ ab occaſu ad mauritaniã extẽditᷣ ab ortu ad Syrtes unde regio carthaginẽſis incipit. EIVS incolæ numidæ quaſi nomades a ꝑ mutãdis pabulis appellãtur.Hũc regẽ Virg.Getulũ uocat:ut captat ducat gentilus hiarbas. TERtia nudatas.deſcriptio tp̃is poetica a meſſibus & uindemia. FAVIllæ cineres Didus unguẽta & annæ diſceſſuræ lachrymas bibũt. PEDE labitur equo:ꝓſpera utitᷣ nauigatione donec ad Melitam peruẽtum eſt. EST aũt pes funis quo tẽditᷣ uelũ autore Seruio.Seneca:In medea nũc ꝓlato pede trãſuerſos captare notos. FERTilis eſt melite.melita inſula uñ melitæos canes dictos eẽ callimachus putat inter corcyrã & illyricum eſt:ut Ply ſcribit Strabo iminere inq̃t Pachino melitam uñ melitæi canes exportãtur.Sed ſciẽdũ & ſamothraciã (ut autor eſt idẽ geographus) olim melitã dictã; Cæterũ melita de qua nũc agimus in aphricã uerſa eſt. quẽadmodũ & coſyra teſtibus Plynio Põponio & dioδoro. Vñ.Ouid:ſubiũgit.Quã lybici uerberat uñ freti ¶ ET Hiarba maurus:nã & Numidarum rex erat.& maurorũ.uel ut Euſtachius inquit Mazicorũ. Mauri i extrema ad oceanũ libya iuxta fretũ colũnarũ:ut Stra.inquit.Hi ut Criſpus aſſerit a medis originem traxere:ſed corrupere uocabulũ libes:& pro medis mauros dixere. POTitᷣ capta domo:diuus regia.& memor:hiarbas. SE ſpretũ:fuiſſe prius quẽ in cõiugẽ dido noluerat.Vñ & Virg.nõ ante tyro deſpectus:hiarbas. INQuit tñ En ego quẽ illa:dido. TOTiens repulit:qa totiẽs ſpreuit:& in cõiugẽ nõ admiſit. FRVor:nũc. THAlamis toro. Heliſſæ:didus quæ ut Euſtathius inq̃t heliſſa nominata eſt:& ab aliis Annã quoq; uocatã dicit:ſed ubi carchedona cõdidit dido dicta ẽ.Carchedona uero uocauit urbẽ a ſe cõditã a carchedone uero phœnice. Sed ab aphris Carthago dicta eſt:ꝙ ſonat lingua punica noua urbs. Tyrii:q ſequũti erãt heliſſam a Tyro urbe phœniciæ. QVO quẽq; agit error:quo unũquẽq; fuga duxit. VT olĩ:aliqñ. VAGantᷣ:uagãtes errãt. DVBiæ amiſſo rege cũ regẽ amiſerint:dubiæ tũc ſũt apes quẽ potiſſimũ ſequãtᷣ regẽ.Ply.iq̃t.Apes rẽp.& cõſilia priuati:& duces gregati.& qđ maxie mirũ ẽ mores hẽre ſemp ꝙ duce ꝓhenſo totũ agmẽ teneri Amiſſo delabri migrareq; ad alios.Eſſe utiq; ſine rege nõ poſſe. TERtia nudatas tertio anno poſt morte eliſſæ:& occupatã ab Hiarba carthaginẽ:pulſa ẽ & Anna.q̃ lachrymãs iuſta ſorori ſoluit:ſolutoq; ſupremo munere fugit. TERtia area:in qua terãtur fruges. ACCeperat meſſes nudatas:frumẽta e paleis excuſſa:& ita nudatas:qa frumẽta ipſa nudata ter in area. ET tertia muſta ierãt In nouos cados:hoc inquit ꝓterierat.iã tertia meſſis:& tertia uindemia.Et ex his tertiũ ãnũ indicat. ANNA pellitᷣ domo.Carthagine. ET lachrymãs relinq̃t mœnia ſororia:urbẽ a ſorore cõditã. DAT ante iuſta.ſuæ germanæ:facit exeqas:ſorori ſic iuſta ſoluit. FAVillæ molles bibũt unguẽta mixta lachrymis:ſpargit unguẽto cineres lachrymas imiſcẽs. Ideo molles fauillas dixit: qa unguẽto & lachrymis miſcebãtur:aut fundebãtᷣ:uel molles qa dulces ſorori. ET accipiũt.ipſæ fauillæ. COMAs libata:excerptos crines. VERtice:e capite ãnæ. TER dixit uale: ſicut moris eſt extremo loco dicere. TER preſſit cineres.ter cõplexus ẽ urnã ubi erãt cõditi. RELatos ad ora:qa ter oſculatus eſt. ET ſoror.Dido. EST uiſa ſubeſſe.qa uiſa ẽ.Annæ Dido ſentire piũ officiũ:& ſubeſſe. NACTA ratem.ubi nauem repperit. ET Comites fugæ:qui eam in fuga ſequerẽtur. LABitur equo pede:nõ hoc referendum ad pedes eius:quia non dicitur proprie labi pedibus.ſed incedere. SED Referas ad nauem annam ferentem quæ pedibus caret & æque omnis mouetur:& proprie labitur.Aut equo pede pro equatis omnium pedibus remigium in uerrendo mari:aut in trahenda podia:ſeu erigendis malis nauium. Vnde Virgilius in quinto æneidos.Vna omnes facere pedem. SIC LABITVR.anna ſua naui. EQVO PEde.equatis omnium nautarum pedibus. RESPIciens mœniam carthaginis ſcilicet. DVLCE.etiam eo tempore illi. OPVS SORoris.quod dido ſoror extruxit. FERtilis eſt melite.fugiens anna melitem uenit ſuſceptaq; hoſpitio a Batto rege. Qui audita & morte heliſſæ.& ipſius annæ calamitate.commiſeratus. omnia ei obtulit.ſed ſeruare non po-

ANT.
FAN.
Hiarbas
Numidæ
pes
Melita
Melitæi
Coſura
Batus
rex
PAV.
MAR.

tuit:Pygmalione ſororem inſequête. MELite ẽ iſula fertilis:hæc iſula eſt in lybico mari:iter Siciliã & aphricam diſtãs a pachino ſiciliæ.lx.milia paſſuũ:quo ſpacio nos ipſi in eã iſulã traiecimus:nec eo anno q fuit.M.cccc.lxviii. a natali dominico erat fertilis pp ſiccitaté.Quatriẽnio.n.itegro aqs pluuiis caruerat:fertile tñ ſolũ hẽt cũ aquaẽ Ex ea portabãtur Catelli:quos meliteos uocabãt.Cuius rei meminit Strabo lib.vi. VICIna coſyræ ſterili:cuꝫ fertilis ſit melite coſyra ſterilis eſt.Inſula quidẽ ẽ in eodẽ mari:quæ & olim:& nũc Gozus diciẽ.Regnabat i me lite Battus.quẽ uolũt aliqui eundẽ eſſe:qui & cyrenas in aphryca cõdiderit.Cyrni regis Therrannis inſulæ filiuꝫ cuius meminit Trogus. QVAM:inſulã. VERberat unda freti Lybici:cum in mari lybico ſit:libycis pulſa tus fluctibus. HANC:inſulam. PETit:anna. CONfiſa uetuſto hoſpitio regis:fiduciã habens in antigno ho ſpitio Batti:& fuerant aliguando hoſpitia inter eos mutua:& alter alteri auxilio fuerat.

Hoſpes opum díues rex íbí battus erat:
Quí poſtq̃ dídícít caſus utríuſq; ſororís:
Hæc ínquít tellus quantulacũq; tua eſt:
Et tamẽ hoſpítíí ſeruaſſet ad ultíma munus:
Sed tímuít magnas pygmalíonís opes:
Sígna receſſebat bís ſol ſua, tertíus íbat
Annus, & exílío terra paranda noua eſt:
Frater, adeſt belloq; petít, rex arma peroſus
Nos ſumus ímbelles tu fuge ſoſpes aít:
Iuſſa facít:uentoq; ratem cõmíttít & undís:
Aſperíor quouís æquore frater erat:
Eſt prope píſcoſos lapídoſí crathídís amnes:
Paruus ager:Cameren íncola turba uocat:
Illuc curſus erat:nec longíus affuít índe:
Quam quãtũ nouíes míttere funda põt:
Vela cadunt prío, & dubía lıbrãtur ab aura:
Fundíte remígío nauíta díxít aquas:
Dumq; parant torto ſubducere carbaſa líno:
Percutítur rapído puppís adunca noto:
Inq; patẽs æquor fruſtra pugnãte magíſtro:

ANT. FAN. ¶REX ibi battus erat:De hoc Syllius: Battus cyreneꝫ molli tum forte fouebat impio mitit batt⁹ lachrymaſq; dediſſe caſibus humanis facilis.Idẽ poeta uult annam a batto nõ in melita ſed in oppido Cyrene exceptã fuiſſe Lege principiũ.viii.libri punicoꝝ.Iuſtinus cyrenẽ a Bat to cõditã tradit eũq; ſic dictũ pp linguæ obligationem. SED timuit magnas Pygmaleonis opes q annæ imi nebat exitio.ut Ferre p equor exitiũ miſeræ iã pygma liona docebat.Hic Annæ & Didus frater fuit. NOS ſu mus imbellæs:qui te armis tueri aduerſus fratrẽ nõ poſ ſumus. Crathidis:crathis fluuius eſt Galabriæ: de quo ipſe alibi: Crathis & hinc ſybaris nr̃is cõterminus oris Electro ſimiles faciũt auroq; capillos. CAmeren incola turba uocat.i.quẽ.Eſt aũt Camerẽ agri ꝓpriũ nomẽ ad hoſtia Crathidis.Quidam cremerem legunt. TOR to lino:funibus quibus uela deducuntur:his laxatis his ad ductis ut hodie uidere licet.

PAV. MAR. ¶REX ibi hoſpes:qui eã ſuſcepit hoſpitio. ERAT bat tus diues opũ:opibus abũdãs. QVI rex poſtq̃ didicit: audiit ab ipſa anna. CASus utriuſq; ſororis: & heliſſæ miſerabilẽ exitũ:& Annæ calamitatem. INQuit hæc tellus:melitea. QVANtulacũq; tua eſt:licet tenuæ ſit regnũ:põt tuo arbitrio uti. SED tñ ſeruaſſet ad ultima uſq; ad finẽ. MVNus hoſpitii:qđ illi obtulerat. SED timuit magnas opes Pygmaleõis: timuit igẽtes pygma lionis uires.Qui iã ſororẽ annã inſequebaẽ. SIGna re cẽſebat.Iam fluxerant duo anni:ex quo e carthagine fu git:ueneratq; tertius:cũ iſequẽte pygmalione magna claſ ſe:rex illam a ſe dimiſit.Rurſuſq; illa miſerrima ſe fugæ credidit. SOL recẽſebat:remunerabat. BIS ſua ſigna xii.illa:q̃ ſunt in zodiaco:per quæ it & redit annũ cõficiẽs.cõfecerat iã bis illud ſpatiũ. TERtius ãnus ibat & no ua terra ẽ parãda exilio:cogiẽ illa:noua loca q̃rere ad exulãdũ. ADEſt frater:Pygmalion:q eã iſequebanẽ. DE pygmalione latius in prio æneidos refereẽ.nõ inſiſtimus in eo. ET Petit annã. Bello:illaturus.bellũ apud quẽ cũq; fuiſſet. REX:bathus. Peroſus bella:odio habẽs bella. AIT nos ſumus ibelles:nõ apti ad bellũ. TV Fu ge ſoſpes:fuge nũc incolumis:antequã maiorẽ facias iacturã. IVSSa anna. FVgit & cõmittit ratem uẽto & un dis:hoc eſt mari uẽtis agitato. FRAter pygmaleon. ERAT illi aſperior quouis æquore aſpera:& turbita erãt illa maria. Sed oĩ aſpior ac truculẽtior mari erat frater.Eſt ꝓpe:uertit ãna fugiẽs prorã in calabriã:cũ eẽnt ꝓpe Cratiſluuiũ:depoſitis uelis Nautæ rẽis iſurrexere:ut portui ſubirẽt:a tẽpeſtate reiecti ſũt. Eſt pu⁹ ager ꝓpe am nes cratidis ꝓpe cratĩ fluuiũ.LApidoſi:qa ex apẽninis labẽs p̃ ſaxa fluuii.Cratis fluui⁹ ẽ achiuoꝝ:herodoto teſte quo ut idẽ ait q i italia fluui⁹ ſic cognoĩatus ẽ nomẽ accepit.Eſtq; fluuius calabriæ iu ora reginoꝝ. De quo i mee. Cratis & hinc Sybaris nr̃is cõterminus oris Electro ſimiles faciũt auroq; capillos & Ply.in eodẽ quoq; ponit cra tim. ACCola turba.q̃ incolit ripas cratidis. VOCat ip̃m agrum. CAMeren.nã ꝓpe cratim pau⁹ erat ager ca mere appellatus:quo prorã anna uerterat:Nec accipias ꝓ camerina ſicula.nẽ lõge diſtat.Eſt.n.camarina iter pa chinũ & lybeũ in ſicilia. ILLVC erat curſus:.ibi curſũ direxerãt nautæ.Nec lõgius abfuit:anna non magis diſta bat. INDE ab eo agro. QVAm quãtũ põt mittere funda nouies poſſet qs ſaxũ eiaculari funda. VEla cadũt ut mox ẽ nautaꝝ.cũ ꝓpe portũ ſũt. VELA deponũt:& remis icũbũt. DIXit nauita: un⁹ e nautis aut ipſe na uis rector. FINdite aq̃s remigio.iã remis fluctus uertite:& in portũ tendite. CVMq; parãt:inituri portũ a uẽ to repelluneẽ.notus.n.eos magno impetu adorſus p mediũ fretũ anguſtũ in patentius æquor impulit.cũ nimiuꝫ inualeſceret tẽpeſtas. MAre ip̃m a ꝓfunditate uerſum in miſerã cimbã ſæuiebat. DVM nautæ parãt ſubdu cere:remouere ex antemnis. CARbaſa:uela. TORto lino:aut pro torti lini:nã linea uela aut torto uoluto.Nã inuoluũtur uela cũ reponũtur. AVT torto lino.rotatis ſeu obuerſis antẽnis:ubi linea uelãt erãt:quo facilius de ponerẽt. PVPpis adũca curua:percutiẽ radio noto celeri & furioſo meridionales uenti turbine:uerũ ſi nũc no tũ acciperemus nũc qui flat e medio ſpatio inter auſtrum & eurum:quẽ nautæ Syrocchon uocãt:recte dictũ eẽt:

nam plurimus inflat in illius freti fauces:ergo ratem ipſam per medium fretum in patentiores aquarum cãpos ille turbo tranſtulit. FERtur:ratis. IN Equor patens:in apertum & ſpacioſum mare. FR Vſtra pugnante:in caſſum reluctante & retinente. MAGiſtro:gubernatore nauis.

Fertur/ & ex oculis uiſa refugit humus:
Aſſiliũt fluctus/imoq; a gurgite põtus
Vertitur/ & canas alueus haurit aquas:
Vincit̃ ars uẽto/nec iã moderator habenis
Vtitur/ac uotis/is quoq; poſcit opem:
Iactatur tumidas exul phœniſſa per undas:
Humidaq; appoſita lumina ueſte tegit:
Tũc primũ dido fœlix eſt dicta ſorori:
Et quæcũq; aliquã corpore preſſit humũ:
Ducitur ad laurẽs ĩgẽti flamine littus
Pupis/ & expoſitis omnibus hauſta perit:
Iam pius æneas regno/nataq; latini
Auctus erat/populos miſcueratque duos:
Littore dotali ſolo comitatus achate
Secretum nudo dum pede carpit iter:
Aſpicit errantem nec credere ſuſtinet annam
Eſſe:quid in latios illa ueniret agros:
Dum ſecum æneas:anna ẽ exclamat achates
Ad nomẽ uultus ſuſtulit illa ſuos:
Heu fugiat/ qd agat/quos terræ q̃rat hiatus
Ante oculos miſeræ fata ſororis erãt:
Senſit & alloquitur trepidã cythereius heros
Flet tamẽ admonitu mortis eliſſa tuæ:
Anna p hãc iuro quã quõdã audire ſolebas
Tellurem/fato proſperiore dari:
Perq; deos comites hac nuper ſede locatos
Sæpe meas illos increpuiſſe moras:
Nec timui de morte tamẽ/ metus abfuit iſte
Hei mihi credibili fortior illa fuit:
Ne refer/aſpexi non illo corpore digna:
Vulnera tartareas auſus adire domos:

¶VISA refugit humus:dum nauis a uento repelleret̃ in mare terra refugere uiſa eſt.HABenis per Metaphoram ſiue tranſlationem temonem accipimus. PHœniſſa:anna a phœnicia quæ regio a phœnice nomen accepis. TVNC primum dico phœlix eſt dicta ſorori:Sic æneas apud Virg.O terq; quaterq; beati quis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis contigit oppetere. EXPoſitis omnibus hauſta perit:periit quidẽ nauis ſed anna & cæteri qui in ea fuerunt incolumes terræ redditi ſunt. POPulos miſcueratq; duos:ſcribit Strabo æneã una cum anchiſæ patre & Aſcanio filio:qui & Iulius & Euryleon dictus eſt teſte Dionyſio laurentũ applicuiſſe. ac non longe ab oſtia oppidulum ædificaſſe.Deinde uero aduẽtantem Latinum regem aborigenum qui tunc loca ubi nunc Roma eſt incolebant cum ænea ſocietatẽ iniſſe aduerſus finitimos Rutulos:ac Latinum in pugna cecidiſſe:& uictorẽ æneã adeptum imperium ſuos etiã latinos appellaſſe.Licet enim uicti uictorum nomina accipiant æneas tamen ut fauorem latii ſibi conciliaret Latinum nomen non ſolum uictis non ſuſtulit ſed etiam romanis impoſuit. DOTAli:quia a latino rege regnum acceperat æneas dotem Lauiniæ. DVM SEcum æneas deeſt dicit uel cogitat quid illa ueniret in latium. QTOS terræ queras hiatus:ne uideat æneã cuius cauſa perierat ſoror. ANNa per hanc iuro:æneas ſui diſceſſus cauſam in deos reiicit ut excuſet ſe apud annam. PER q; deos comites: per deos penates quos æneas lauinii collocauit. CREdibili fortior illa fuit:fortior q̃ credi potuit quæ ſeipſã interfecit. Vnde dido uocata eſt q nomen phœnicum lingua uiraginem ſignificat. NE REfer:quoniam anna uidebatur æneæ relatura didus ſororis interitum. ANT. FAN. Dido uiragine ſignificat

¶ET Humus uiſa:quam prius uiderant. REFugit ex oculis:qui iam lõgius eos impulerat uentus. FLVctus aſſiliũt:unde attolluntur magno turbine. PONtus uertitur eruitur. IMO gurgite.quaſi ab imo fundo. ET alueus:curua nauis ad aluei ſimilitudinem. HAVrit canas aquas haurit undas quæ tum maxime caneſcunt:cuã uentis aguntur.Vincitur ars:iam nihil poterat rebus cõſulere rector nauis ſna arte:uertit ſe in tanto periculo ad ſſota.Agitur per tumidos fluctus infœlix anna.tegebat q; oculos ne irruentes undas inſpiceret. ARS nautica VINcitur uento uentorum impetu.NEC iam moderator:rector nauis. VTItur habenis:per tranſlationẽ ab equis:qui habenis reguntur.Ille iam temone non regit ratem ATVotis utebat̃ HIS quoq;:uotis. POſcit opem:a diis ipſis. Phœniſſa exul.Anna a phœnicia ſic & Vir.Hũc phœniſſa tenet dido:ſicut dicimus Creſſam:threiſam:uel treiſſam:cilyſſam:ſic & phœniſſam. IACtatur.ut illud terris iactatus & alto. PER undas tumidas:per mare & tumidum:& turbulentum. TEGit lumina oculos. VESTE humida:aquis reſperſa. OPPOſita:ipſis oculis ne uideret periculum. TVM primũ:fœlicẽ ſororẽ extinctã.& quæcũq; e uita migraſſet appellabat:p̃ſertim q̃bus tu tellure ſolida mori cõtigiſſet:quoniã fluctibus nõ iactarẽtur. Demũ appulere laurẽti:litori ubi periit nauis.Expoſitis tñ his qui in ea erant ſoſpitibus in terrã TVM primũ dido eſt dicta fœlix ſorori.appellauerat prius ĩfœlicẽ:q ſibi mortẽ cõſciuerat.ſed tũ primũ fœlicẽ dixit.q̃m e uita migrauerat. IAM pius æneas:eo tpe quo anna illuc appellabat æneas in latio regnabat.Venerat.n.ad ſedes fatales ubi urbẽ cõdidit.q̃ a latini regis filia lauinia quã inito cũ rege fœdere in uxorẽ accipit lauiniã appellauit.Populũq; ſuũ latinũ appellari uoluit.Prio tñ anno ſolis troianis impauit. Deide extincto latino ſimul & hoſte turno ĩ eadẽ pugna accepit regnũ ſoceri ĩmiſcuitq; ſimul troianos & latinos. & utriſq; imperauit Eo igitur tpe cũ per litus deambularet annam aſpexit. IAM pius æne.erat auctus re.auxerat imperium ſuum: nam peæter illud quod ipſe conſtituit ſoceri regnum erat aſſecutus.Et nata lauinia qua in coniugem acce

perat. ET Miſ.ſimul iunxerat. DVOS populos latinum & troianum. DVM ipſe comitatus ſolo achate:ut Virg.Imitet̃ uno comitatus achate:qui perpetuus comes illi datur. Verũ achate Home.meminit. Sed ab aliquibus ab achaos quod eſt cura & moleſtia:& deductum nomẽ putat̃:tñ æneæ perpetuo adiungitur:ac ſi curam regiam ſignificaret:q̃ cura regũ ſemper ſit cõmunis. Achates etiã præcioſi lapidis nomen eſt. Solino & Ply.teſtibus:quem lapidem ſicilia in ripis achatis fluminis primum dedit:ſed poſtea alibi quoq; compertus.nam & pyrrum regem hunc in anulo habuiſſe dicunt. Detinentes nouem muſarum effigies non artificioſas.ſed naturales & apollinem ipſum cum lyra.ita diſcurrentibus maculis auto.Ply.ut muſis quoq; ſingulis ſua redderétur inſiguia.

DVM igitur æneas comitatus ſolo achate carpit iter ſecretum quaſi dum incedit remotis aliis omnibus. NVDO pe.& quod pedes:& quod nudis pedibus incedebat. LIT ore do.quod illi pro dote lauiniæ contigerat. ASPicit annam er.quæ per litus errabat. NEC cre.lu.non poteſt credere eam eſſe. Quid illa ueniret in latios:agros dicebat hunc ſecum ad quid illa nunc in latium ueniret. DVM ſe:æne.ea uerba diceret. ACHAtes ex.an.eſt:agnouit & eam eſſe clamauit. ILLa:anna. SV Stulit ſu.uul.ad no.cum audiſſet nomen ſuum ab aliis proferri:eleuauit uultum & oculos ut intueretur. HEV fu.cum æneam agnouiſſet:quod facere debuiſſet fugere & quo. QVid ag.quos hiatus terræ quærat? quam uoraginem? quam dehiſcentem tellurem requirat? quo ſedeiiciat. FATa ſo.mors heliſſæ miſeræ. ERAnt an.oc.cum primum uidit æneam:uenit in mentem lachrymabile ſororis fatum quæ æneæ cauſa ſibi mortem conſciuerat. SENſit:æneas cognouit:& pudorem & dolorem ac metum illius. ET he.cy.æneas uir excellens cythereæ ueneris filius. Nam cytherea dicta eſt uenus a cythera urbe in quam concha delata eſt:ut Fe.inquit. ET al.tre.timentem annam. FLET tamen:æneas. O heliſſa:dido. Admonitu:recordatione. MORtis tuæ.nõ potuit continere lachrymas cum primnm recordatus ẽ acerbiſſimi caſus illius. ANNA per hanc:æneas uult depcari culpam ſui abſceſſus:quo illam ad necem impulit. Iurat ſe fuiſſe a diis coactum qui moras in carthagine increpabant:nec potuiſſe ſibi perſuadere futurum ut illa ſe extingueret.referri uulnera non cupit quoniam apud inferos uidit:offert deinde ipſi annæ emeritæ omnia quæ in regno latino ſunt. Anna iuro per hanc tellurem:per terram italicam. QVAM:tu. QVOndã:cum carthagine eſſem. SOlebas au.a nobis.ſ. DARi mihi fa.proſpe.fœlitiore. IVRo per deos co.per ueſtam & deos penates:quos mecum e troia tuli. LOCatos nuper:paulo ante collocatos. HAC ſe.lauinii & recte locatos dixit:quia per longa tempora alio transferri:aut locari non ſunt paſſi. Nam cum aſcanius albam condidiſſet:tranſtuliſſetq; illuc deos:noctu redire lauinium. IVRO igitur per deos. Illos deos. SEPE incre.mo. obiurgaſſe & accuſaſſe nimie tarditatis. Sic excuſans ſe de fuga culpam in deos refert. NEC ti.de mo.non timuit tantũ illi mali quod ſe ipſam trucidaret. ISTE me mortis.ſ. ABFVit a me quia id de illa non metuebam. HEI mi.cũ miſeratione dictum: ILLA iu.for.cre.hoc eſt maioris animi q̃ credi potuiſſe:cum morte ſibi conſciuerit. NE REfer.non referas aliquid de eius morte:quoniam mihi omnia nota: Nam ſi illa referret:dolorem & lachrymas refricaret. ASPexi uui.non di.il.cor.quæ corpus illud pulcherrimum non merebatur. AVSus adire domos tartareas:aſpexi inquam ego qui auſus ſum ad inferos deſcendere. De quo in ſexto æneidorum in eo loco. Quas inter phœniſſa recens a uulnere dido. Errabat ſilua in magna:quam troius heros. Vt primum iuxta ſtetit:agnouitq; per umbram obſcuram:& reliqua. At tu.anna.

ANT. FAN. SEV rõ te.no.ap.o.ſi.de.ſiue conſulto huc ueneris ſiue te aliquit numen impulerit. CREdidit:uel ſe commiſit ſi accuſatiuum ſubaudias uel fidem adhibuit. PIA cauſa:ne lauiniã adductam pellicem ſuſpicetur. NAM habet exa.quid agat.nondum exquiſitũ habet qua pœna annã afficiat:ſed tãto eã odio proſequitur ut mori cupiat dum perdat q̃ pellicem putat.

PAV. MAR. SBV ratio.ap.te no.oris.ſiue aliqua ratione factum. quod conſulte:& induſtria ad nos ueneris. SIVE deus ſiue aliquid numẽ ut caſus te huc egerit. CARpe con.re.mei.quaſi fuere cõmodis omnibus mei regni: & omnia carpe q̃ ad commodum:& uſum tuum fluit. NOS me.oſtendit gratitudinem animi. Nam memor eſt accepti beneficii. DEBemus mul.ti.cum fueris de nobis benemerita. NIL non de.he.tibi multa Sed heliſſæ debemus omnia. Etenim cum ita loquimur non nihil aliud ſignificat. Cũ uero poſtponimus non ſignificat omne magis.n.poſt poſitũ nõ ſignificare facit.quã ante poſitum ideo hic nil nõ debemus.i. omnia debemus. ER is gra.no.tuo:qa tibi multum debeo. ERIS gra.no.ſo.ho eſt heliſſæ cui omnia debeo. TAlia di cre.anna cõmiſit ſe æneæ:qui ita oĩa offerebat. Et expo.ſu.er. quem admodum e carthagine pulſa mari iactata tandem illuc appullerit. Neq;.n.reſtat alte.ſpes.nihil aliud uſq̃ erat:unde opem ſperare poſſit:neq; alterum erat conſilium:niſi ut æneæ ſe crederet ſibi munifice regnum offerenti.

At tu ſeu ratio te noſtris appulit oris
  Siue deus,regni commoda carpe mei:
Multa tibi memores/nil nõ debemus eliſſę
  Nomine grata tuo grata ſororis eris:
Talia dicẽti(neq; enim ſpes altera reſtat).
  Credidit:errores expoſuitq; ſuos:
Vtq; domũ intrauit tyrios induta paratus
  Incipit æneas cætera turba ſilet:
Hãc tibi cur tradã pia cauſa lauinia cõiunx
  Eſt mihi:cõſumpſi naufragus huius opes
Orta tyro ẽ,regnumq; libica poſſedit ĩ ora
  Quã p̃cor ut charæ more ſororis ames
Omnia pmittit,falſumq; lauinia uulnus
  Mẽte p̃mit tacita:diſſimulatq; metus
Donaq; cũ uideat p̃ter ſua lumina ferri
  Multa:tñ mitti clam quoq; multa putat:
Nõ habet exactũ quid agat furialiter odit
  Et parat inſidias & cupit ulta mori:
Nox erat,ante thorũ uiſa eſt aſtare ſororis

VTq; do. ubi æneæ domum ingreſſa eſt. eam ille coniugi commēdauit: dicebatq; ſe ex officio facere: nā bona illius abſumpſerat. equum eſt ut aliquā uicē referat. VT: poſtq̄. ANNA indu. ty. da. ueſtes & ornatus phœniſſos. Nam tyros in phœnicia eſt: ut alias diximus. INTrauit do. regiam æneæ. INCipit æn. cæpit loqui. CAEtera tur. ſilet: & recte loquente enim rege tacent alii. O lauinia cō cā pi. honeſta & officioſa. EST mi. cur. tra. ti. hanc: cur annam tibi & tuæ fidei commēdē. Vtitur officio cōmeodationis. nā arguit ab equitate rei: & exponit meritum & dignitatē. nā poſſediſſe regnū dicit: ut plura ſint quibus uideatur id iure facere. EGO nau. cum naufragium feciſſem in mari lybico. CONſumpſi opes huius: quia diu fuerat carthagine cum omni claſſe: & illam ibi refecerat opibus ipſius: & ſororis. Et dido apud Virgilium eiectum littore egentem Excepi & regni demēs in parte locaui. ORTA: nata. Tyro. eſt. POSſedit re. in ora ly. tyria eſt genere. Sed regnum habuit in aphrycæ ora. Quam ames præcor more caræ ſororis: proſequaris eam amore: & beniuolētia: ac ſi eſſet ſoror. OMnia annuit ille ſe oia facturā cōprimit tñ dolorē. TIMebat. n. nec eēt ea pro pellice adducta. LAVinia pro omnia quæ. ſ. æneas iuſſerat. PRAEmit. cōprimit. MENte ta. ſecreta. VVLnus fal. dolorem intimū: iniuſtū. Nō enī iuſte dolebat. Sic falſum uulnus: quia nō uera: ſed falſa cauſa. ET diſ. me. occultat: & nō palam oſtendit ut eſt illud. Spē uultu ſimulat: p̄mit altū corde dolorē. DOnaq; cū: lauinia cū uideret aperte ab ænea aū annā mitti munera. Exiſtimabat lōge plura mitti occulte. Cōcepit igitur in illā maximū odiū & inſidias quoq; parauit. CVm uideat palā: aperti: FERri ad annā. MVLta dona: ab ænea miſſa. PRAEter ſua lu. iuxta ſuos oculos: ut apud Vir. p̄ter uada feruida uexit. PVTat. exiſtimat. CLAm. quoq; etiā occulte. MITti mul. dona. ſ. NON habet: lauini. ſ. adhuc. EXActū: diligēter exquiſitū. QVid agat: in hoſpitā. ODI fu. nō habet nūc quid aliud agat īſectatur magno odio. FVRialiter: uero īquit quia nō iuſto: ſed a furiis iniecto. ET pa. inſi. quibus hoſpitā perdat. ET Cu. mo. ul. cū pellicem illam exiſtimaret. ulciſci uolebat iniuriam: & ulta mortē nō curat. dum prius illā interimat. NOx erat: noctu per quietem: uiſa eſt admoneri a ſorore. ut fugeret & cum fores uento crepuiſſent putauit illa hoſtes adeſſe. Exiliit. & fuge ſeſe cōmiſit. ERAT nox ui. eſt: dido ſanguinolēta: lena ſanguine. nam ī entus noīa ſignificant plenitudinem: ut opulētus plenus opibus. Sī ſomnolētus plenus ſomno. COMa ſqa. fœdatis crinibus. ASTare ante tho. ſo. ante cubiculum ipſius annæ. DICere: eſt ēt ſic uiſa dicere. EFFVge: o ſoror accelera hanc fugam. NE du. quaſi nihil uerearis. FVGe te. mœ. mœſtitiam allaturum. SVB uer. quaſi in fine uerborū illi⁹. AVRA. uentus iuppiter cōmouit. FORes qrulas ſtridulas. nā fores cubiculi crepuere: putauit hoſtes adeſſe. EXIliit: e ſtrato. ſ. ET VE au. quæ pauore nō retardaret. ILLinc: de ipſo cubiculo. IACIT deiicit ſe. SVPer fe. hoc eſt de feneſtra: ut eſt illud Virg. Multa ſuper priamo rogitās ſuper hectore multa: hoc eſt de priamo & de hectore. ILLE timor quem conceperat ex crepitu ianuarum. fecerat audacem ad fugā. ſ. ET rapit̄ cū metu: timebat qdē illa: & cū eo timore rapit̄: quaſi raptim fuga p̄cipitat̄. VElata: cohoperta.

Squalenti dido ſanguinolēta coma:
Effuge ne dubita mœſtū ſoror effuge tectū
Sub uerbū querulas impulit aura fores:
Exilit, & uelox illuc ſuper auſa feneſtra
Se iacit, audacem fecerat ille timor
Cumq; metu rapit̄, tunica, uelata recincta
Currit, ut: auditis territa dāma lupis
Corniger hāc tūidis rapuiſſe numici⁹ undis
Creditur, & ſtagnis occuluiſſe ſuis:
Sydonis interea magno clamore per agros
Quæritur, apparent ſigna notæq; pedum:
Vētū erat ad ripas, inerant ueſtigia ripis
Suſtinuit tacitas cōſcius amnis aquas:
Ipſa loq uiſa ē, placidi ſum nympha numici
Amne perenne latens, anna perēna uocor:
Protinus erratis læti ueſcunt̄ in agris
Et celebrant largo ſeq; diemq; mero:
Sūt qbus hæc luna ē, qa mēſibus ipleat ānū

TVNIca uelata recincta: qd̄ anguſtia tpis nō uidebat̄ pati ut tunicam cingeret. CORniger hanc tumidis rapuiſſe numicius undis credit̄ fluui⁹ celeber morte eneæ ut Littus adit laurens ubi tectus arundine ſerbit in freta flumineis uicina numicius undis hūc iubet æneæ quæcūq; obnoxia morti abluere. SVStinuit aquas. ut annæ uerba exaudiri poſſent ſuſtinuit aquas & tacitas reddidit. AMne perenne latēs: anna (ut diximus) a p̄petuitate perenna dicta exiſtimat̄ nō pro perenne. i. p̄petuo in numicio lateat. LAEti ueſcūtur in agris: læti qd̄ adepti eēnt quaſi peculiarē deam cœperunt ueſci epulis & genio idulgere: qd̄ romāi poſtea imitati ſunt. QVia menſibus impleat annum: ſunt qui annā cui in annum ius eē uidetur lunam exiſtimant cuius menſes colligūtur quibus annus impletur.

ANT.
FAN.

Numicius

Perennā anna a perpetuitate dicta

TVNica recincta. incincta tunica ueſtis lōga ſine manicis. CVRrit. fugiens e lauinio. VT dāma territa: q̄ territa eſt. AVDitis lupis. cū audierit luporum ululatus: aut ſtrepitū inſequentiū dānæ ex generibus caprarum ſunt: ſed ſilueſtres. ut Ply. inquit. Subdit: Dāmæ ınā ſueſcunt raro cū feræ dici non iure poſſunt. Cōplura nāq; ſunt nec plēcita: nec fera: ſed media inter utrūq;: ut in uolucribus hyrūdines. & reliqua. COR niger: fugientē Annā numicius amnis rapuit. Factaq; eſt nympha. Numicius flu. qui labitur ex aricina ſilua per laurentē agrū ubi ſubmerſum æneā dicunt. COR niger: omnes enī amnes cornua habere dicontur. ET Virg. Cornigerum tybrim uocat heſperidum aquaꝝ regnatorem. CREditur rapuiſſe hanc annam. AQVis tumidis: nam tunc erat auctus hymbribus: ideo tumidis cum paruus ſit flu. ET occuluiſſe. occultaſſe. STAgnis ſuis. aquis tūc ſtagnātibus. Sydonis: cū fugiſſe annam conſtaret: miſſi ſunt qui eam inquirerent: inuenire ueſtigia: non tamē illā. SYDOnis: anna a ſydone urbe phœniciæ. QVAEritur interea dum illa eēt in amne. PER agros: latinos.

PAV.
MAR.

MAGno clamore:clamabant annam:ut illa audiret. APPArent ſigna & notæ pedum:hoc eſt ipſa ueſtigia: VENtum erat.qui inquirebant. VENere ad ripas amnis.Numicius undarum fluentium ſonitus compeſcuit annaq; loqui cœpit dicens ſe in nympham eẽ demutatam:uocariq; Anna perennam illi qui uocem exaudiuere: celebrauere diem mœro. INDe mos originem cœpit. ERAT uentum:iam uenerant:qui quærebant. AD ripas:numicii. INErant ueſtigia ripis:erant notæ pedum in ripa fluminea. AMNis conſcius:numicius.qui eam rapuerat. SVStinuit aquas tacitas:ne fluentes immurmurarent:quo uox Annæ loquuntur audiri poſſet undis tacentibus. IPSA:Anna iam nympha uiſa eſt loqui.& ita dicere. SVM:ego. NYMpha:dea. PLAcidi numici:quaſi nolite me ulterius quærere.nam in nympham huius amnis conuerſa ſum. LATens:ego. AMne pereune:perpetuo delitens in hoc flu. VOCor anna perenna:a perenni aquarum lapſu.Sic annorum dea a perenni temporum fluxu PROtinus ueſcuntur:qui eam quæſierant:audita uoce læti. VEScunt in agris erratis: p quos errauerant eam quærentes.Et celebrant ſe & diem largo mœro:reddunt ſe celebres ebrietate:celebrem diem:quia lætum:& pompa frequentem. SVNT quibus:hactenus de Anna ſydonia:nunc alias opiniões refert: alios ſcilicet putaſſe Annam perennam eſſe lunam ea ratione:cum ipſa menſes efficiat:& ex menſibus annus cõſtet.uidetur & ipſam anno uuoq; dominari:ſic. ET annam perennam uocari.Alii dixere Themin:quæ Diodo. teſte cœli & terræ filia:diuinandi artem:& ſacra cultuſq; deorum introduxiſſe dicitur. Et Apollo quidem traditur:cum eſſet reſponſa daturus Themim conſulere ſolitum tanq̃ diuinandi artis inuentricẽ: hæc ille: cumq; illa ſacra & cultus deorum introduxiſſet:aſſignatur illi annorum ratio:q ea ad anni eationem digeſſiſſet.Sic & anna perenna uocatur.Multi Iſim uetuſtiſſimam ægiptiorum deam putauerunt:q ea quæ leges ægyptiis dederat.annum quoq; ciuilem illis conſtituit.Sic & anna dicta.Sunt igitur aliqui QVIbus hæc.Anna perenna eſt luna: aliqui qui lunam eſſe putant. QVIA impleat:perficiat annum menſibus. PARS putat Themin:quæ in parnaſo oracula reddebat.De quo Lucanus cum regna themis tripodaſq; teneret.

Pars themin inachiã pars putat eẽ bouẽ:
Inuenies qui te nymphen atlantida dicant:
Teq; ioui primos anna dediſſe cibos:
Hæc quoq; quã referã nr̃as puenit ad aures:
Fama:nec a ueri diſſidet illa fide:
Plæbs uetus & nullis ẽt tunc tuta tribunis
Fugit.& in ſacri uertice montis erat:
Iam quoq; quẽ ſecũ tulerãt defecerat illis
Victus & humanis uſibus apta ceres:
Orta ſuburbanis quædã fuit anna bouillis:
Pauper ſed multæ ſedulitatis anus:
Illa leui mitra canos incincta capillos:

¶PARS themin:Themin deam putabant(autore Feſto)quæ præciperet hominibus id petere quod fas eſſet
ANT. FAN. themis
eamq; id eſſe exiſtimabant quod fas eſt.Eam cœli & terræ filiam dicunt teſte Diodoro:quam uoluntnon ſoluʒ diuinandi artẽ inueniſſe ſed ſacra & deoruʒ cultus: quos uidemus per annum fuiſſe digeſtos. INAchiam pars Putat eẽ bouẽ:Iſidem quæ Io fuit Iuachi filia & Romæ culta eſt:ut Nos romana tuam in templo accœpimus iſim. NYMphen atlantida:unam e filiabus atlãtis quã uolunt iouis fuiſſe nutricẽ montis: IN Sacri uertice mõtis erat:ſacer mons(autore Feſto)trans anienem fluuiũ
Sacer mons
ultra tertiũ miliariũ appellatur quia ioui fuerat cõſecratus.In eum ſeceſſiſſe plæbem Liuius ſcribit libro ſecũdo primæ decadis ſicinio quodam autore cũ a patribus diſſideret:cuius animis delinitis oratione. Menenii agrippe regreſſus in urbem omnibus tribuni plebis creati ſũt
Victus
Nota eſt hiſtoria. Defecerat illis uictus: uictus nomen
Bouillæ,
aliud quoq; ſignificat q̃ quæ nobis æſui ſunt. Hic per uictum panem accipimus. Vnde autor ſubiũgit. Et humanis uſibus apta ceres.Bis enim idem dicit more poetarum. ORTA ſuburbanis quædaʒ fuit anna bouillis:Bouillæ ſunt non longe ab urbe ac Lauinio in agro Labicano inter Ariciam uidelicet & Romam.Aſconius poſtera die occurrit ei circa horam nonã clodi⁹: paulo ultra bouillas rediens ab Aricia.Perſius.Accedo bouillaſcliuũq; ad uirbi.Hũc locũ ſuburbanũ eẽ ex Suetonio quoq; colligimus qui ait decuriones municipiorum & coloniaꝝ Auguſti corpus a Nola bouillas uſq; deportaſſe:a bouillis uero equeſtrẽ ordinẽ ſuſcepiſſe. urbiq; intuliſſe: q̃uis hic nõnulli campaniæ bouillas accipiunt quod nobis nõ placet. LEVI mitra canos incincta capillos: hoc geſta
Mitra
men lydorum fuit & phrigum quo & meretrices utebantur:ut ite quibus grata eſt picta lupa barbara mitra. & uiri molles ut mœnia mentum mitra crinemq; madentem ſubnixus Propriæ autem(ut inquit Seruius)eſt pilleus incuruus e quo pendebat buccarum tegmen.de quo Hero. Aſſirii capita crinita habentes mitris redimiũt.
PAV. MAR.
¶PARS putat eẽ bouem inachiam:hoc eſt Iſidem quæ prius Io dicebat Inachi regis argiuorum filiam. a quo & inachis flu quæ uiolata ab ioue mutata:deinde in uaccam:cũ diu erraſſet in ægiptũ. Tandem uenit ubi reſtituta illi priore forma Iſis appellata eſt:& Oſiridi iouis filio nupſit.Sed de Iſide & Oſiride aliter a Diodoro & Plutar.referuntur inuenies & alios.Qui dicant te nimphen atlãtida te pleiouem a lantis coniugem:nam cum νύμφη apud græcos ſponſa ſit:ſponſam atlantis intelligũt formato patronymico ab ipſo uiro aliqui intelligũt nympham atlantis filiam Maiam q id a Mercurio filio aſſecuta ſit:ut pro dea annorum coleretur.Et te anna dediſſe ioui primos cibos & inuenies o anna qui te nutricem iouis eſſe dicant.Nam cum primis annis iouem paueris. te annam perennam uocauere de nutricibus iouis dictum eſt ſuperius. HAEC quoq; refert & aliam opinionẽ quam ueriorem eẽ aſſerit. HAEC etiam. FAMA:ipſius rei quam referam:mox exponam. PERuenit ad noſtras aures.Nec diſſidet illa.A fide ueri non diſcrepat a fide.nam aliquid ueritatis habet.Plebs uetus.plebs cuʒ propter nexos ob æs alienum a patribus ſeceſſiſſet autore Sicinio in montem ſacrum qui ut Liui.& Dion. referunt non longe ab urbe eſt iuxta anienem flu.deficiente plebi uictu in eo mõte quædam anna e bouillis liba illi

ſubminiſtrabat.recōciliata poſtea ſenatui plebe oratione Menenii agrippæ:ſtatuam annæ erexere:& ex eo pro dea coli cœpta eſt. VETVS plebs:antiquus po.ro.Etiam tum tura nullis tribunis:ad ea uſq; tempora nondū creatis ex plebe tribunis ad eius defenſionem:nam tum primum creati ſunt. FVGit & erat in uertice montis ſacri quo ſeceſſerat ſacer mons:ut Pomp.inquit Trans anienem flu.ultra tertium miliarium appellatur:quia Ioui fuerat conſecratus:& tria milia paſſuum etiam Liui.diſtare oſtendit. IAM QVOq; uictus:res ad uictum facientes. Verum ut Vlpia.de uer.ſigni.ait Victus uerbo continentur.quæ eſui potui:cultuiq; corporis: quæq; ad uiuendum homini neceſſaria ſunt:ueſtem quoq; uictus habere uicem Labeo ait.Cæteraq; quibus iuuandi curā diq; corporis noſtri gratia utimur:ea appellatione ſignificātur.Inſtratum omne ueſtimentū continetur. Quod iniciatur labeo ait.Neq; enim dubiū eſt quin ſtrāgula ueſtis ſit omne pallium:periſtroma in uictum ergo ueſtē accipiemus. Sed poeta uictum poſuit pro rebus ad æſum pertinentibus. DEFEcerat illis.plebeis. QVEM ſecum tulerant:cum ex urbe ſeceſſerat & defecerat. CERES:panis cuius uſum Ceres tradit.. APTA uſibus humanis:quæ cōuenit uſui humanæ uitæ. FVIT quædam anna orta:nata.Bouillis ſuburbanis:quæ erant in ſuburbano. NAM duæ fuerunt bouillæ. ALTErum in latio oppidum prope lauinium:de quo hic agitur.Alterum in campaniam prope ſinueſſam. PAVPER:illa anna. *Sed* anus multe ſedulitatis: diligentiæ & īduſtriæ ILLA:anna bouilla: INCINCTA capillos canos.ſeniles. MITRA leui:innexos habebat illa crines mitra *ly*darum mulierum more.

Fingebat tremula ruſtica liba manu:  
Atq; ita per populum fumātia mane ſolebat  
Diuidere,hæc populo copia grata fuit:  
Pace domi facta ſignum poſuere perenne:  
Quod ſibi defectis illa ferebat opem:  
Nūc mihi cur cātēt ſupeſt obſcæna puellæ:  
Dicere,nam coeunt,certaq; proba canūt:  
Nuper erat dea facta,uenit gradiuus ad ānā  
Et cum ſeducta talia uerba refert:  
Mēſe meo coleris,iūxi mea tēpora tecum.  
Pēdet ab officio ſpes mihi magna tuo:  
Armiger armigeræ correptꝰ amore mineruæ  
Vror,& hoc longo tempore uulnus alo:  
Effice dii ſtudio ſimiles coeamus in unum:

¶FINGEBAT:formabat.ut figuli e ludo diuerſa fingentes.Significat & alia uerbum fingo.Sed effingere eſt ad alterius formam aliquid fingere unde effigies dictæ. PACE domi facta.Oratione Menenii agrippæ.Lege Liuium. NVNC mihi cur cantet ſupereſt obſcœna puellæ dicere:Canebantur a puellis iocoſa quædam & obſcena in feſto annæ quod hæc dea martem intentum rebꝰ Veneris eluſiſſet. PENdet ab officio ſpes mihi magna tuo:Artificioſum exordium.Oſtendit enim ſupra qualis in Annam fuerit ut beniuolam redderet.nunc cū ſuā ſpem ab ea pendere ſubiungit orare uidetur ſibi ut auxilio ſit & auget beniuolentiam. ANT. FAN. Effingere

¶FINGEbat:componebat. MANV tremula.ſenili trementi. LIBA ruſtica:qualia ruri fiunt. DE libo primo diximus. ATq; ita ſolebat diuidere:ea liba. PER populum:per plebem ipſam. FVMANtia mane.calida:& ob id fumantia: cum e furno eximeret. HAEC copia.abundantia librorum : licet exigua eſſe. FVIT grata populo:plebi.cui libis uictū ſuggerebat Pace domi facta:ubi recōciliata eſt plebs patribus per meneniū Agrippam:de quo Liuius ita inquit:Placuit igitur oratorem ad plebem mitti:Menenium Agrippam facundū uirum.Et quod inde oriundus erat plebi Carum.intromiſſus in caſtra:priſco illo dicēdi & horrido modo nihil aliud quā hoc narraſſet fertur tempore quo in homine:non ut nunc omnia in unum conſentiebant:ſed ſingulis membris ſuum cuiq; conſilium ſuus ſermo fuerat:indignatas reliquas partes ſua cura:ſuo labore: ac miniſterio uentri omnia quæri uentrem in medio quietum nihil aliud quam datis uoluptatibus frui conſpiraſſe ide ne manus ad os cibum ferrent:nec opus acciperet datum:nec dentes conficerent.Hac ira dum uentrem fame domare uellent.ipſa una membra:totumq; corpus ad extremam tabem ueniſſe. INDE apparuiſſe uentris quoq; ad ſegne miniſterim eſſe nec magis aliquam alere eum reddentem in omnes corporis partes. HVNC Quo uiuimus:uigemuſq; diuiſumq; pariter in uenas maturum:confecto cibo:ſanguinem comparando hinc:quam inteſtina corporis ſeditio ſimilis eēt ire plebis in partes flexiſſe mentes hominum. AGI deinde de concordia cœptum:conceſſumq; in conditiones ut plebis ſui magiſtratus eēnt ſacroſancti:quibus auxilii latio aduerſus conſules eēt. NEVE cui patrum capere eum magiſtratum liceret. ITA tribuni plebei creati duo.C. Licinius & L. Albinus. HI Tres collegas ſibi creauerunt. IN His Sicinium fuiſſe ſeditionis autorem. DE Duobus qui fuerunt.minus conuenit. SVNT qui duos in ſacro monte creatos tribunos eē dicant.Ibi ſacratam legem latam ꝑ ſeceſſionem plebis &c.Ergo ubi facta eſt pax.Poſuere ſignum annæ perennæ:erexit populus illi ſtatuā. QVod illa fiebat ſibi opem:ſuccumbebat libris in ea rerum penuria ipſis. DEFectis:cum iam defeciſſent cibi propter meritum illius populus gratus ſtatuam erexit. NVNC mihi:in his feſtis Annæ obſceni quidam luſus referebantur:cum uerbis quoq; obſcenis:eam poeta cauſam affert:ꝙ ubi anna relata eſt in deos Mars eius operam petiit ad Pallada conclinandam:cuius amore tenebatur:ꝙ illa ſe facturam promiſiſſet:retulit poſtea ſe illam tandē exoraſſe:& amatorem quodam ioco deluſit.de quo paulo poſt. NVNC ſuper eū.reſtat mihi dicere. cur puelle cantent obſcœna.turpia quod eo turpius.cum puellæ canerent. NAM coeunt.ſimul ipſæ puellæ. ET Canunt certa probra.uituperatione digna. NVPER:paulo ante.Erat facta dea.erat Anna relata in deos. GRAdiuus Mars de quo ſuperius. VENit ad annam. ET Facit talia uerba.ita loquitur.CVM ſeducta.cum anna ab illis ſemota. COLEris meo menſe.quia celebratur tuum menſe Martio. IVNxi mea tempora tecum. quaſi feci PAV. MAR.

menſem meum tibi eſſe commune iunxi enim tecum tempora ut tuæ feriæ ſint eo menſe qui mihi ſacratus: & artificioſe arguit ab hac coniunctione ut uideatur illa debere id agere ut illi opem præſtet iure neceſſitudinis. MAGNA ſpes mihi pendet ab officio tuo: quaſi plurimum ſpero in tua ſedulitate. EGO ARmiger: qui armis & belli præſum. VROR CORreptus amore mineruæ armigeræ: quaſi uehementer amo pallada: quæ bellis præeſt quemadmodum ego: ut in principio huius libri diximus ipſe uides manibus peragi fera bella mineruæ. Sic nunc armiferam mineruam uocat. ET in longo tempore alo uulnus. a Virgi. accepit uulnus alit uenis: & hoc ideo dictum: quod quanto magis in ea cura ſumus: magis augetur amor. EFFIce id: id effectũ reddas. VT dii ſimiles ſtudio: quaſi qui in eodem officio uerſemur. COEAmus in unum. coniugamur. CVM enim par ſit noſtrum numen: quia ego armifer illa armifera conueniens eſt: ut ſimul quoq; coniungamur. O COMis: o benigna anus. HAE PARTES: hæc officia: quaſi dare operam ut ſimul coeamus.

Conueniunt partes hæ, tibi comis anus:
Dixerat, illa deum promiſſo ludit inani.
Et ſtultam dubia ſpem trahit uſq; mora:
Sepius inſtanti mandata peregimus inquit:
Euicta eſt precibus uix dedit illa manus:
Credit amãs, thalamoſq; parat, deducit illũ
Anna tegens uultus, ut noua nupta ſuos:
Oſcula ſumpturus ſubito mars aſpicit annã
Nunc pudor eluſum, nunc ſubit ira deum:
Ludit amatorem charæ noua diua mineruæ
Ne res hac ueneri gratior ulla fuit:
Inde ioci ueteres, obſcenaq; uerba canentur
Et iuuat hanc magno uerba dediſſe deo:
¶ Præteritur9 erã gladios in principe fixos:
Cum ſica caſtis ueſta loquuta focis:

ANT. FAN. ¶ CONVEniunt partes hæ tibi: Tuum eſt talia tractare quæ anus es. STVLTAM ſpem: Quia non erat ſperandum fore ut pallas abiecta prudentia flecteretur ad Venerem. SAEpius inſtanti: Vrgenti annam ut mandata perageret. PRAECibus uix dedit illa manus Bene uix ut res ueriſimilis uideretur. EST AVTEm metaphora. TEGENS uultus: Flameo. Lucanus: Nõ timidum nuptæ leuiter tectura pudorem Lutea demiſſos uelarunt flammea uultus. VENEri: Quã MAars cognouit. ut Primus adulterium Veneris cum Marte putatur hic uidiſſe deus. VERBA dediſſe: Decipiſſe: nam uerba dare eſt decipere. PRAEteriturus eram gladios in principe fixos: Idibus Martiis iulius Cæſar in põpeii curia tribus & uiginti uulneribus confoſus eſt: teſtibus Suetonio & Plutarcho: licent & ſint qui tertio idus eum interfectum dicant. Curiam in qua occiſus eſt obſtrui placuit ut ſcribit idẽ Suetonius idusq; Martias parricidium nominari: quibus ferũt uatem prædixiſſe Cæſari ut diſcrimen præcaueret: qui cum ĩ ſenatum iret uati dixiſſe traditur idus Martias adueniſſe: cui uates uenere quidem ſed nondum præteriere reſpondit. Eundem cædis locum a Pompeio ante theatrum dedicatum accepimus Cæſaremq; ad baſim imaginis Pompeii a conſpiratoribus interfectũ: quam eius cruor magna ex parte reſperſit: poſtea uero in deorum numerum relatum non ore modo decernentium ſed opinione uulgi: ſi quidem ludis quos ei conſecratos hæres Auguſtus edebat ſtella crinita per ſeptem dies continuos fulſit: quam eſſe animam Cæſaris crediderunt. Lege Suetonium & Plutarchum in Cæſare. Item Appianum: quoniam (ut ſæpe dixi) nobis omnia referre non placet. Cæſar idus Martias ſibi ferales notauit Scorpionis occaſu.

PAV. MAR. ¶ CONVENIVNT tibi: quia anus es. & ſedula tuum eſt efficere. DIXERAT illa deum: deludebat anna martem. At cum nimium urgeret: rettulit ſe palladis animum inflexiſſe: paratamq; eſſe ad coniugium. Cumq; illa pararet nuptias: deducitur ad eum anna uelata luteo flameo tanquam noua nupta & cum illa eſſet eam oſculaturus: cognouit ſe ab illa deluſum. HAEC igitur erant: quæ in feſtis Annæ referebantur. DIXERAT: ergo mars. ILLA: anna. LVDIT deludit. DEVM promiſſo inani: uacuo fine effectu: quia non ſeruabat promiſſa. ET TRAHIT: protrahit. VSq; ſemper ſpem ſtultam. ſtulti martis: nam ſtultum erat illud ſperare de de pallade. MORA dubia: incerta: dicebat enim ſe obtemperaturam: ſed tempora protrahebat. INQVIT inſtanti ſepius. cum ſepius & uehementius ille inſtaret dixit. PEREGimus mandata. tua ſcilicet. ET VICta eſt præcibus: tandem exoraui. VIX DEDit illa manus. quaſi uix dedit fidem: ita prius repugnabat: ut uix uinci potuerit. AVT dedit uictas manus: per tranſlationem ab his qui in ipſo prælio capiuntur. qui uictas manus porrigunt. AMANS. mars. CREDit pallada ſcilicet uictam. ET PARAT Thalamos. nuptias. Nam thalamus thorus iugalis eſt: ut alias Dictum. Deducitur, illuc ad martem. Anna tegẽs uultus ſuos: flameo ſcilicet. VT NOVA NVpta. ut moris eſt cum noua nupta ad uirum ducitur: de quo Luca. in ſecundo pharſaliæ. Non timidum nupte leuiter tectura pudorem Lutea demiſſos uelarũt Flaminia uultus. Flameo enim ut Pom. inquit amicitur nubens boni cauſa. q eo aſſidue utebatur Flaminia. ideſt flaminis uxor: cui non licebat facere diuortium. Et eodem modo tegebatur nupta Flameo: ut perpetuo cum uiro manerent. Attigit in hoc, romanum morem poeta. Mars ſumpturus oſcula: cum uellet eam oſculari. SVBITO aſpicit: annam. detecto enim uultu aſpicit & cognoſcit illam. NVNC pudor nunc ira ſubit eluſum deum. nunc pudebat illius ignominiæ: q ab ea eſſet deluſus: nunc ira excandeſcebat. NOVA diua: quæ nuperrime facta es dea. LVdis amatorem caræ mineruæ: deludis matrem qui mineruã amat. Nec ulla res fuit hac ueneri gratior. nihil potuit eẽ Veneri gratius q̃ martẽ cuʒ quo aliq̃n recubuit ab Anna eẽ deluſum. INde ioci ueteres. qui in campo martio referuntur. ET canuntur dicta

obſcœna:turpia: E T iuuat delectat ſpectatores. HANC annam. DEdiſſe uerba:hoc eſt eluſiſſe: ſeu decepiſ-
ſe:nam dare uerba decipere eſt:ut apud Teren.Cui dare uerba difficile eſt. MAgno deo:marti:hæc in feſtis an
næ referebantur. PRæteriturus eram:idi.mar.C.Cæſar interfectus eſt:& ea quidem dies parricidium nomina
batur:nec ſenatus unquam cogebatur in tantæ cædis mœſtitiam:Erat hoc præteriturus poeta:ne forte refrica-
ret lachrymas:monitus tamē a ueſta:cuius ſacerdos fuerat Cæſar:ne uerteretur:nam & cœlo receptus eſt Cæ-
ſar:& de coniuratis ſupplicium ſumptum. De eius morte in epitomate Liui.lib.cxvi.ſic habetur Cæſar ex hiſpa
nia quintum triumphum egit:& cum multi ꝗ maximiq; honores ei a ſenatu decreti eſſent inter quos ut pater
patrie appellaretur:& ſacroſanctus:ac dictator in perpetuum eſſet inuidiæ cauſam aduerſus eum præſtiterunt:
ꝙ ſenatui deferente hos honores:cum ante ædem ueneris genitricis ſederet:minime aſſurrexit.Et ꝙ M.Anto.
collega ſuo inter lupercos currente:diadema capiti ſuo impoſitum in ſella repoſuit.Et quod Epidio marullo: &
Cæſereo flauo tribunis plebis inuidia:& tanꝗ regnum affectanti mentibus poteſtas abrogata eſt. Ex his cauſis
conſpiratione in eum facta:cuius capita fuerunt:Marcus Brutus &.C. Trebonius:& Caſſius:& ex Cæſaris par
tibus.D.Brutus in curia Pompeii occiſus eſt uigintitribus uulneribus:occupatumq; ab interfectoribus eius Ca-
pitolium obliuione deinde cædis eius a ſenatu decreta:Obſidibus Antonii & Lepidi liberis acceptis coniurati a
Capitolio deſcenderunt. Teſtamento Cæſaris hæres ex parte dimidia inſtitutus eſt.C.Octauius ex ſorore ne-
pos:& in nomen adoptatus.Cæſaris corpus:cum in campum martium ferretur a plebe ante roſtra crematū eſt.
Dictature honos in perpetuum ſublatus eſt.Et Tranquillus cum de hoc eodem agit:& acceſſiſſe in ſenatum dicit
ſic proſequitur.Aſſidentem conſpirati ſpecie officii circūſteterunt.Illicoq; Cimber Tullius:qui primas partes ſu
ſceperat:quaſi aliquid rogaturus propius acceſſit.Rennuentiq;:& geſtu in aliud tempus differenti.ab utroq; hu-
mero togam apprendit.Deinde clamantem.Iſta quidem uis eſt:Alter Caſſius aduerſum uulnerat Paulum infra
iugulum: Cæſar Caſſii brachium arrepto graphio traiecit.Conatuſq; proſilire alio uulnere tardatus eſt. Vtque
animaduertit undiq; ſe ſtrictis pugionibus peti toga caput obuoluit:Simul ſiniſtra manu ſinum ad ima crura de
duxit:quo honeſtius caderet:etiam inferiore corporis parte uelato. Atq; ita tribus & uiginti plagis cōfoſſus eſt.
Vno modo ad primum ictum gemitu ſine uoce edito.Et ſi tradiderunt quidam Marco Bruto irruenti dixiſſe:
καὶ συὲι ἐκεὶ νωγκαὶ συτἕκνον. Exanimis diffugientibus cunctis aliquādiu iacuit:donec lecticæ impoſitum
dependente brachio tres ſeruuli domum retulerunt.Hæc ille qui plures quoq; honores ei in morte collatos re-
fert ſi quis hyſtoriam cumulatiorem cupit perlegat Plutarchum: & Apianum cum Appianus nominatim etiā
referat coniuratos omnes. Sed ꝙ in deorum numerum relatus ſit ita idem Tranquil.inquit.Periit.vi.& quin
quageſimo ætatis anno:atq; in deorum numerum relatus eſt: non ore modo decernentium: ſed & perſuaſio-
ne uulgi: ſiquidem ludis quos primo conſecratos ei hæres Auguſtus edebat ſtella crinita per ſeptem con-
tinuos dies fulſit. Exoriens circa undecimam horam. Creditumque eſt animam eſſe Cæſaris in cœlum
recepti: & hsc de cauſa ſimulachro eius in uertice additur ſtella. Curiam in qua occiſus eſt obſtrui placu-
it. Iduſq; Martias parricidium nominari. Ac ne unquam eo die ſenatus cogeretur: percuſſorum autem fe-
re: neq; triennio quiſquam amplius ſuperuixit: neq; ſua morte defunctus eſt. DAMNATI omnes: alius
alio caſu periit. pars naufragio: pars prælio. Nonnulli ſemet eodem illo pugione. quo Cæſarem uiolaue-
rant: Sed hæc hactenus ERAM præteriturus ſilentio: ſcilicet hoc eſt non relaturus. GLADIOS fi-
xos in principe in Cæſare: hoc eſt Cæſarem in curia trucidatum. CVM ueſta ſic locuta a caſtis focis:cum
ita ex ara æterni ignis Veſta admonuit.

Ne dubita meminiſſe:meus fuit ille ſacerdos
Sacrilegæ telis me petiere manus:
Ipſa uirum rapui ſimulachraq; nuda reliqui
Quod cecidit ferro Cæſaris umbra fuit:
Ille quidem cœlo poſitus iouis atria uidet
Et tenet in magno templa dicata foro:
At quicūq; nefas auſi prohibente deorum
Numine:polluerant pontificale caput:

¶MEVS fuit illle ſacerdos: Pontifex maximus ip- ANT.
ſe alibi: Ne ue cæde ſacerdotis flammas extinguite ue FAN.
ſtæ. SIMVLACHRAq; nuda reliqui. Vult con-
iuratis in umbram tantum Cæſaris ius fuiſſe: cum ue-
rum Cæſarem Veſta rapuiſſet in cœlum. ET TE-
net in magno templa dicata foro: Appianus: Popu-
los cæpit interfectores eius undique conquirere funus
etiam in medio foro edidit temploque conſtituto iu-
xta pyram ueluti deo ſacra exhibuit. Sane Auguſtus
autore Plinio Venerem exeuntem e mari nobiliſſi-
mam Apellis picturam dicauit in æde Cæſaris pa-
tris. Legimus & plebem tanto fauore mortuum Cæ
ſarem proſecutam eſſe:ut non ſolum ad Bruti & Caſ-
ſi domum: cum facibus tetenderit: ſed ſolidam colum
nam.xx.pedū lapidis numidici in foro ſtatuerit ad quā
lōgo tpe ſacrificare:uota ſuſpicere.controuerſiaſq; interpoſito per Cæſarem iureiurando diſtrahere perſeuera
uit.Suetonius ſcribit pro roſtris auratam ædem ad ſimulachrum Veneris genitricis collocatam.

¶NE DVBITA meminiſſe: non uerearis mentionem de eo facere. ILLe Cæſar. FVIT meus ſacer- PAV.
dos: nam fuit pontifex maximus: de quo plura paulo ſuperius diximus. MANVS ſacrilegæ:ſacrilegorum MAR.
coniuratorum: nam ideo ſacrilegi: quia ſacra uiolarunt. nam ſacrum pontificem maximum confoderunt.
PETIERE me telis:quaſi me ipſam uulnerarunt:nam qui pontificem meum ulularunt: in me ipſam ma-
nus iniecerunt. IPSA uirum rapui:eripui ego e manibus eorum Cæſarem: & in cœlum retuli.& reliqui ſimu

ſachra nuda.quaſi umbram ſine corpore. VMBRA Cæſaris fuit quæ cecidit ferro non fuit Cæſar: ſed eius umbra:in quam armis ſacrilegi ſæuierunt. ILLE quidem poſitus cœlo locatus inter ſydera:ut iam diximus; Et in Buc.Ecce dionei proceſſit cæſaris aſtrum. VIDIT atria Iouis:quia in cœlum:& Iouis regiam aſcendit
ET tenet templa dicata:conſecrata. IN MAgno foro:in foro romano. Et Suetonius inquit.Et pro roſtris aurata ædes ad ſimulachrum Veneris genitricis collocata. AT quicunqꝫ auſi nefas: auſi tam indignum facinus. POLLVErant:fœdauerant:ſeu uiolauerant. CAPVT pontificale:Cæſaris pontificis. PROHIbente numine deorum: quaſi contra deoꝝ uolũtatem.

Morte iacent merita, teſtes eſtote philippi
Et quorum ſparſis oſſibus albet humus:
Hoc op9, hæc pietas, hæc prĩa elemẽta fuerũt
Cæſaris, ulciſci iuſta per arma patrem:
Poſteá cum teneres aurora refecerit herbas
Scorpius a prima parte uidendus erit:

ANT. FAN. ¶MORTE iacent merita.C.Cæſaris genius(ut ſcribit Plutarchus)terras & maria peragrans omnes eius percuſſores inueſtigauit: quorum nemo(teſte Suetonio)triennio amplius ſuperuixit: nemo ſua morte defunctus eſt.Dãnati omnes alius alio caſu perierunt pars naufragio pars prælio.Nonnulli ſemet inter quos Caſſius eodem pugione quo Cæſarem uiolauerãt interimerunt. TESTES eſtote Philippi:oppidi nomen eſt & camporum Theſſaliæ ubi uictus eſt Brutus. Vtrũqꝫ.n. eo nomine ſignificari auctor eſt Porphyrio. Nomen a Philippo rege deductum exiſtimatur.ibi Auguſtus Cæſar(ut ſcribit Plutarchus)a Bruto contra quem inſtructus erat profligatus caſtra quoqꝫ amiſit:uixqꝫ manus hominum effugit:ut ipſe in commentariis ſcripſit ſomnio cuiuſdam familiarium admonitus.Caſſium uero in alio cornu ab Antonio uictus cum ignoraret Brutum uiciſſe a Pindaro liberto uolens mandanſqꝫ occiſus eſt. Deinde iterum pugnatum eſt paucis diebus interiectis & in ea pugna uictus Brutus ſibi mortem conſciuit:cuius caput ab Auguſto Romam miſſum eſt ut ſtatuæ Iulii Cæſaris ſummitteretur. OSSIbus albet humus:Quia inſepulti ſunt. Hæc prima elementa fuerunt Cæſaris:Laudat Auguſtum a pietate qua factum eſt ut extixerit omnes Iulii Cæſaris percuſſores:auſpicatuſqꝫ fuerit res poſtea a ſe geſtas ultione paterna:unde marti ultori templum dedit. SCorpius a prima parte uidendus erit: Secundum Chaldeos loquitur Libram & Scorpium unum ſignum accipientes.De quo ait Macrobius: Scorpius totus in quo Libra eſt naturam Solis imaginatur qui hieme torpeſcit.Dicit enim Libram quam faciunt Scorpionis chelæ.xvii.cal.Apriles chronice orituram.Quod fieri neceſſe eſt noctis initio cum Sol hoc tẽpore propemodum in eo ſit ut Arietem ingrediatur.Sane Scorpius cum chelis.xix.ſtellis conſtare dicitur.Nec nos moueat quod diximus ſupra idibus Martiis occidere Scorpionem.Quis enim neſciat fieri poſſe: ut eodem die & chronice?Eſt autem Scorpius Martis domus.Vnde Horatius eum formidoloſum uocat:ut ſeu Libra: ſeu me Scorpius aſpicit formidoloſus.Et Virgilius ardentem:ut ipſe tibi iam brachia contrahit ardens Scorpius.

Philippi

Sorpi⁹ occidit.xvii. cal.apriles

Scorpius formidoloſus

PAV. MAR. ¶IACENT morte:merita:quam meruerunt. ESTote teſtes philippi.campi ubi Brutus & Caſſius princeps coniuratorum:alter ſua:alter ſerui manu confecti ſunt:& Cæſ.Octauio ultori uictoria parata. PHIlippi ciuitas eſt:ut in odis Horatii quoqꝫ diximus:in Macedonie finibus: quæ ut Appius meminit Datos olim dicebatur: Crenida ante dati nomen appellata:eum locum Philippus ut accommodatum metatus ſuper thraces uallo ſepſit:& a ſe Philippos nuncupauit. ET quorum:& illi ſunt teſtes. QVOrum oſſibus ſparſis diffuſis. ALbet humus:nam omnes illi parricidæ mortui:& iſepulti iacuere:Sic & oſſibus inhumatis albeſcere uidebatur tellus. Hoc opus in laudem Octauii Cæſaris:qui paternam mortem ad internitionem inimicorum ultus eſt: & marti ultori ædem conſecrauit. ET Suetonius inquit:ædem marti pro ultione paterna bello philippenſi nouiſſe. Sed de hoc plura dicemus in.v. HOC fu.o.hæc ple.filii in parentem. Hæc fuerunt prima elementa Cæſa. Octauii fuere magna & pia initia rerum agendarum:quibus ad ſummum imperium promotus eſt. VLCiſci patrem:Iul.Cæ.Per iu.ar.iuſtum.n.erat ulciſci patris neceſſe illud Octauius rediens ex epyro egit:ut opem contra percuſſores patris haberet nec deſtitit:quoad omnes extinxit. POſtea cum.xvii.calen. Aprilis:hoc eſt.xvi. die prima pars Scorpionis oritur.Scorpius enim cuius prior pars quæ chelæ dicuntur:ita ponitur ab equinoctiali circulo:ut eum ſubſtinere uideatur:ipſe autem pedibus phiulci ſubditus extrema cauda circulum hyemalem contingere uidetur:occidit autem inclinato capite.Exoritur erectus a chelis:hic habet ſtellas in his quæ chelæ dicuntur.In unaquaqꝫ earum binas:ex quibus proxime ſunt clariores:præterea habet ĩ fronte ſtellas tres:quarum media eſt clariſſima. INter ſcapulas tres in uentre duas:in cauda quinqꝫ:in acumine ipſo: quo percutere exiſtimatur duas:omnino ſunt ſtellæ decem & nouem:Scorpius ipſe propter magnitudinem membrorum in duo ſigna diuiditur quorum priorem partem libram dixerunt.Sed omnino totum ſignum hac de cauſa ſtatutum aſſignatur: Quod Orion eſt ueneratur:& in eo exercitatiſſimum ſe eſſe confideret:dixiſſe & dianæ:& Latonæ ſe omnia quæ ex terra oriuntur occidere ualere quare terram permotam Scorpionem eduxiſſe: qui cum interficere demonſtratur. Iouem autem admiratum Scorpionem inter aſtra collocaſſe: ut ſpecies eius hominibus documento eſſet. ne quis eorum aliqua re ſibi confideret. Dianam autem propter ſtudium Orionis petiſſe a Ioue:ut illi idem beneficium daret petenti:quod terræ ultro tribuiſſet:itaqꝫ conſtitutum:ut cũ Scorpio oriatur: Orion occidat: Hæc ex Higyno. Poeta inquit eo die uidendum eſſe Scorpium mane a prima parte de coſmico eius ortu intelligere non poſſumus: nam eſt arietis:qui illis diebus oriri incipit. Ego ſic accipere uideri per ortum heliacum: in occaſu tamen: ita ut ſignificet occidentem Libram: Sic Arietis ortus indicaretur: qui Libræ oppoſitus eſt. Sed de ariete poſtea dicemus. Plinius tamen inquit Cæſarem idus

Martias ſibi ferales annotaſſe ſcorpionis occaſu. Nos uero in fine operis plura ſimul de omnibus dicemus. Cum poſtera:ſequens. AVrora refecerit:rore madefecerit. Herbas teneras Scorpius erit uidendus a prima parte:aut poſt primam partem:hoc eſt poſt chelas:ſiue a prima parte ſui ſigni eo modo:quo dictum eſt. TERtia:decimoſexto calen.apri.hoc eſt xvii.die martii feſtũ erit bacchi quo die ad liba populus conueniebat in eius honorem:& pueri relicta prætexta uirilem togam ſumebant:profunditurq; in Bacchi laudes & in ſileni fabulã: & in togæ libere rationem:quæ omnia ſuis in locis explicabimus.

¶ Tertia poſt idꝰ lux ẽ celeberrima baccho
Bacche faue uati:dum tua feſta cano:
Nec referã ſemelen:ad quã niſi fulmina ſecũ
Iuppiter afferret:paruus inermis erat:
Nec puer ut poſſes maturo tempore naſci
Expletum patrio corpore matris opus:

ANT. FAN.

Bacchi ſacra.xv.calẽdas apriles.

Liberalia.

Liber.

¶TERTIA poſt idus lux eſt celeberrima Baccho.xv. calendas Apriles Baccho ſacra fiunt quæ conſtat teſte Seruio:Iulium Cæſarem primum Romam tranſtuliſſe ut Daphni & armenias curru ſubiungere tigres inſtituit: daphnis thyaſos inducere Baccho.Dicuntur autem hec feſta.Liberalia a libero.i.Baccho qui repertor uini ideo liber dicitur:ut Feſto placet ꝙ uino uſi omnia libere loquantur:quos ebrietas petulantiores facit. Vnde illud eſt Neuii:libera lingua loquemur ludis liberalibus: licet alii a libatione liberum dictum uelint ꝙ ipſe libationem præbuerit.Alii ꝙ pro Boetiæ libertate pugnauerit.Alii a liberando dictum putent cuius ſacra(ut inquit Seruius)ad purgationem animæ pertinebant. Alii ꝙ liber & uagus ſit:nam ſecũdum Ariſto.Apollo & Liber pater unus atq; idem deus eſt:de quo ait Neuius. Hac qua Sol uagus igneas habenas immittit propius iungitq; terræ. Hinc eſt ꝙ(ut ſcribit Macrobius)in ſacris h religioſi arcani obſeruatio tenebatur:ut Sol cum in ſupero hemiſperio eſſet Apollo uocaretur:cum in infero Dionyſius q eſt Liber pater:quem Herodotus ſcribit ubi editus eſt in lucem ab Ioue iſutum femori portatumq; in Nyſam quæ eſt ſuper ægyptum in æthiopia ubi educatus dicitur. Vnde a Ioue cuius grecus genitiuus eſt dios & Nyſa Dionyſius dictus eſt & eius ſacra Dionyſia:ut a Baccho Bacchanalia.a Libero Liberalia. Nam orgia & trieteria a nullo huius dei nomine deducta ſunt:quorum illa nõ ſolum Liberi patris ſed deorum omnium ſacra apud græcos ſignificabant. Hæc autem a poetis trietias.i a triennio dicta ſunt:quo exacto ut ait Lactãtius Grammaticus mos fuit ea celebrari:Sane Bacchus ut quidam tradunt primus omnium ſubactis indis uictoriam reportauit:apud quos Nyſam urbem condidit teſte Iuſtino:ad quam cum Alexander macedo ueniſſet oppidanis non repugnantibus fiducia religionis Liberi patris parci iuſſit cum ſecutum ſe non tantum militiã: uerum etiam dei ueſtigia lætaretur. Eſt & Nyſa in Boetia:de qua inquit Lucanus:Bacchumq; auertere Nyſa. Item in Caria:in Lycia & Ionia. Hic deus emere & uendere inſtituit inuenitq; Diadema regum iſigne:necnon & triumphum: ut Plinius & Macrobius meminerunt: Athenienſes primi liberales ludos inſtituerunt:ut quibuſdam placet. Scythæ autem(ut ſcribit Herodotus)Græcis probo dederunt Baccanalium conſuetudinem negantes eſſe credibile deũ inueniſſe quo homines ad dementiam adigerentur Aegyptii Baccho porcum mactabant:alii hircum:ut diximꝰ ſupra:eidem maiores noſtri ſacrima.i.muſtum ſacrificarunt pro uino uaſis:ac uineis conſeruandis:cui antiquiſſimi ruſtici(autore Feſto)confecta uindemia dionyſia faciebant. Canebantur autem hymni libero patri apud græcos græca:apud latinos uoce latina cum hymni matris deorum ubiq; græcam linguam reqrerent teſte Seruio. Primus uero apud corinthios dithyrambici carminis genus cecidit Arion Methymneus quod a dithyrambo.i.Baccho id nomen accæpit ſic dicto ꝙ per duas portas uenerit uentrem ſemeles & Iouis femur a quo dithyrambici poetæ nominati ſunt:qui cum hymnos in Bacchum canerẽt tripodem in præmium accipiebant. Erant autem Bacchi ſacra non tacita ut plæraq; alia:ſed aperta ſicut & ſacra matris deorũ:adhibebantur.n.orgiis Bacchi pene omnium generum inſtrumenta. Nec referam ſemelen. Bacchi matrem & cadmi filiam. Nota eſt fabula. Hæc Thyone græce dicitur a qua(ut placet Porphyrioni)Bacchus thyoneus dicitur: Vnde bacchæ thyades dictæ:Eſt autem color occupatio. PARuus inermis eras:Senſus ẽ niſi Iuppiter fulmine armatus ueniſſet ad Semelen in infantia inermes fuiſſe ac ſi dicat:inter arma hoc eſt fulmina natus es:ut conſtaret quantus imperator ac deus futurus eſſet qui armatus erat cum ederetur in lucem. BIſtonas:populos thraciæ in qua & ſtagnũ biſtonium eſt dictum a rege Biſtone:ut quibuſdam placet:ii cum in ſacris Liberi patris uerſantur ſolutis crinibꝰ angues & capite & manu geſtant teſte Porphyrione cum mos ſit Bacchantium(ut ſcribit Diodorus)comis ſerta & manibus thyrſos ferre:ideſt haſtas pampinis inuolutas.

Dionyſia. trieteria. Niſa urbs multis in locis. Bacchi inuenta. Dithyrãbici carminis auctor. Bacchi geſta. thyoneus. thyades. Biſtones.

¶TERTIA lux:tertia dies poſt idus martias.hoc eſt.xvi.dies mẽſis martii:Eſt celeberrima Baccho:bacchi numine.nam celebratiſſimum bacchi feſtum. BAcche faue uati:faue mihi. Dum cano:cantãdo ſcribo. TVA feſta:diem tuis ſacris conſtitutam. Nec referam non agam nunc de matre tua ſemele:quæ perſuaſa a Iunone: non aliter credens Ioui ſuccumbere:niſi ea ſecum maieſtate cõgrederetur:qua cum Iunone examinata eſt ꝙ niſi illud illa experiretur:te Iouis filium non putabat. NEC referam:nolim nunc referre. SEmelẽ:matrem tuã: quæ ut Diodorus inquit:ex harmonia Veneris filia:& cadmo nata eſt. AD quam:ſemelẽ. NIſi Iuppiter inermis:prius tamen inermis. AFferret fulmina:quæ poſtea ob iuratã fidem inuitus tulit. Tu eras paruus: parui nominis quia non creditus Iouis filius. NEC puer:de his plura ſuperius egimus in querela Ariadnes. Extincta ſemele fulmine:quæ abortũ fecit in Iouis femur Bacchus receptus eſt:ideo hic. NEC referã ſcilicet. OPus matris:officiũ maternũ. EXpletũ corpore patrio:hoc ẽ in Iouis fœmore. Vt puer poſſes naſci tpe maturo: ut naſcaris pfecto tpe partus hoc ẽ decimo mẽſe. Sythonas & ſithicos:nolo cõmemorare nũc uictorias tuas:& triũphos toto orbe partos. ETeni Dionyſius:nã & ipſe bacchus totũ orbem bellis & uictoriis pagrauit. Ex aſia

PAV. MAR.

BIBLIOTECA UNIVERSITAT DE GRANADA

in europā tranſfretaturus:cū amicitiam iniiſſet cum Lycurgo rege thraciæ:& ab eodem inſidiæ in eū pararent᷑: ut refert Diodo. Tharope quodā rē referente lycurgū domuit:regnūq; thraciæ tharopi tradidit: cuius ſacra & cerimonias demonſtrauit. ideo hic. Longū eſt memorare ſythonas: quaſi qa longum eſſet:nolo nunc cōmemorare thraceas q ſythones dicuntur a ſythonio flu.cuius meminit Plinius. Inde apud Virgilium. Sythoniaſq; niues: & in heroid. Nec uehit acteas ſcytonis nuda rates.

Biſtonas & ſythicos lōgū ē narrar̄ triūphos:
Et domitas gētes thuris & inde tuas.
Tu quoq; thebāæ mala p̄da tacebere matris
Inq; tuum furiis acte lycurge genu:
Ecce libet ſubitos piſces/ tyrrhenaq; mōſtra.
Dicere/ ſed nō eſt carminis huius opus.
Carminis huius opus cās exponere:quare:
Vilis anus populos ad ſua liba uocet.
Ante tuos ortus aræ ſine honore fuerunt:
Liber:& in gelidis herba reperta focis:
Te memorāt gange totoq; oriente ſubacto:
Primitias magno ſuppoſuiſſe Ioui:
Cinnama tu primus captiuaq; thura dediſti
Deq; triumphato uiſcera toſta boue

ANT. FAN. ¶ET ſcythicos longum eſt narrare triumphos. Sunt qui primum triumphi autorem Dionyſium putēt a quo non indi ſolum:ſed & Scythe domiti ſunt & alii. GENtes thuris:Arabes quos Bacchum ferunt etiam domuiſſe. TV quoq; thebanæ mala præda tacebere matris: Pentheum dicit:quem Liberi patris ſacra aſpernantem ira numinis matri lacerandum dedit. Inq; tuum furiis acte lycurge genu:Ipſe alibi:Penthea tu uenerande bipēniferumq; lycurgum ſacrilegos mactas: Fuit autem hic Lycurgus rex Thraciæ qui dum in Bacchi contemptū uites ſuccideret crura ſibi falce amputauit. Vnde eum abſtemium fuiſſe Seruius ſcribit. Sed hyſtoria hoc habet uoluiſſe Lycurgum decipere Bacchum ex india reuertentem:cui cum regni aditum promiſiſſet noctu milites miſit qui in eius exercitum impetum facerent: quod cum deus reſciuiſſet inſtructa acie Thraces aggreſſus Lycurgum oculis priuauit & ſocios eius cruci affixit. Lactantius Grāmaticus duos īquit fuiſſe Lycurgos Thracem & Nemeum: quibus additur ab aliis Lycurgus legum lator. Sed lycurgus Bacchi cōtemptor is eſt quem quidam Boreæ:alii Dryantis filium dicunt ac Phyllidis patrem. SVbitos piſces:Nautas Tyrrhenos qui a Baccho in delphines cōuerſi ſunt. Nota eſt fabula. VIlis anus: Quæ conſueuit in feſto Bacchi uocare populum ad liba quæ ipſa formauerat & ea populo Romano diſtribuere:ut unuſquiſq; Baccho particulam offerret uel libaret. In gelidis herba reperta focis: Vult ante ortum Bacchum nullum ſacrorum uſum fuiſſe & ubi Foci poſtea ſacrorum ignes continuere nihil aliud fuiſſe q̄ herbas. Primitias magno ſuppoſuiſſe Ioui:Obtuliſſe Ioui primitias prædæ.

Lycurgus rex thraciæ.

PAV. MAR. ¶ET ſcythicos triumpho:quos e ſcythia retuliſti. Scythiæ enim ſeptentrionales ſunt partim in Europa:partim trans tanaim in Aſia. Hoc etiam cum indis Bacchus debellauit Dionyſius enim primus omnium triumphauit elephanto indico inuectus:ut refert Diodorus. ET domitas gentes thuris: quaſi non agam de arabibus a te uictis:apud quos thus naſcitur:Nam in Catthabania regione Arabiæ. Sed de his latius in primo libro diximus. Et inde tuas gentes ſcilicet domitas. Indiam enim ut diximus totam domuit. Indus fluuius indiæ maximus:& indos populos dicimus:ipſa quidem regio ſub oriente ſole iacet de qua alias. TV quoq; thebanæ:nec dicā nunc de pentheo Thebano aut Lycurgo Thraceo. Pentheum enim Thebis bacchi ſacra ſpernentem:atq; prohibentem Agaue mater interfecit:cuius fabula refertur in tertio Metamorphoſeos. Et Diodorus inquit ſuſtuliſſe omnes impios:qui in orbe erant: Sed maxime Pentheum:ac Lycurgum. Quem etiam dicunt:dum bacchi uites incideret crus ſibi abſcidiſſe. TV quoq; o pentheu. Mala præda matris Thebanæ qui ab Agaue matre tua thebana diſcerptus es. TAcebere:a nobis:quia non cōmemorabo:& tacebere tu. Lycurge:rex thraciæ. ACte furiis:qui a furiis impulſus es. IN tuum genu:nam dum putabas uites incidere crus a genu abſcidiſti. Ecce libet uellem commemorare tyrrhenos nautas:Sed non pertinet ad præſens argumentum. Bacchus crediderat ſe tyrrhenis nautis:ut eum naxon deferrent:qui cum illi uim inferre putarent in delphinos mutati ſunt:de hoc etiā in met. Ecce libet dicere piſces ſubitos:delphinos repente factos:& Monſtra tyrrhena:tyrrhenos nautas:in delphinos ſubito conuerſos. SEd non eſt opus huius carminis:non pertinet ad hoc carmen. Ea enim in meta.carmine heroico ſcripſit:nunc in hoc elago non ſunt repetenda:præterea non conuenit huic argumento: quia nūc non agimus de his:ſed de libis:ad quæ uocatur ab anicula populus. OPus huius carminis eſt:quaſi pertinet ad hoc carmen. EXponere cauſas:quare:quibus cauſis. Vilis anus uocet ad populum ad ſua liba. VEtula:quæ liba finxerit:ad ea populum uocat. Nam ab ea accipit populus iu feſto Baccho:poeta rationem aucupatur a primis libationibus:quæ ab ipſo fuerunt inſtitutæ præſertim cum uictor rerum primitias magno Ioui offerret: ſic in libero patre liba & libamina dicta. O liber:o Dionyſi.ſeu bacche:cur liber in primo diximus. Aræ fuerunt ſine honore.ſine ſacrificio. Ante tuos ortus:anteq̄ tu natus eſſes.& Herba fuit reperta in gelidis focis:in locis ubi poſt ortum bachi aræ ſunt conſtitutæ herba erat: ideo foci gelidi quia nulla fiebant ſacrificia nullus erat in ea uſus ignis: nulla uictima torrebatur: nulla thura cremabantur. TE memorant:te dicunt o liber. SVbacto gange & toto oriente: poſtq̄ domuiſti & ſubegiſti populos totius orientis: indos præſertim per quos ganges flu.vii.alueis fluit in orientem ſolem. Suppoſuiſſe primitias magno Ioui:obtuliſſe Ioui primitias prædæ: & fructum partes. Primitiæ enim fructuum diis offerebātur:de iis in.ii.lib.diximus. TV primus:o bacche liber pater. Dediſti obtuliſti ioui. Cynnama quæ quidē naſcunt᷑ in æthiopia trogotidis teſte:Ply. At in met. in pāchaia arabiæ regione naſci.dicuntur:ſit diues amomo cynnamaq;:coſtumq; ſuum:ſudataq; ligno thura ferat. floreſq;

alios panchaia tellus. ET thura captiua:captiuorum arabum:quos ſubegiſti: tu primus ea diis concremaſti. ET uiſcera toſta:cocta. DE boue triumphato:de boue rapto ab hoſtibus. DE quibus triumphaſti.

Nomine ab autoris ducũt libamina nomen:
Libaq; q̃ ſacris pars datur inde focis:
Liba deo fiunt:ſuccis quia dulcibus idem.
Gaudet:& a Baccho mella reperta ferunt:
Ibat arenoſo ſatyris comitatus ab hebro:
Non habet ingratos fabula noſtra iocos:
Iãq; erat ad rhodopen pãgæaq; flumĩa uetũ.
Aeriferæ comitum concrepuere manus:
Ecce nouæ uolucres coeunt tinnitibus actæ.
Quoq; mouent ſonitus æra ſequunt᷑ apes:
Colligit errantes:& in arbore claudit inani
Liber:& inuenti premia mellis habet:
Vt ſatyri læniſq; ſenex tetigere ſaporem.
Quærebãt flauos per nemus omne fauos:
Audit in exeſa ſtridorem examinis ulmo:
Aſpicit:& cælat:diſſimulatq; ſenex:
Vtq; piget pandi tergo reſidebat aſelli.
Applicat hunc ulmo:corticibuſq; cauis:
Conſtitit ipſe ſuper ramoſo ſtipite nixus
Atq; auide trunco condita mella petit:
Milia crabronum coeunt & uertice nudo.

¶NOMINE ab auctoris ducunt libamina nomen:Li- ANT.
ba quidem(ut diximus ſecundum Varronem)a liban- FAN.
do dicta ſunt:q; libandi cauſa fiant. Libamina uero a li- Liba.
bero ut Naſoni placet hoc loco:cuius feſta idem Var- Libamia.
ro ſcribit dicta liberalia quod per totũ oppidum eo die ſacerdotes liberi ſederent hedera coronatæ cum libis & foculo ſacrificantes Ea liba e farre & melle conſtabãt apta ſacris ut ĩquit Seruius. Quod ſacris pars datur inde focis:Dictum inquit Libum q; eius particulæ focis ſacris ſiue aris libent. HEbro:Fluuio Thraciæ cuius pro- Hebrus
uinciæ mõs eſt Rhodope cui a regina Thracum rhodope ibi ſepulta nomen inditum putant.ibi & Pangea ſũt Pangea
quæ iunguntur Macedoniæ:ut uideo pangæa niuoſis cana iugis. Vnde autor ſubiungit:Pangeaq; flumina e pã-
gæo fluentia:quod Thraciæ promontorium eſſe beſſis Bacchus
conterminum conſtat:ad cuius radices fluit amnis quẽ mel reppe-
mæſtum uocant. AERA ſequuntur apes:Vir.in quar- rit
to Geor. Curetum ſonitus crepitantiaq; æra ſecutæ.

Gaudent apes (teſte Plinio)plauſu atq; tinnitu æris Apes gau-
eoq; conuocantur quo manifeſtum eſt:ut idem putat: dent tinni-
auditus ſenſum eis ineſſe q̃uis nonnulli aliter ſentiant tu æris
iiſdem inimica eſt echo reſultanti ſono a quo pauide alterno ictu pulſantur:ut aut ubi concaua pulſu ſaxa ſonant:uociſq; offenſa reſultat imago. IN arbore claudit inani:Nouimus apum aluearia ĩterdum fieri e cauis arborum truncis. LAEniſq; ſe. Silenum dicit. DISSImulatq; ſe. Nemini rem aperit ut ſolus melle auditi examinis potiretur. MILIA cra.co. Hæ uolucres ex eqs creantur:dicunturq; ĩterficere hominem ictibus.xxvii.

¶LIBAMINA:libationes:quæcunq; in ſacris liban- PAV.
tur. DVcunt nomen a nomine auctoris:a libero pa- MAR.
tre:qui primus Ioui libauit:dicta ſunt libamina. ET liba:a libaminibus:ſeu libando ab ipſo libero. QVOD pars:liborum.ſ. INDE a libationibus. DATVR ſanctis focis:offertur aris:ideo Varro oſtendit liba dicta:quod libandi cauſa fiunt. Fictores dicti a fingendis libis:& Saturnio in carmine Libaq; fictores argeos:& tutulatos. Libum panis genus erat & melle infundebatur: ſed plura diximus in.i.li. LIba:ita ut diximus infuſa melle. FIVNT deo:hoc eſt ipſi Baccho. Quia idẽ:bacchus. GAVDET dulcibus ſuccis:hac cauſa liba baccho offeruntur:quia dulces ſucci & liquores illi grati ſunt. ueluti mella quæ ipſe adinuenit.ideo ħ. ET ferunt:dicunt. MELla reperta a baccho:quaſi mellis inuentionẽ i.lib.diximus.id nunc poeta ipſi deo aſcribit. Refertq; iocoſam ſpleni fabulam:cum auidus edendi mellis:crabronum aculeis eſt infixus:& pro medela luto delinire uultum iuſſus eſt. IBat:bacchus. COmitatus ſatyris:q ſunt eius comites:ut in primo diximus. AB hebro arenoſo:hebrus thraciæ flu.prope Aenon urbem in mare ægeum influit. Noſtra fabula:quam nunc referemus. NON habet ingratos iocos:ſed gratos. IAMq; erat uentum:iam uenerat ad. RHOdopen:rhodope mõs eſt thraciæ:ſic a rhodope regina thracum ibi ſepulta cognominatus. ET ad pangea flumina:ad fluuios e pangeo ſcaturienſes:pãgeum.n.thraciæ promontorium beſſis conterminum:& macedonie iunctum Plinius inquit:ad cuius radices fluit amnis mœſtus. Et in pangeo auri: & argenti fodias eſſe teſtatur herodotus. MAnus comitum:ſatyrorum & menadum & cæterorum: qui bacchum comitantur. AERIferæ:geſtantes tam cymbala:quam ærea inſtrumenta:quibus colliſis tinnitus ederetur. CONcrepuere:inſonuere:ut eſt illud Horatii. Quis poſt grauem militiam:aut pauperiem increpat: qui locus in eam ſignificationem a nonio adducitur. ECce uolucres nouæ:apes illis tunc ignotæ. ACtæ tinnitibus:ſonitibus qui fiunt ex æris uerberatione. COeunt congregauerunt. ET apes ſequuntur æra:æris tinnitum. QVO mouent ſonitus:quaſi quo fient tinnitus æris eo ſequuntur & apes:& totus ħ a Vir. locus in.iiii. geor. Nunc age naturas apibus quas Iuppiter ipſe Addidit expediam:pro qua mercede canoros Curetum ſonitus:crepitantiaq; æra ſequutæ dicteo cœli regem pauere ſub antro & paulo ante:cum tradit quo pacto egreſſæ ex aluearis apes reuocentur:ſic inquit. Hinc ubi iam emiſſum caueis ad ſidera cœli nare per eſtatem liquidam ſuſpexeris agmen:Obſcuramq; trahi uento mirabere nubem. Contemplator aquas dulces & frondea ſemper. Tecta petũt:huc tu iuſſos aſperge ſapores: Trita meliſphylla:& cerinthæ nobile gramẽ: Tinnituſq; cie: & matris q̃ te cymbala circũ. Ipſe cõſident medicatis ſedib⁹:ipſe ĩtima:more ſuo ſeſe ĩ cunabula cõdẽt. Sic Ouidius hoc in loco ſequutus tinitus inqt:& cauo trũco cõditas:cũ id muneris baccho uelit aſſignari. LIber:bacchus. COLligit errãtes:eas ſcilicet apes tinitus ſequutas. ET claudit in arbore inani:uacua hoc ẽ in cauo arboris trũco.ſiue ĩ ipo

alueario. ET habent præmia mellis inuenti:habent laudem inuentionis mellis.nam uere laudes ſunt uirtutis præmia. VT ſatyri qui deguſtauerant mella:capiti ea dulcedine:inquirebant per ſiluas:ſi ea in cauis arboribus inueniſſent:Sylenus:putauit ea inueniſſe:cum aduerteret faui ſimilitudinem:eo tacitus acceſſit Crabrones:& ueſpæ infixere illi aculeos. VT poſtquam. *Satyri*:qui liberum patrem comitantur. ET lenis ſenex: *Sylenus* de quo plura in primo. TETIgere ſaporem:guſtauere ſaporem mellis. Querebant fauos:flauos flauentia mella. PER omne nemus:per omnis ſiluas. SENEX: *Sylenus* audit ſtridorem. EXAMInis: hoc eſt apes ſtridentis:uel quas ipſe apes putauit:cum eſſent Crabrones:& ueſpæ. IN VLmo exeſa:caua quam uetuſtas exederat. ASPIcit & ceras:nam & ueſpæ componunt inanes ceras ad ſimilitudinem faui. ET DISSImulat:quia uidebatur non uidiſſe:ne alii quoq; aduerterēt. ET VT piger:quia ſenex. RESIdebat tergo aſelli pandi recurui:ſedebat in curuo tergo aſelli. APPLIcat hunc:aſellum. VLMO & cauis corticibus:non enī deſcendit ex aſello:ſed cum eo ad ulmum acceſſit: & arborem ipſam aſcendit. IPSE NIXus:innixus arboris trunco. CONſtitit ſuper ramoſo ſtipite:ſuper ipſo trunco. ATq; auide:cum auiditate. PEtit mella condita:quæ ipſe illic eſſe exiſtimabat. TRVNco:ipſius ulmi. COeunt crabronum milia: quaſi innumeri crabrones conueniunt. ET defigunt:deorſum infigunt.

Spicula defigunt, oraq; prima notant:
Ille cadit præceps & calce feritur aſelli.
Inclamat ſocios, auxiliumq; rogat:
Concurrunt ſatyri turgentiaq; ora parentis
Rident, percuſſo claudicat ille genu:
Ridet & ipſe deus, limūq; inducere monſtrat
Hic paret monitis, & linit ora luto:
Melle pater fruitur, liboq; infuſa calenti:
Iure repertori ſplendida mella damus:
Fœmina cur præſtet, nō eſt rationis opertæ:
Fœmineos thyrſo concitat illa choros:
Cur anus hoc faciat quæris: uinoſior ætas:
Hæc erat & grauidæ munera uitis amat:

ANT. FAN. ❡SPICVLA:aculeos quibus affixis excitatur dolor & tumor. LImumq; inducere monſtrat: Vt intuentes Sileni faciem luto oblitam mouerentur ad riſum: perſuaſit Sileno ut ad tollendum dolorem timoremq;,ori & capiti limū induceret:q̄uis legi apud ſcriptores ac medicos probatiſſimos luti genus mederi eiuſmodi morſibus & hauſtum cum uino & illitum cū aceto. SPLENdida mella:Electa & pura qualia ſacris adhiberi oportet. FOEmina cur præſtet:Si quæris cur ī Feſto Bacchi fœmina potius q̄ uir populo liba ſuppeditet:ratio in promptu eſt:quia fœminarum ac menadū greges Bacchum ſequebantur quas thyrſos gerentes deus concitabat. Conſtat.n.bacchum teſte Diodoro peragrantem orbem duxiſſe exercitum non uirorum tantum:ſed etiā mulierum. Vnde in multis Greciæ ciuitatibus cum trieteria aduenissent mulieres in unum conueniebāt & uirgines thyrſos gerētes Liberum patrem hymnis & cantibus uenerabant. CVr anus hoc faciat quæris:Quia uino ſenectus & gaudet:& indiget ut lacte infantia: diciturq; uinum lac ſenis.

PAV. MAR. ❡SPICVla:aculeos. VER tice nudo:inudato: & detecto ſileni capite. ET notant: ſignant aculeis: quem ſubitus tumor ſequitur. PRIMa ora:uultum ipſum in ſuperficie. CRAbrones ex mulis: Veſpæ ex aſinis: fuci ex equis:apes ex bubus naſcuntur:& de hiis quoq; in primo. ILLE:ſylenus. CADIT præceps. decidit ex arbore cum capite deorſum. ET FEritur calce aſelli:aſellus ſyleni caſu exterritus illius genu calce percuſſit.

INCLAmat ſocios:ut ei ferant opem. ET AVxilium rogat:rogando petit:ut ipſi ſuccurrantur quia tollere ſe humo non poterat. SATYri concurrunt ad clamorem ſyleni. ET RIdent ora turgentia:uultum iam tumefactum Crabronum ſpiculis infixis. PARENtis:ipſius ſyleni ſenioris. ILLE ſyl. CLAVdicat genu percuſſo:quod calce percuſſerat aſellus. RIDET & ipſe deus:bacchus. Non ſine artificio fabellas huiuſmodi immiſcet poeta:quoniam ut in primo diximus:ſacra & feſta bacchi ioco & riſu abſoluebantur: ſeruat & ipſe mortem in ſacrorum deſcriptione:fabellas immiſcet:quæ riſum moueat. ET monſtrat bacchus. INDVcere limum:lutum hoc eſt ſuperponere ori tumenti lutum:Hic:ſyl. PARET monitis:facit quod ille monuerat: & linit ora luto:ut augeret riſum delinit ille uultum luto. PATER:liber ipſe. FRVItur melle:redit ad propoſitum:quod mella Baccho libantur:nam eius eſt inuentum:ideo fruitur hoc eſt ueſtitur melle cuius uſum adinuenit. IVRE:merito igitur Damus offerimus:Mella ſplendida:nitentia. INFVſa libo:de quo agebamus.

CALENti:nam tunc plus mellis haurit. Repertorii baccho merito liba calentia melle infuſa libero patri offeruntur:cui mellis inuentio aſſignatur:& a quo libamina ipſa dicuntur. FOEmina cur fœmina potius q̄ mares:huic liborum muneri præpoſita ſit. EAMq; rationem affert quod ſecum bacchus puellas comites ducat tyrſum ferentis:& in græcia in feſtis trierhericis:& in orgiis mulieres conueniunt cum tyrſis:& in choreis bacchantes. NON eſt optæ:ſed aperte:non occultæ:ſed manifeſte rationis. CVR preſit fœmina: cur fœmina ſit:quæ ad liba populum uocet. ILLE:bacchus. CONcitat:commouet. TYRſo quæ eſt haſta pampinis inuoluta. CHOros fœmineos:quo ſecum ducit.nam Ducebat Menadas:ut Diodo.inquit. CVR anus: nunc illic quærit cur potius uetula:q̄ adoleſcentula:id faciat ratio eſt:q; anus plus appetit & plus uini haurit: q̄ adoleſcentule.illa enim ſenilis ætas cum ſit effeta & parum ſanguis habeat & ob id frigeat. uino alit calet & uires ſuſcipit.unde in prouerbio eſt uinum eſſe lac ſenum. Tu quæris cur anus:uetula. FACIat hoc.i. præſit libis. HAEC æ.ſe.ſ. ERAT ui.magis hauriens uini:& ſic magis ebria. ET.a.mu.ui.gra.amat uina & uuas. quæ e grauida uite leguntur. unde uinum exprimitur. VITIS gra.per tranſlationem a prægnantibus:quia quoq; fetum uitis parit.

ANT. FAN. Hedera baccho gratiſſima

¶CVR hedera hæc cincta eſt. oportebat eandem anum cinctam hedera liba populo miniſtrare. HEdera eſt gratiſſima bacco: Ouid. in primo triſtium De me meis hederas bacchica ſerta comis. Hac Alexander coronato exercitu ex India rediit exemplo liberi patris: ut ſcri. Ply. cuius dei thyrſos galeas & ſcuta thraces hedera ornabant in ſolẽnibus ſacris: quam mirum eſt (ut idem inquit) ullo in honore habitam eſſe cum ſerpentium frigori ſit gratiſſima & inimica omnibus ſatis: hic eſt ꝙ eam Plutar. tradit hominibus inutilem eſſe ſterilemqꝫ: ac non temere in ædibus ali innaſciqꝫ permiſſam. Sciendum apud lacedæmonios ſimulachrum liberi patris coli ſolitum haſta inſigne non thyrſo: cuius mucro hedera tegebatur: ut ſcribit Macrob. quod oſtendebat impetus belli uinculo quodam patientiæ obligandos habet enim hedera uinciendi obligandiqꝫ naturam Ea in tutela liberi eſſe putabatur autore Feſto quia ut ille iuuenis ſemper ita hæc uiret: uel quia ita omnia ſicut ille mentes hominum alligat. Dicta eſt autem hedera ꝙ hæreat: uel ꝙ edita petat: uel quod id cui adhæſerit edat. Bacchi ſimulachrum cornua geſtabat: ut dixim⁹ uel ut proteruitas ſignificaretur & contumacia: uel quod (ut Diodo. ſcri.) ferunt ammonem Bacchi patrẽ uſũ in bello galea cuius inſigne fuit Arietis caput. Vnde & Bacchæ cornua ſumebant & ceratophori dicebantur. PVerum quirente nouer. Hanc frondem cuius &c. Iunone bacchum infantem querentẽ ut perderet: ferunt Iouem eum dediſſe Mercurio deferendum ad antrum Nyſæ urbis arabiæ cuius ſupra meminimus ubi a nymphis ſummo ſtudio educatus eſt: quas autor hic fabulatur oppoſuiſſe Iunoni frondem hædere cunis infantis ac arbore circũſeptis.

Hedera unde appellatur.

Cur hedera hæc cĩcta ẽ: hedera gratiſſĩa bac-

Hoc quoq; cur ita ſit, dicẽ nulla mora ẽ: co

Nyſiades nymphas puer ꝗrẽte nouerca

Hanc frondem cunis oppoſuiſſe ferunt:

PAV. MAR.

¶CVR hedera cincta eſt quærit hederæ cauſam: nam anus illa hedera cingitur: & menades: & quæcunqꝫ baccho ſacrificantes hedera utebantur: poeta originem moris aucupatur ab incunabulis bacchi: quoniam nymphæ: quæ educabant cuna hedera: ne puer a Iunone uideretur. Verum pro corona liber pater eſt uſus hedera ad cuius exemplum: ut inquit Ply. Alexander hedera exercitu coronato uictor ex india rediuit: ſed ut Plut. oſtendit flaminem dialem committere piaculum ſi hederam attigiſſet: nec iter ĩde facere poſſe: ubi umbraculum aut arbuſtum: deſuper promineret: & ſubdit rationes. An hoc ſimile ei eſt quod dicitur. De curru non eſſe: phœnici non inſidere: ſcopam non tranſcendere: non quod hæc Pythagorici uitant. Sed quod per hæc ab aliis deterreant Nam quod ſub uitem ingredi prohibent: ad uinum referebant: quod ſacerdoti ebrium fieri nefas eſſet. Temulentis enim uinum ſupra caput eſt: & deprimuntur omnes ebrii: & humiles fiunt: cum hanc ipſam uoluptatem uincere oporteat. non ab ea uinci. Hederam uero tanq̃ ſterilẽ: hominibus inutilem: & propter fragilitatem adminiculo alterius ſemper egentem: umbra ſolum ac uiriditate oculos capientem: non temere in ædibus alii atqꝫ innaſci permiſerunt. Quicqꝫ quæ plantes complexa maxime noceret: nec ſolo extirpari facile poſſit: quo fit: ut cœleſtium templis penitus amoueatur. Nec in æde palladis athenis: ac thebis quiſq̃ facile hederam uideat. Nocturnis uero ſacris. & bacchanalibus adeſt. An & hoc quoqꝫ miſticum quoddam ſignum erat: ut a Thyaſis ac reliquis bacchanationibus abſtinerent; Namqꝫ bacchicis furoribus mulieres correptæ fuerĩt: ad hederam ſtatim feruntur: & abreptam manibus diuellunt. Dentibus lacerant: ut non omnino incredibilia dicere uideantur qui aſſerunt hederam: quod ſpiritum habeat: quo mentes in furorem concitet: & loco moueat. Ebrietatem abſqꝫ uino inducere: & hylares eos reddere: qui in furorem procliues fuerint &c. Cur anus ipſa eſt cincta hedera: cur eo die ſe hedera cingit: & coronam fert ex hedera rationem mox ſubiungit. Hedera eſt baccho gratiſſima: ſed quare gratiſſima. Nulla mora eſt dicere: non retardabor in dicendo hoc quoqꝫ cur ita ſit: cur longe gratior cæteris frondibus. FErunt: dicunt. NYMphas nyſiades: a nyſa urbe arabiæ: quibus ab Ioue nutriẽdus eſt datur puer.

OPPOſuiſſe hanc frondem cunis: quaſi texiſſe cunas ubi puer iacebat hedera. QVERente nouerca: dum querenet priuignum Iuno: quæ eum perdere uolebat. REſtat ut inueniam: ſecunda pars propoſiti. Eo bacchi feſto menſe martio: adoleſcentes nobilium filii relicta prætexta uirilem togam ſumebant: cauſas eas affert: uel quod adoleſcens bacchus fugeretur: uel quod pater dicatur: iure a patribus illi filios commendari: uel quia liber eſt. In eius feſto libera accipienda toga: uti & illis liberior uita permittitur: uel quod tum maxime dabatur cum rei ruſticæ ueteres incumbentes urbem in feſto bacchi repetebant: quo adeſſent. & eo die pueris toga daretur. Verum ut rem altius repetamus: prætexta & bulla erant illuſtrium puerorum ueſtes: quarum altera magiſtratuum: altera triumphantium erat. De quo uectius apud Theodoſiũ hæc inquit. Tarquinius priſcus: quem lucumonem uocitatum ferunt: rex tertius ab hoſtilio. Quintus a Romulo: de Sabinis egit triumphum. Quo bello filium ſuum: annos quatuordecim natum quod hoſtem manu percuſſerat: & pro concione laudauit & bulla aurea: prætextaqꝫ donauit inſigniens puerum ultra annos fortem præmiis uirilitatis & honoris. Nam ſicut prætexta magiſtratuum: ita bulla geſtamen erat triumphantium: quam in triumpho præ ſe gerebant: incluſis intra eam remediis: quæ crederent aduerſus inuidiã ualentiſſima. Hinc deductus mos ut prætexta & bulla in uſum puerorum nobiliũ uſurparentur: ad omen ac uota conciliande uirtutis ei ſimilis: cui primis in annis: munera iſta ceſſerunt. Alii putant eundem priſcũ: cum is ſtatum ciuium: ſolertia prouidi principis ordinaret: cultum quoqꝫ ingenuorum puerorum iter præcipua duxiſſe: inſtituiſſeqꝫ: ut patricii bulla aurea: cum toga: cui purpura prætexitur: uterentur dun taxat illi quorum patres curulem geſſerant magiſtratum. Cæteris autem ut prætexta tantum uterentur indultũ.

*Sed* uſqꝫ ad eos:quorum parentes equis ſtipendia iuſta meruiſſent.Libertinis uero nullo iure uti prætextis licebat.Ac multo minus peregrinis:quibus nulla eſſet:cum romanis neceſſitudo.*Sed* poſtea libertinorũ quoqꝫ filiis prætexta conceſſa eſt:ex cauſa tali:quam.M.Lelius augur refert:qui bello punico ſecundo duũ uiros dicit ex ſenatuſconſulto:propter multa prodigia libros ſybillinos adiſſe:& inſpectis his nunciaſſe in capitolio ſupplicandum:lectiſterniumqꝫ ex collata ſtirpe faciendum ita ut libertine quoqꝫ quæ longa ueſte uterentur:in eam rem pecuniam ſumminiſtrarent.Acta igitur obſecratio eſt.pueris ingenuis:itemqꝫ libertinis:& uirginibus patrimis:matrimiſqꝫ pronuntiantibus carmen.Ex quo cõceſſum:ut libertinorum quoqꝫ filii qui ex iuſta dumtaxat matrefamilias nati fuiſſent:& totam prætextam:& lorum in collo pro bullæ decore geſtarent.Verrius flaccus ait cum populus ro.peſtilentia laboraret:eſſetqꝫ reſponſum id accidere:qđ dii deſpicerentur:Anxiam urbem fuiſſe:quia non intelligeretur oraculum.Eueniſſetqꝫ ut circenſium die puer de cœnaculo pompam ſuperne deſpiceret:& patri referret:quo ordine ſecreta ſacrorum in arca pilenti compoſita uidiſſet:qui cum rem geſtam ſenatui nuntiaſſet.Placuiſſe uelari loca ea:qua pompa ueheretur. Atqꝫ peſte ſedata:Puerum qui ambiguitatem ſortis abſoluerat:togæ & prætexte uſum munus impetrauiſſe.Vetuſtatis peritiſſimi referunt in raptu ſabinarum:unam mulierem nomine Herſyliam:dum adhæret filiæ ſimul raptam:quam cum Romulus hoſto cuidam ex agro latino:qui in aſylum eius confugerat:uirtute conſpicuo uxorem dediſſet:nam natum ex ea puerum:anteq̄ alia ulla ſabinarum partum ederet. Eumqꝫ quod primus eſſet in hoſtico procreatus hoſtum hoſtilium a matre uocitatum:& eundem a Ro.bulla aurea:ac prætextæ inſignibus honoratum.Is.n.cum raptas ad conſolandũ uocaſſet:ſpopondiſſe fertur:ſe eius infanti:quæ prima ſibi ciuem romanum eſſet nixa:illuſtre munus daturum.Nonnulli credunt ingenuis pueris attributum:ut cordis figuram in bulla:ante pectus annecterent:quam inſpiciẽtes:Ita demum ſe homines cogitarent:ſi corde prædarent. Togamqꝫ prætextam his additam:ut ex purpure rubore ingenuitatis pudore regerentur.De bulla autem Plutar.prob.Cicero cur pueros monilibus quæ uocant bullas exornant.An honoris raptarum cauſa:ut alia multa:ſic & hoc conſtitutum eſſe uoluerunt:his quos ex eis ſuſcepiſſent.An Tarquinii uirtutem honorandam putarunt.ferũt.n.Tarquinium cum puer adhuc eſſet in prælio aduerſus latinos:& etruſcos:in hoſtes impetum feciſſe:cũqꝫ ex equo defluxiſſet excepto hoſtium impetu:romanos confirmaſſe:hoſtibus in fugam cõuerſis.Cum pluſq̄.lx.milia hoſtium eo prælio cecidiſſent:hoc a patre:& rege decoris inſigne accepiſſe.An apud maiores noſtros ſpecioſum ſeruum donare:turpe. Non exiſtimabatur:quemadmodum nunc quoqꝫ comediæ teſtimonio ſunt.Pueris autem liberis uæhemẽtius abſtinebant:ac ſi forte accideret:ut in pueros nudos inciderent:ne ambigerẽt:hoc inſigne liberi ferre conſueuerunt.An uel ad moleſtiam conſeruandam:hoc etiam pertinet & intemperantiæ:ac flagitii frenũ eſt cum uirum agere eos pudeat anteq̄ pueritiæ inſignia deponant.Nam quod Var.ſcribit ueriſimile non eſt:cum æoles bullam boliam proferant.Hoc conſulis inſigne pueros indui ſolere.*Sed* uide ne hoc quoqꝫ propter lunam ferant:nam lunæ figura:cum plenilunium eſt non globoſa eſt.*Sed* lentis formam oſtendit:& quemadmodum opinatur empedocles illud etiam:quod ſubiectum eſt:non modo quod apparet.Hæc diximus de bulla ſi prætexta:qua ratione pueris datæ ut intelligeretur.In adoleſcẽtia uero relicta prætexta:uirilem togam ſumebant:ea erat liberior ueſtis pro liberiore ætate.Inde in triſtibus:liberior fratri ſumpta:mihiqꝫ toga. Ea.ſ.ratione:ꝙ puerilia omnia deponerent:& uirilia induerent:eſſentqꝫ uitæ liberioris:ſed ad poetam redeamus.

Reſtat ut inueniã quare toga libera detur:
Luce geris pueris candide bacche tuis:
Siue ꝙ ipſe puer ſemper iuueniſqꝫ uideris:

ANT. FAN. ℭQVAre to.li.de.Luce ge.pu can.bac tua:mos fuit apud romanos:ut nobiles adoleſcentes in feſto liberi patris cum ætas poſtularet depoſita prætexta uirilem togam induerent:quod genus ueſtis a tegẽdo dictum ut autor eſt Var.ueteres ad calceos uſqꝫ demittebãt:ſicut græci pallium teſte Quinti. qui miratur ſcripſiſſe Ply.ſecundum Cicero.id facere ſolitum uelandarum uaricum gratia. Fuit autem iuſta togæ menſura ſex ulnaꝝ:ut ait Porphy.q̄ ueſtẽ induit Virg.auct.Ser.cũ eſſet annoꝝ.xvii.& Augu:Cæ.(ut ait Sueto.)libris ſenatoꝝ ꝑtinus ꝑmiſit induere ut celerius reip.aſſueſcerẽt.Sed utebant̃ pueri anteq̄ uirilẽ ſumerent togã alii prætexta tñ:quæ olim regũ & magiſtratuum fuit:ut Diomedes grãmaticus ſcribit. Alii toga ꝑtexta patricii dũtaxat atqꝫ hi quoꝝ patres currulẽ magiſtratũ geſſiſſent:ut ait Macrob.Id autem amictus genus:cui purpura ꝑtexebat̃:ut ex eius rubore pueri ingenuitatis pudore regerent̃ ab.A.Gel.toga dicit̃.Virilis uero toga ideo libera dicit̃ unde eſt illud Propertii.Ante deos libera ſumpta toga es:quod q eã induiſſent liberius uiuerent.Statius in ſiluis.Quẽ non corrũpit pubes effrena nouæqꝫ libertas properata togæ.Poſtea uero toga in uſum uenit paupeꝝ tñ ut quibuſdã placet:quos interdũ Martialis togatos uocat & fœminæ adulterii conuictæ cogebant̃ togatæ in publicũ procedere:ut ſcribit Porphyrio.*Sumebant* aũt pueri togam uirilẽ in feſto liberi patris ob ætatis cõuenientiã:quæ pueris eſt iam maturis togæ ſumendæ cũ hoc deo:cuius ætas media dicitur inter pueritiã & iuuentam:uel ut cõmendarentur a parentibus libero:quem Romani patrẽ uocant:ut quos pedagogi cura deſtituit numinis tutela ſuſciperet:uel ꝗ dicere uidebatur in feſto liberi patris ſumi ab his liberã togam q̄ liberioris uitæ iter ingrederent̃:uel ut adoleſcentiũ frequentia ludis liberalibus nõ deeſſet cũ ad eos multi nõ religione ſed togæ ſumendæ ſtudio conuenirẽt.De ꝑtexta toga ꝑtexta & bulla pueroꝝ lege Macrobiũ:Conſtat aliq̄n togã anno.xxiiii.ſumi ſolitam.

PAV. MAR. ℭREſtat:ſupereſt. VT inueniã q̄re det̃ toga libera:q̄ rõne liberior ueſtis det̃. PVeris:adoleſcẽtib⁹:nõ

Viril ẽ togam ĩduebãt ĩ feſto bacchi

Togæ mẽſura prætexta

Toga libera.

enim ni pueriſi ætate:ſed iñ adoleſcentia dabatur.O candide bacche tuis luciferis: tuis feſtis. SIVE quod ipſe puer:uel quod ſemper tu uideris adoleſcens. SEMper iuuenis:ex his duabus ætatibus: hoc eſt puero & iuuene:erit adoleſcens:quia nec penitus puer:nec omnino iuuenis.

Et media eſt ætas inter utrũq; tibi:
Seu qa tu pater es:patres ſua pignora natos:
Commendãt/curæ/numinibuſq; tuis:
Siue q: es liber:ueſtis quoq; libera per te
Sumitur:& uitæ liberioris iter:
An quia cum colerẽt priſci ſtudioſius agros:
Et faceret patrio rure ſenator opus:
Et caperet faſces a curuo conſul aratro:
Nec crimen duras eſſet habere manus:
Ruſticus ad ludos populus ueniebat ĩ urbẽ:
Sed diis/non ſtudiis ille dabatur honor:
inventor
Luce ſua ludos uuæ cõmẽtor habebat:
Quos cum tædifera nunc habet ille dea:
Ergo ut tyronũ celebrare frequentia poſſet:
Viſa dies dandæ non aliena togæ eſt:
Mite pr̃ caput huc placataq; cornua uertas:
Et des ingenio uela ſecunda meo:

❡MEDIA ætas:adoleſcentia media inter pueritiam & iuuentam. SEV quia tu pater es:romani autore Macrobio Martem ac liberum unum eundemq; deum eſſe uoluerunt & utrũq; patris appellatiõe uenerati ſunt:ut diximus ſupra. Vnde illud eſt.Huc pater o leneæ ueni.Seruius.Pater inquit licet generale ſit omnium deorum: proprie tamen libero ſemper coheret: nam liber pater uocatur. SENator:ſenatores quorum manibus olim agri colebantur:ſed & conſules imperatoreſq; idem faciebant gaudente terra ut inquit Ply.uomere laureato. DIIS non ſtudiis:religioni ac deorum cultui non cupiditati & uoluptati. VVæ commentor:comminiſci a con & mente dictum putatur cũ ea finguntur in mente quæ nõ ſunt. Hinc eſt quod cum comminiſcẽtes noua excogitemus & inueniamus. Cõmẽtor hic pro inuẽtore ponitur. Quos cum tædifera nunc habet ille dea. Cerere cuius ſacerdotes cum facibus diſcurrebant ſicuti & dea ferat ad filiam indagandam. Papinius: Tuq; actea Ceres curſu cui ſemper anhelo uotiuam taciti laſſamus lampada myſtæ. Huius deæ ſacra romanos liberalibus coniunxiſſe aperte quidem autor oſtendit hoc loco:ſed & Virg.haud occulte q̃uis non intellectus a Seruio in primo geor.ut Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret Cui in lacte fauos & miti dilue baccho.Et latenter Claudianus qui bacchum ex adytis Cereris egredientem inducit.Bacchi nomina diuerſa ſunt a græcis ac latinis deducta uocabulis:quorum rationem ab aliis hoc tempore non male traditam ſilentio p̃terimus. TYronum:adoleſcentium:quãuis tyro eſt nouus miles.

ANT. FAN.

Comminiſci

Sacra Cereris liberalibus coniuncta

Tyro

PAV. MAR.

❡IDEO ſubdit & media ætas eſt tibi inter utrũq;:inter pueritiam & iuuentam ſic erit adoleſcentia: ergo quia adoleſcens bacchus fingitur:in eius feſto adoleſcenti toga datur. SEV quia tu pater es: uel quia liber pater diceris. PAtres commendant ſua pignora natos:hoc eſt ipſos filios. CVræ & numinibus tuis.tuo numini & tutelæ filii commendantur:iure eo quo pater diceris. SIue quod es liber: quia a libertate tu liber diceris:& ſub tuo patrocinio ſunt:urbes & populi:quibus tu autor es libertatis. VEſtis quoq; libera: toga ipſa liberior. SVmitur per te:hoc eſt per libertatem tuam cui tu quidem præes:& ſumitur iter uitæ liberioris:nam tum primum illa ætas:ſuccumbere pedagogo deſinit:& paternam quoq; renuit diſciplinã. AN quia cum priſci ueteres ipſi. COlerent agros ſtudioſius.maiore diligentia:& cura rem ruſticã exercent:& Senatus:ipſi ſenatores. FAceret opus:proſcinderet terram offenderet ſereret:& quod in primo li. dixerat:Paſcebatq; ſuas ipſe ſenator oues:& Ply.inquit: & ipſorum tunc manibus imperatorum colebant agri. RVre patrio:agello paterno. ET cum conſul caperet faſces:inſignia magiſtratus. ACVruo aratro:dum proſcinderet agrum:ut eſt illud Plynii ſerentem inuenerunt dati honores:ſacrarum:unde cognomen Aranti quatuor ſua iugera in uaticano:quæ prata quintia appellantur cincinnato uiator attulit dictaturam:ſed plura in.i.lib.in eo uerſu Iura dabat populo poſito modo conſul aratro. NEC eſſet crimen:quaſi non haberetur turpe. HAbere manus duras:duratas aſſiduo labore agricolationis. POpulus ruſticus:qui ruri erat. VENIEbat in urbem ad ludos:diebus feſtis urbem repetebat ex agris:ut ludis ĩtereſſet. SED ille honor:ludorum.ſ.& ſolẽnis celebritatis. DAbatur diis non ſtudiis:quaſi celebrabant diem feſtum in honorem deorum immortalium:non ad explenda deſideria illorum:qui tunc in urbem redibant: & ſi ueniebant:ut ludos illos uiderent:tamen non deorum cauſa:ſed deorum immortalium exhibebantur.

COMmentor uuæ:bacchus:qui ex uuis uinum exprimere:& ſeruare in uſum docuit: nam commentum dicimus fictum:ut in meta.commentaq; funera narrat.i.ficta & commentum aliquem in aliquid dicimus cum multa fingit:& componit.quæ pertineant ad illud aperiendum:& dilucidandum. SIC commentorẽ uuæ bacchum dicemus:qui occultum in ea fructum aperuit:& rationem oſtendit. HABEbat ludos ſua luce:ſuo die feſto exhibebantur ſibi ludi. QVos nunc ipſe habet cum tædifera dea:qui hoc tempore ſibi: & cereri ſimul eduntur.Prius.n.ſoli baccho fiebant:poſteritas illos cum cerealibus iũxit:nec ab re cũ Dionyſius ſecundus cereris filius creditus ſit:ipſaq; ceres tædifera dicitur:quod tæda accenſa:filiam proſerpinã quærebat.Sacerdoteſq; eius tæda quoq; ſacra celebrabant:unde appellati ſũt λαδᾶυχοι.a λαδαλοσ quod eſt tæda ἔχω habeo.Ergo ut frequentia tyronum:ut multitudo adoleſcentium frequens ex agris in urbem redeunt. POSſit celebrare:celebrem reddere diem. DIES:hæc.ſ.qua feſtum bacchi celebratur.

NON eſt uiſa aliena:ſed conueniens. DANdæ togæ: qua toga adoleſcenti daretur. TYRonum: dixit per tranſlationem a nouis militibus: nam tyro nouus miles: ſic eos adoleſcentes tyrones uocat. MITE caput: bacchum præcatur: ut faueat: quo fauente eius nomine cœptum opus proſequatur. O pater: o liber o bacche. VERtas huc: ad me. CAput mite: lene & benignum. ET cornua placata: non tumida: nõ irata: ſed quieta: & lenia. Et des uela ſecunda ingenio meo tranſlatio a nauigantibus: hoc eſt aſpirato meo ingenio: quo proſpero curſu proſequar: & ad finem deducam inchoatum opus.

Itur ad argeos qui ſunt ſua pagina dicet:
Hac ſicut memini: prætèritaq; die:
¶ Stella lycaonia uergit decliuis ad arcton
Miluius: hæc illa nocte uidenda uenit:
Quid dederit uolucri, ſi uis cognoſcer̃ cœlũ:
Saturnus regnis a ioue pulſus erat:
Concitat iratus ualidos tytanas in arma:
Quæq; fuit fatis debita tentat opem:
Matre ſatus terra monſtrũ mirabile taurus:
Parte ſui ſerpens poſteriore fuit:
Hunc triplici muro: lucis incluſerat atris:
Parcarum monitu, ſtyx uiolenta trium:
Viſcera qui tauri flammis adolẽda dediſſet:
Sors erat, æternos uincere poſſe deos:

ANT. FAN. ¶ ITVR ad argeos: Numa pompilius multa loca: ut Liuius ſcribit ſacris faciendis dedicauit: quæ argeos pontifices uocabant: quos Varro dictos putat a principibus qui cum Hercule argiuo uenerũt romam: & in ſaturnia ſubſederunt: de quibus ſuo loco plura dicemus. Ad eos flaminica dialis cũ iret nec capillo depexo: ut apud. A. Gel. legimus in his locis &.xvi.&.xvii. calendas Apriles Romani rem diuinam faciebant. STELla lycaoniam uergit decliuis ad arcton miluus. Hæc ſtella.xv. calen. aprilis oſtenditur italiæ teſte Plynio: quam quidam dicũt hoc tempore cum libra in ortum chronicum tolli. Miluus autem auis (ut idem autor ſcribit) e genere accipitrum eſt: quæ quis rapaciſſima ſit ac ſemper famelica nihil tamen eſculenti unquam rapuit ex funerum ferculis: nec Olympiæ ex ara. Eadem flexibus caudæ uidetur docuiſſe gubernandi artem in mari: quæ in cœlum tranſlata (ut autor hic fabulatur) uergit ad ſeptẽtrionem & in ortum fertur: ut Ouid traditur hoc loco xv. calen. apriles. IRAtus: Saturnus infeſtus Ioui qui eũ, regno deiecerat. VALidos titanas: gigantes. Hos (ut ait Ser.) irata terra aduerſus deos creaſſe dicitur in ultionem. Vnde & titanes dicti apotis tiſeos: ideſt ab ultione. Alii aliter fabulantur. TENtat opem: ut imoletur taurus monſtroſus terræ filius: cuius mactator poterat uincere deos immortales. Lege fatorum ſi adoleret eius monſtri uiſcera.

Argeos

Miluius orit. xv. calẽ. apri.

Miluius

Titanes

PAV. MAR. ¶ ITVR ad argeos: eodem die: quo bacchi ſacra ſolẽnia fiunt: & die qui præceſſit: itur cum pompa ad tẽplum caſtoris & pollucis: de quo templo diximus circa finem primi libri. ITVR cum pompa. ſ. AD argeos. ad argeorum hoc eſt laconicorum deorum templa: Verũ & Varrone & Pompeio teſte Argeos uocabant ſcyrpeas effigies: quæ per uirgines ueſtales iaciebantur ſingulis annis in tybrim: de quo dicemus in quinto lib. & Argea: ut Pom. aſſerit loca romæ appellantur. quod in his ſepulti eſſent: quidam argiuorũ illuſtres uiri: hoc autem in loco poeta de Caſtore & Polluce intelligit: uel ab argis: ſeu ab ipſis argeis: nam ut arbitror: ipſa loca ubi poſtea conſecratum fuit ſacellum horum numinum apud aquam iuturnam appellata fuere argea. Nam ad radices pallantii. QVI ſunt argei. ſ. DIcet ſua pagina: ubi inſcripta ſunt feſta ſtata. Nam in uetuſtiſſimis monumentis: inſcriptio huius diei eſt: pompa ad templum caſtoris: & pollucis duobus continuis diebus. Sic dicet ſua pagina ubi eſt ea inſcriptio: & inferius quoq; repetet ipſorum deorũ nomina. ITVR hac die & præterita: quia. xvii. &. xvi. calen. apri. SIcut memini: hoc dixit: quia erat in ponto: & diu non interfuerat his feſtis. ideo ſicut memoria repeto. STella lycaoniam: ea nocte quæ ſequitur oritur miluus: & Ply. inquit miluum italiæ oſtendit. xv. calen. april. Sic a poeta non diſcrepat ſtella eſt in ſeptẽtrionali parte cœli: cuius fabula hæc refertur. Saturno ab Ioue pulſo: titanes ioui bellum intulerunt. Pepereratq; terra horrendum monſtrum anteriore parte taurũ poſteriore anguem. Quod ita monentibus parcis ſtygiis eſt aquis intercluſum. Cũq; fatum eſſet: qui beluæ adoleuiſſet exta: deorum imperio potiturum briareus mactauit. AT miluius exta ioui rettulit: pro quo beneficio iupiter inter aſtra collocauit. MILuius ſtella: quem in ſtellam mutauit iuppiter. VERgit decliuis: prona ſeſe inflectit. AD arcton lycaoniam. ad urſam lycaonis filiam: de qua in ſecundo. Hæc ſtella. VENit uidenda illa nocte: quæ diem pompæ ſequitur ea quidem nocte ſe oſtendit. SI uis cognoſcere: ſcire cupis. QVIS dederit cœlum uolucri: quis miluium inter aſtra collocauit. SAturnus erat pulſus regnis: a ioue Iuppiter filius patrẽ regno deiecit inde eſt apud Vir. arma iouis fugiens: & regnis exul ademptis. IRatus: Saturnus. CONcitat in arma: in bella contra iouem. VALidos titanas: fratres ſuos. ſed poeta intelligit de gigantibus in ſubſequenti libro de titanibus agemus. Et tentat opem: auxilium: Quæ fuit debita fatis: quæ fatali neceſſitudine debeatur: illi maxime qui monſtri illius exta adoleuiſſet. tentauit ergo eam opem imolationis beluæ. FVIT ſatus matre terra taurus parte ſui: belua quæ antetiore parte erat taurus nata eſt ex terra per appoſitionem. MONſtrũ mirabile: hoc eſt monſtroſa belua admiratione proſequenda. POſteriora: parte. ſ. fuit. Serpens: incipiebat a tauro: & deſinebat in anguem. STix: inferna palus. VIOlenta: propterea: quod eſt irremeabilis unda. INcluſerat atris lucis: in obſcuris ſiluis. HVNC: taurum & anguem. TRIplici muro: triplici murorũ ambitu. a Marone locum accepit Mœnia lata uidet triplici circundata muro. MOnitu trium parcarum:

orit hic in ponto:—

ita parcis iubentibus quæ tres ſunt Cloto lacheſis atropos. Hæ quæ diſpenſant mortalia fila ſorores.
ERAT ſors:erat reſponſum. Vnde eſt hinc lycie ſortes. QVI dediſſet uiſcera tauri adolẽda flammis: qui taurum illum mactaſſet:& inteſtina cremaſſet:nam adolere interdum cremare eſt:ut uerbenaſqꝫ adole pingues: & maſcula thura. POſſe uincere deos æternos: ſuperare deos bello: & potiri eorum imperio.
BRIAreus:de quo Virg. Et centum geminus briareus.& Hora.centimanus gigas unus ex terræ filiis.

Immolat hũc briare9 facta ẽ adamãte ſecuri:
Et iamiam flammis exta daturus erat:
Iuppiter alitibus rapere imperat,attulit illa:
Miluius:& meritis uenit in aſtra ſuis:
¶ Vna dies media ẽ:fiũt cũ ſacra Mineruæ:

¶IMMOLAT huic briareus facta ex adamante ſecuri:briarenſi qui & ipſe monſtrum eſt monſtroſum animal domuit:terræ filius. *Sæpe enim* euenit:ut monſtrum monſtri opera & impii manibus occidant impiorum. Briareus ſecundum fabulas cẽtimanus fuit & ipſe eſt ægeon. Eſt autem inenarrabilis adamantis duritia:ut ait Ply. quod eius gemmæ nomen oſtendit:dictæ ab a particula priuatiua & ſamazo quod eſt domo cuius uis cum ferrum ignemqꝫ contẽnat hircino rumpitur ſanguine calido & recenti. IVPPIter alitibus rapere imperat. Recte dicimus impero tibi certare: & impero te certare. VNA dies media eſt & fiunt ſacra mineruæ.xiii.calen. aprilis. Quinquatrus mineruæ celebrantur dictæ autore Feſto ꝗ poſt diem quintum iduum celebrẽtur ut triatrus ſexatrus & ſimilia. Primus enim dies quinquatruum quintus poſt idus inuenitur. Quintum autem dicimus excluſis idibus non comprehẽſis ut ſæpe fieri conſueuit. *Sic* Ouid.ſupra tertia poſt idus lux eſt celeberrima baccho Vbi nixi.xviii.diem menſis acceperis primum quinquatruum diem non quintum ab atro:ſed quartum inuenies. Quinqꝫ autẽ diebus mos fuit quinquatrus celebrari quorum primus erat quidem expers ſanguinis ꝗ eo die Mineruam natam exiſtimarent:reliquis uero in harena gladiatores nudis enſibus pugnabant: ut Hæc eſt armiferæ feſtis de quinqꝫ mineruæ Quæ fieri pugna prima cruenta ſolet. Quo tempore(ut inquit Porphyrio) pueri ludis inſatiabiliter utebantur:& quidam teſte Plynio putandas generoſarum uitium pgulas tradiderunt. Sunt autem qui a quinqꝫ & atro quinquatrus uolunt nomen accepiſſe quod primum quinqꝫ feſtorum mineruæ quintum ab atro die ſit qui poſt idus inuenitur. *Sed his.* A.Gel. auctoritas reluctatur qui docet qnquatrus dictas ꝗ quinqꝫ ab idibus dierum numerus ſit:atrus uero nihil ſignificare:& eſſe nominis ſupplementum. Alii a quinqꝫ dierum numero quinquatrus:quod Pallas a romanis hoc tempore non uno tãtum die celebratur:ſed quinqꝫ coniunctis:quod non placet. Scire autem debemus nõ modo quinquatrus dici genere fœminino. Vnde eſt illud feſti. Minuſculæ quinquatrus appellabantur idus Iuniæ. Et illud Ciceronis ad.M.Cælium ita tumultuoſæ conciones ita moleſtæ quinquatrus afferebantur:ſed & quinquatria neutro Cornelius Tacitus: Vtqꝫ quinquatria quibus aperte eſſent inſidiæ ludis annis celebrarentur:& quinguatres quinquatrium uirili genere teſte Priſciano.

ANT. FAN.

Briareus

Adamantis duritia

Quĩquatria mineruæ. xiii. cal. apri. qnq̃trus

Quĩquatria

Quĩquatres

¶IMMOLAT hunc taurum.ſ. SECVRI facta ex adamante:ex lapillis inuiolabilibus quorum: ut inquit Plynius. Duritia inenarrabilis eſt ſimulqꝫ ignium uictrix natura:& nunq̃ incaleſcens. Vnde & nomen interpretatione græca indomita uis accœpit:& paulopoſt ſubdit. Siquidem illa inuicta uis duarum uiolentiſſimarum naturæ rerum:ferri igniſqꝫ contemptrix:hircino rumpitur ſanguine.ac ne aliter:quam recenti: calidoqꝫ macerata:& ſic quoqꝫ multis ictibus. Tunc etiam præterquam eximias incudes:malleoſqꝫ ferreos frangens:cuius hoc ingenio quoue caſu rẽpertum:aut quæ fuit coniectura experiendi rem immenſi ſecreti:& in fœdiſſimo animalium omnium:profecto muneris talis inuentio hominis eſt. Nec quærenda in ulla parte naturæ ratio:ſed uoluntas:ut cum fœliciter rumpere contingit in tam paruas frangitur cruſtas. ut uix cerni poſſint. Expetuntur hæc a ſculptoribus: ferroqꝫ includuntur. nullam non duritiam ex facili cauantes. HAEC diximus:ut credatur fieri poſſe ſecurim:immixto adamante. Tali igitur ſecuri briareus beluam immolauit. ET iam erat daturus exta flammis:quaſi tunc:tunc cremare uolebat exta. IVPpiter imperat alitibus:auibus. RAPERE:imperat ut ni diripiant exta antequam adoleantur ab illo. PAV. MAR.

ATTVlit:exta.ſ. ILLI:ioui. Miluius & uenit in aſtra ſuis meritis:quia eo beneficio Iuppiter aſtris intulit. DICIMVS miluium:& miluum quem inter accipitrum genera refert Ply. & illud de eo inquit: Notatum in his rapaciſſimam ac famelicam ſemper alitem nihil exculenti rapere unq̃ e funerum ferculis: nec olympie ex ara:ac ne ferentium quidem manibus:niſi lugubri municipiorum immolantium oſtento & reliqua ob id quidem fabulæ locus datus eſt:eripuiſſe exta ab oſtentoſa briarei immolatione. Milui & ipſi hybernis menſibus latent:non tamen ante hyrundines abeuntes. VNA dies media.xiiii.calen.apriles. hoc eſt decimo nono die martii:incipiunt quinquatria mineruæ:quinqꝫ diebus continuis celebrantur:qua quidem ratione:multi putarunt a quinario dierum numero quinquatria dicta. Alii a quinquatro die. de quo Pom. Quinquatrus feſtiuus dies dictus:ꝗ poſt diem quintum iduum celebraretur:ut triatrus:& ſexatrus:& ſeptematrus: & decematrus:uel decumatrus. Et Varro ait Quinquatrus hic dies unus:ab nominis errore obſeruatur:proinde ut ſint quinqꝫ dictus: ut ab Thuſculanis poſt diem ſextum iduum ſimiliter uocatur ſexatrus:& poſt diem ſeptimum ſeptimatrus:ſic hic quod erat poſt diem quintum quinquatrus. Hæc Varro at ille fuit error: cum numeretur ab idibus: quãdoquidem numerari debuit ab atro:hoc eſt ab iduum poſtridiano. Verum hæc quinquatria feſta poeta ita dicta oſtendit a quinqꝫ diebus iunctis. primo.n.die

fiebant ſacrificia:tribus ſequentibus gladiatores in theatro certabant qũinto die:erat luſtratio tubarum ſo-nitu:& ſacrificia quoq; fiebant. Secundus quinquatrium dies & primus gladiatoriæ pugnæ clarus eſt ortu ipſius naſonis. Eo.n.die natus eſt:nam ut in quarto triſtium inquit. De natali ſuo:& fratris intelligens Lucifer amborum natalibus affuit idẽ. Vna celebrata eſt per duo liba dies. Hæc eſt armiferæ feſtis de quinq; mineruæ quæ fieri pugna prima cruenta ſolet. VNA eſt dies media:inter ortum milui & primum diẽ quinquatr.una interponitur dies:& ſic ſignificat.xviiii.diem menſis. ET fiũt ſacra mineruæ:ſacrificia palladi.

Nomina quæq; iunctis qnq; diebus habẽt:
Sanguĩe pria uacat,nec fas cõcurrere ferro.
Cauſa,q eſt illa nata minerua die:
Altera treſq; ſuper ſtrata celebrãtur harena:
Enſibus exertis bellica læta dea eſt:
Pallada nũc pueri teneræq; ornatæ puellæ:
Qui bene placarit pallada doctus erit:
Pallade placata lanam mollire puellæ
Diſcant & plenas exonerare colos:
Illa etiam ſtantes radio percurrere telas:
Erudit,& rarum pectine denſat opus:
Hãc cole q maculas leſis de ueſtibus aufers:

ANT. FAN.

NOMINA quæq; iunctis qnq; diebus habẽt:cauendum ne putemus hoc loco errare Naſonem & a doctiſſimorum ſcriptorum traditione diſſentire. Non enim dicis Quinquatria a quinq; dierum numero appellata quod mineruæ ſacra diebus quinq; celebrentur:ſed docet quinquatrus nomine non ſolum hunc diem uocari qui primus quinq; dierum eſt & quintus poſt idus ſed quatuor dies adiunctos. Vnde illud eſt Iuuena Et totis quinquatribus optat. Senſus ergo eſt:ſacra fiunt Mineruæ quæ habent quinquatruum nomina quinq; diebus adiunctis. Non errauit hic quidam Iuuenalis interpres cuius deus omnipotens miſereatur nuper enim exceſſit e uita. Eius uerba hæc ſunt quinquatria dies ſacri Mineruæ qui diebus quinq; celebrabantur:ut Ouidius docet ita appellata: quoniam quinq; diebus poſt idus fiebant. Varro quantum ex eius loco q̃uis mutilatio colligitur a Feſto atq;.A.Gel.nõ diſſentit. Errore enim factum uult ut quinquatrus dictæ credantur quod quinq; dies ſint. Sed ut idem inquit quemadmodum ſexatrus & ſeptimatrus nomen acceperunt:non quod ſex ſeptemue dies ſint: ſed quod ſexatrus poſt diem ſextum idus. Septimatrus poſt ſeptimum ſint: ita quinquatrus appellata eſt dies quæ poſt diem quintum erat. ALTERA treſq; ſuper ſtrata celebrantur arena. Sternebatur arena in theatris ubi gladiatores pugnabant necnon & alibi. Vnde per arenam theatrum accipimus uel alia loca ubi eiuſmodi ſpectacula exhibebantur. ENSIBVS exertis bellica læta dea eſt:expeditis & euaginatis enſibus. Eſt autem exertis participium a paſſiuo eius uerbi qđ eſt exero. QVI bene placarit pallada doctus erit: quia pallas & bello præeſt ut mars ac bellona dicitur & eſt artium dea:poterit & rei bellicæ ſcientiam præſtare & artium quibus in pace utimur. LANAM mollire puellæ diſcant: conciliata dea lanifici artiumq; omnium & prudentiæ quam metapontini teſte Iuſtino pannificiis aliquando iratam placarunt. Dicitur autem Minerua & bellorum dea & prudentiæ: quia uires ſine prudentia: ut inquit Porphyrio non tantum uanæ ſunt: uerum etiam ſibi aduerſariæ. Eadem arcibus præeſſe dicitur: quia fertur nata e Iouis capite. STANTES radio percurrere telas: radius inſtrumentum eſt quo ſub tegmen ſtamini a textoribus interponitur: eſt & uirga qua geometræ interdum lineas ducunt. Stantes autem dicit quia ſtamen a ſtando nomen accepit:ut autor eſt Varro qui etiam ſcribit ſub tegmen dictum quod ſubit ſtamini. Id & tramam uocant:quãuis idem Varro ueſtimenti genus tramam eſſe doceat:dicti q id ſi igus tramet:denſumq; a dentibus pectinis nominatum oſtendat quibus feritur. QVI maculas læſis de ueſtibus aufers:fullonem dicit.qui a græcis ſnaphys uocatur. Artem fulloniã Nicias megarenſis inuenit teſte Plynio.

Arena p theatro

Minerua dea bellorũ & prudentiæ.

Radius

Stamẽ

Subtegmen

Trama

PAV. MAR.

ET habet nomina quinque diebus adiunctis:nam quinquatria dicta ab ipſo quinario dierum numero. PRIMA dies uocat ſanguine: non effunditur primo die ſanguis:quia abſtinent eo die a pugna gladiatores. NEC fas: non licet. CONCVRrere:congredi:& confligere. FERRO:armis. CAVSA: quare non concurritur. QVOD minerua eſt nata illa die: putabãt eo die e Iouis uertice natam mineruam. ALTERA treſq; ſuper:quatuor ſequentes dies. CELEbrantur:a gladiatoribus ipſis. HArena ſtrata:arena theatri:quæ ſternebatur cum digladiandum erat:& aliis quoq; ſpectaculis. Vnde apud Iuuena. Et latum media ſulcum deducit auena. DEA bellica:pallas quæ bellis præeſt. EST læta enſibus exertis: experimento:& exercitatione enſium in theatro. PALlada nunc:hortatur unumquẽq; uel litteris:uel aliis quibuſcunq; artibus deditum:ut feſta celebrent:& placent pallada pueri:quo litterarum ſtudio proficiant: puellæ:quo lanificio:& ſic in cæteris. O PVEri & teneræ puellæ ornatæ:colitæ:& celebrate. PALlada: palladis numen. QVI bene placuit pallada:qui ſacrificiis placauerit et proprium ſibi fecerit palladis numen. ERIT doctus:quamcũq; ſcilicet uoluerit artem. PVELlæ diſcant mollire lanam quaſi exercere lanificium. PALlade placata ſacrificio ſcilicet & donis & p̃cibus nam ea eſt lanificii dea. ET exornare plenas colos:nere lanam. Tunc enim exornantur coli:cũ filantur penſa. ILLA etiã erudit:inſtruit & docet. PERcurrere telas ſtantes firme manẽtes. RAdio:q̃ſi docet texere pannũ:cum tenta in longũ fila: pcurrunť radio:qui cũ alio filio interiicit:Deinde pectine pẽdenti ad cõiungẽda:dẽſandaq; fila ipſa uerberanť. Ideo hic. ET dẽſat:dẽſare docet. OPus:ip̃m pannũ:nam qđ rarũ eſt ſpiſſũ facit inculcando. PEctine:pe-

ctinis percuſſione. COLE hanc:pallada. QVI aufers auferre uoles:aut ſoles. MACVlas de ueſtibus læſis:infectis.i.Colite eã fullones:qui ueſtes & pannos ab omni macula expurgatis. COLE hanc pal. QVis quis parat æna:uaſa ærea. Virgilius litore æna locãt.

Hanc cole uelleribus quiſquis aena paras:
Nec quiſq̃ inuita faciet bene uincula plantæ:
Pallade:ſit Tytio doctior ille licet:
Et licet antiquo manibus collatus epheo
Sit prior irata pallade mancus erit:
Vos quoq; phœbea morbos qui pellitis arte
Munera de ueſtris pauca referte deæ:
Nec uos turba feri ſenſu fraudata magiſtri
Spernite, diſcipulos attrahit illa nouos:
Quiq; moues cœlũ, tabulãq; colorib9 uris:
Quiq; facis docta mollia ſaxa manu:
Mille dea eſt operũ, certe dea carminis illa ẽ
Si mereor, ſtudiis adſit amica meis:

ANT. FAN.

VELLERIBVS quiſquis aena paras: ſuadet his qui lanas tingere conſueuerunt ut Palladem colant. VINCVla plantæ calceos a quibus pedes uinciuntur. Eorum ſutores non ſunt proprie cerdones dicendi. Cerdo enim generale nomen eorũ eſt qui artificio lucrum queritant ut uocabulũ oſtẽdit:accipiturq; interdum pro humili ac plebeio. Iuuena. Poſtq̃ cerdonibus eſſet timendus ceperat. — Cerdo

SIT ticio doctior ille licet. ticium quidam exiſtimant fuiſſe Ouidii temporibus præclarum artificem calceorum. Nobis placet Tychio legi qui ab Homero nobilitatus eſt In ſeptimo iliados is cerdo excellentiſſimus multa fabricauit & præcipue ſcutum aiacis. ANTIQVO manibus collatus adeo hic dicitur inueniſſe ad troiam equum qui in muralibus machinis aries uocatur fuitq; fabricator Epeus:ꝙ Metapontini reſtantur. qui in templo Mineruæ ferramenta quibus is equum troianum fabricauit oſtentant ut ſcribit Iuſtinus. Legimus enim ĩ uita Sertorii Troiam ter captam eſſe. Primum ab hercule ob Laomedõtis equos. Deinde per ligneum equum ab agamẽnone. Tertio a Charidemo duce propter equum qui in porta conſiſtens ilienſibus eam claudere uolentibus impedimento fuit. — tychio — Tychius — Epæus — Troia ter capta

VOS quoq; phœbea morbos qui pellitis arte:medicos dicit quorum artis inuentorem alii Apollinem fuiſſe dicunt.ut Inuentum medicina meum. Alii Arabum Babylonis & Apollinis filium. Aegyptii eam apud ipſos repertam uolunt.ut Plynius ſcribit. MVNEra de noſtris pauca:ſenſus eſt:Offerte Veneri munus aliquod ex his quæ a nobis accipitis. SENſu fraudata magiſtri:quia ſæpe diſcipuli non recte intelligunt quæ magiſter ſentit & docet. QVIq; cœlum:& aſtrologum accipere poſſumus & ſculptorem. Sed magis placet aſtrologum accipi:quoniam autor ſubiungit. Quinq; facis dota mollia ſaxa manu. MOLlia ſaxa:ſic Virgi.in.vi.æn. Excudent alii ſpirantia mollius æra. Facit enim ſculptor egregius:ut æra & ſaxa molliſſima uideantur. Horatius. Et molles imitabitur ære capillos. — Medicine inuentor — Mollia ſaxa

PAV. MAR.

VELleribus quinq; pro tingendis:aut prætioſo liquore inficiendis pannis uaſa paras:ſacrificiis placata pallada. Verum ut Plynius inquit:qui ex italia infecere lanas ſardi:textilia fuſum in lanificio Cleſtor filius aragnes inuenit Linum & retia aragne. Fulloniam artem nitias megarenſis. NEC quiſquam faciet bene uincula plante:nemo poterit bene facere calceos:ea enim ſunt plantarum uincula a uinciendo dicta:quia pedes uinciunt. INVita pallade:quaſi niſi pallas fauerit. Nam ſi illa aduerſa repugnat fruſtra laborauerit cerdo. SIT licet ille doctior Tytio.etiam ſi eſſet in ea arte cerdonum omnium præſtantiſſimus. Aliqui legũt ſit batio doctor ex eo quod Plynius dicat batium inueniſſe Sutrinam Alii legunt pythio:quod qua ratione dicant neſcio.niſi referant ad apollinem ſandalarium. Ego autem legi.& qui me ſequuti ſunt. Idem fecere: ſit tytio. Propterea quod apud Porphyrium legimus: Tytium quendam fuiſſe optimum calceorum magiſtrum. Ergo ſi ſit ille tytio doctior:inuita pallade calceos non bene conſuet. ET LICet antiquo:ſi quis fabrili arte:aut architectura præſtans Epæum architectum equi troiani ſuperare:ſi pallas irata ſit: exercere artem non poterit. ET COLLATVS.qui conferretur. ANTIQVO epæo ſit,licet prior. quãuis eſſet ſuperior in peritia architecturæ. Epæus enim fuit frabricator equi troiani. Virgili. & Menelaus & ipſe doli fabricator epæus:& Cicero quoque aſſerit Plynius uero inquit: epæum inueniſſe equum ad troiam: qui nunc aries appellatur: immuralibus machinis ERIT mancus.(quaſi manum ope carens aut imminutus.aut exercere ſuum munus nequeat. IRAta pallade:ſi illa irata ſit:ergo id agendum ut placata ſit. VOS QVOq; phæbea:uos etiam medici libate palladi:ut medendi arte præſtare poſſitis. QVI PEllitis ægrotos:& ab his morbos auertitis. ACTE PHOEbea:arte apollinea. Nam apollo medice artis repertor traditur.ſed de hoc in primo dictum. REFERTE PAVca munera deæ libate & offerte dona palladi. DE VESTRIS:muneribus ſcilicet. NEC VOS Turba.ſcolaſticorũ ſcilicet. Pro his enim dictum eſt: qui ſub feris magiſtris nihil profecerunt. FRAudata.decepta. SENſu:ſententia & peruerſa rerum intelligentia. MAGISTRI feri:a feris minime diſſerentis.indocti & inculti:ſine ullis moribus:aut feri crudelis. qui nimium diſcipulos cœdat ꝙ alienum debet eſſe a liberis & bonæ indolis. SPERNITE:nolite uos aſpernari:& contemnere numen palladis. ATTRAhit:ad ſe trahit illa. NOVOS diſcipulos:quia præeſt ſtudiis litterarum:& ingeniis fauet. QVIq; moues cœlum: alii ita dicunt. Nec ſpernas pallada tu aſtrologe: qui cœli motus perſcrutaris. Alii quoniam ſubſequenter de pictoribus agit. pro ſculptoribus dictum putant. præſertim cum cœlum ſculptorum inſtrumẽtum ſit:ut illud:cœlo fabricata myrõis. VERum quia ſubdit

poſtea de ſtatuariis:aſtrologos referrem. ET Qui'uris tabulam coloribus:hoc eſt qui uſtis coloribus tabulam pinguis:nam magna pars colorum ex aduſta materia fit:de quo late diſputat Plynius libro trigeſimo quinro. ET Qui facis ſaxa mollia docta manu. Vos ſtatuarii:qui dura ſaxa in quácunq; uultis formam uertitis:ideo molliadixit quod ad ſummum artificium refertur.præſertim cum & minima quæq; liniamenta:& tenuia in maioribus referant. Ad id enim reſpexit:cum & Maro dixit. Excudent alii ſpirantia mollius æra.& Mar:Molles laudentur honores:Ergo uos omnes colite pallada:&illi offerre munera. MILLE DEA EST operum:præeſt multis artibus & officiis:& operibus. CERTE illa eſt dea carminis: quaſi præeſt & illa poetis ſcribentibus carmina. Si mereor adſit amica ſtudiis meis faueat mihi & ſtudio meo ſi dignus uideor:cui illa faueat.

Cælius ex alto qua mons deſcendit in æquũ
Hic ubi nõ plana eſt ſed prope plana uia ẽ:
Parua licet uideas captæ delubra mineruæ
Quæ dea natali cœpit habere ſuo:
Nominis in dubio cauſa ẽ, capitale uocam9
Ingenium ſolers ingenioſa dea eſt:
An quia de capitis fertur, ſine matre paterni
Vertice cum clipeo proſiluiſſe ſuo.
An quia perdomitis ad nos captiua phaliſcis
Venit, & hoc ſignum littera prima docet:
An q habet legẽ capitis quæ pẽdere pœnas
Ex illo iubeat furta reperta loco:
A quacũq; trahas ratione uocabula Pallas
Pro ducibus noſtris, œgida ſemper habe:

ANT. FAN. COELIVS ex alto qua mons deſcendit in equu; Aedes Mineruæ capite fuit ad radices montis cœlii ſic dictæ uel ob eius igenium quod capitale: ideſt ſolers creditur:uel quod uictis Faliſcis imago eius captiua romam tranſlata eſt:uel q ex hac æde quicunq; deprendebatur furto aliquid abſtuliſſe capitis pœnas pendere lege cogebatur:uel q de capite iouis nata dicitur tempore quo pindarus ex fabula auro inquit pluiſſe in iſulam Rhodon. Licet quidam uoluerint teſte Herodoto Mineruam eſſe neptuni ac paludie tritonidis filiam: Vnde Tritogenia ſiue tritonia dicta eſt autore Lactantio grammatico. Alii tamen Tritoniam dictam putant qa cum ſit dea ſapientiæ in partes tres diuiditur: intelligentiam præſentium. Prouidentiam futurorum ac memoriam præteritorum. Feſtus Tritogenia; dictam tradit a ripa tritonis fluminis q ibi primitus uiſa ſit. Diodorus uero Cretæ fluuium inquit eſſe tritonem ubi minerua orta eſt quam deam & Alalcomeniam dixerunt:ut ait Strabo ab Alalcomenis oppido ubi quidam eam natam uoluerunt. Fingitur autem nata de iouis capite:uel quia naturæ ratione prudentia omnis in capite eſt. Vel quia uirtus Solis humanis mentibus prudentiam ſubminiſtrans quam per minernam accipimũs ut ſcribit Porpayrius teſte Macrobio edita eſt de ſumma ætheris parte:ac nulla rerum corporearum admixtione ab ipſo ioue:ideſt a deo intellectum accepimus. Cicero autor eſt quinq; mineruas fuiſſe:quarum tertiam e ioue tantum genitam refert:qui cum iunonem uxorem ſuam ſterilem intueretur concuſſo capite Mineruam dicitur edidiſſe. NATALi ſuo:primo quinquatruum die quo deam natam uolunt. CVM clipeo ſuo:ut intelligas palladem etiam bellis pẽſſe. Hora. Proximos illi tamẽ occupauit pallas honores præliis audax ſignificat autem ægida q̃uis & ſit ægis eius pectoris munimentum. SIGNO:nota. C. littera quæ in principio ẽ & captiuæ & capite. FVRta:figurate furta pro furibus ac ſacrilegis ponit.

Mineruæ captæ ædes

Tritonia

Tritogeniam

Alalcomeniam

PAV. MAR. ¶ CAELIVS ex alto:in cælio monte apud radices templum erat Palladis captæ:quod illi conſecratum eſt ſuo natali:hoc eſt primo quinquatr. die. Eo. enim nata eſt:ut diximus. Sed cur capta dicatur: aucupatur quattuor cauſas. Prima uel quia dea ingeniorum eſt. & ingenium eſt in capite:uel quod e capite iouis exilierit. & a capite capta dicatur. Aut quia eius ſimulachrum e capitis phaliſcis Romam aduectum eſt: aut quia capite plectatur:qui ex eius templo qui ſurripiat. Ego autem niſi a detratoribus leſæ maieſtatis arguerer:dicerem captam mineruam:quod illi eo die:eo in loco legitime conſtituto autoritate ſenatus a pontificibus conſecrato:potiſſimo ſacrificetur. Nam Pom. Feſt. teſte captum locum dicimus ad ſacrificandum legitime conſtitutum. LICET QVAmuis. VIDEAS parua delubra templa. MINERuæ captæ:ſub appellatione captæ Palladis conſecrata. QVA Mons cælius:de quo ſuperius diximus in hoc libro. DESCENDit ex alto in equum:quaſi uergit ex ſummitate in planum. HIC ubi uia non eſt plana non eſt omnino plana:ſed in ipſo montis cliuo. SED prope:quaſi. PLANA:& locum indicat prope radices. QVAE tẽpla DEA:pallas. COEpit habere ſuo natali:non ab initio:ex quo nata eſt:ſed ea die menſis mar qua olim nata eſt:hoc eſt ipſo die quinquatro:ut paulo ſuperins. cã q eſt illa nata minerua die. CAVSA nõis eſt in dubio:licet tu uideas tẽpla:tñ cauſa cur capta minerua dicat̃ dubia eſt. VOCAmus capitale ingeniũ ſolers: diligẽs ingeniũ capitale dicit̃:quod in capite ſedẽ habeat:ubi eſt ipſa mẽs & memoria igenioſa dea eſt:nã & ingenio ualet:& ingeniis pẽſt:ideo a capitali igenio capta minerua dici potuit. AVT quia fert̃: dicitur. PROſiliiſſe ialtu prodiiſſe. VERtice paterni capitis:e cerebro ioui:quod in ſũmo capite eſt. SINE matre:ſine uſu matris. CVM clypeo ſuo eum ægide ſua. Nã ægis pro ſcuto accipi poteſt:ea ratione. quod ſcuta caprino corio decocto tegebatur. & ægea capra dicitur. Verum defertur: Amaltheæ capræ mortuæ iuppiter corium detraxit: Mineruæque cuſtodiendum dedit:quo illa ſcutum texit. Inde dicunt fuiſſe ægidis appellationem. Sed honoratus inquit. Aegida munimentum pectoris eſſe:habens in medio gorgonis ca

put.Romæ tamen eũ ſimulachrum Palladis tam in pectore q̃ in ſcuto caput gorgonis habẽs. Et Higinus teſtatur caput illud in pectore habere. At quia cum clipeo proſiluit e capite capta dicta. CLIPEVS: ſcutum a τύφω deductum ꝗ in ſculpo.nam ibi imagines ſculpebantur. Vnde Plinius. Scutis enim qualibus aput troiam pugnatum eſt:continebantur imagines:unde nomen habuerunt clypeorum:non ut peruerſa grammaticorum ſubtilitas:uoluit a cluendo deduci cluere enim pugnare eſt. Aut quia pro domi. Vel quia ſimulachrum eius ſubactis romano imperio phaliſcis: tanq̃ captiuum mancipium aduectum eſt: & inde capta Minerua dicta. AVT QVIA Venit ad nos:in urbem. CAPTIVA:imago tanquam captiua delata. PER DOMitis phaliſcis:cum uicti ſubactiq; eſſent:phaliſci:de quibus primo libro diximus: & hoc ſigno hac nota captiuæ ſcilicet. DOCET prima littera.nam.c.inde capta a captiua dicta: aut a captis phaliſcis. AN ꝗ habet:ultima cauſa.ꝗ capite luitur:furtum in eius:templo commiſſum:ſeu receptum ex eodem. inde eſt & capital facinus:ut Pom.inquit:ꝗ capitis pœna luitur & eodem teſte Capitalis lucus:ubi ſi qd uiolatum eſt:caput uiolatoris expiatur. AN:capta:ſcilicet Minerua dicitur. QVOD habet legem capitis: quæ capite plectat. QVAE lex. IVBET furta recepta eolo:fures:qui inde aliquid receperint.uel ſurripuerint. PENdere pœ.dare pœnas ſacrilegii: &ſic capite plecti. Furtum ut iur.con.placet eſt cotrectatio rei alienæ inuito domino. O PALlas a qua ra.a quacũq; cauſa. TRAhis uoca.diceris Minerua capta. HABE ægida:habeas & paratum teneas clypeum tuum. PRO duci.no.pro ſalute ducum noſtrorum: Tyberii & germanici:quaſi protegas ſemper eos.

Summa dies e quinq; tuba luſtrare canora
Admonet,e forti ſacrificare deæ:
¶ Nũc potes ad ſolem ſublato dicere uultu:
Hic here phryxeæ uellera preſſit ouis.

¶ TVBAM luſtrare canoram: Sunt qui legant tu tuba luſtrare canora:exiſtimantes conſueuiſſe Romanos hoc tempore tubarum cantu luſtrare uniuerſam ciuitate; ultimo uidelicet quiquatruum die quod quidam non indocti olim nobis pueris tradiderunt: Nos autem legendum eſſe non dubitamus TVBam luſtrare canorã:quamuis enim luſtrarẽtur & aliis temporibus tubæ e uerbis Feſti & pompeii colligitur:qui ait Tubiluſtria dies uocari in quibus agna tubas luſtrabant:ubi ſi de ultimo Quinqtrium die loqueretur non dies ſed diem diceret:tamen & hoc tempore ſacrorum tubæ in atrio ſutorio luſtrabantur. Lege Varronem quem uidebis quinquatrui tubiluſtrium ſine medio coniunxiſſe. Nouimus autem mortuos ad tubam deduci conſueuiſſe autore Seruio cum iuberet religio (teſte Lactantio grammatico) ut maioribus tuba minoribus tibia caneretur. Quare tubarum luſtratio neceſſaria uidebatur. Sunt & qui putent Armiluſtrium hic accipi oportere:quod non placet ideſt feſtum quo res diuinas armati faciebãt dum ſacrificarent tubis canentes. Sane tubæ interdum cornua uocantur: quia quæ nunc ex ære ſunt fiebãt ex cornu bubulo. Virgil Rauco ſtrepuerunt cornua cantu. HIC HERE PHRyxeæ uellera preſſit ouis. Heri & here idem eſt. Iuuenalis. Res hodie minor eſt here q̃ fuit. Donatus autor eſt nõ dubitaſſe antiquos propter cognationem e & i litterarum here & heri.item mane & mani.ueſpere & ueſperi dicere. Tu autẽ lector caue ne heri aduerbium hoc loco te fallat & ducat in deuia. Non enim accipere debemus diem qui tubiluſtrium antecedit hoc eſt penultimum quinquatrium diem qui eſt decem calendas Apriles:ſed qui eſt ante ipſas quinquatrus hoc eſt diem.xix.huius menſis. Si enim putares fieri poſſe ut penultimo Quinquatruum die.i.x.calendas Apriles Sol in Arietem tranſitum faceret quem ſupra legimus.xiiii.calendas Martias iniſſe piſcium ſignum:proculdubio fateris ſolem quinq; ac triginta dies fere in piſcibus abſumpſiſſe: qđ ſi eſſet Solſtitialis annus conſtaret diebus pene.xx.ſupra.cccc.cum & reliquis ſignis zodiaci nullum non tantumdem ſibi temporis uendicaret. Dicendum igitur eſt.xiii.calendas Aprilis Solem tranſire in Arietis ſignum quæ pars zodiaci ad naturam Solis refertur ut Macrobius ſcribit. Aries enim qui a græcis crios dicitur per ſex menſes hibernales ſiniſtro incubat lateri ab equinoctio uerno ſuper dextrum latus ſicut & Sol ab eodem tempore dextrum hemiſperium.reliquo ambit ſiniſtrum. Conſtat autem hoc ſignum decem & ſeptẽ ſtellis quod una cum Sagittario Cleoſtratus primum intellexiſſe dicitur:qui percepit & cætera ſigna zodiaci primus omniũ autore Plinio. Fabulanť nonnulli Arietem qui traiecit phryxũ hũc eẽ qui inter ſigna primũ obtinet locũ. Alii tranſlatum in cœlum uolũt Arietem qui Baccho exercitũ ducenti per exuſta ſta Libye fontem monſtrauit. Eſt ſane Aries calidus & humidus.qui cũ ſolem recepit incipit fieri generatio. Vnde inter ſigna zodiaci meruit principatum.

¶ Summa dies:ultima dies.ut in heroid. Hæc tibi prima dies:hæc tibi ſumma fuit.i.ultima. E QVinq; diebus.ſ. ADMonet lu.circuere: & expurgare populũ. TVBA ca.reſonanti. ET SAcri deæ for. Palladi armorum præſidi. NVNC potes ad ſolem.xi.calẽ.apri. Sol relictis piſcibus init arietem:qui quide; aureum uellus habuiſſe diciť. Eo Phryxus in colchos delatus eſt. Athamas enim Thebanus phryxum & hellẽ genuit ex Neiphyle cõiuge:qua ſublata Ino Cadmi filia uxor adducta eſt:quæ cum nouercali odio priuignos i ſectareť. Toſta ſemina:ne naſcereť agricolis dabat. Sequuta eſt annonæ caritas. Miſſũ eſt delphos ad oraculum :ad petendam opem : qui acceſſerat corruptus : rettulit Phryxum & hellem immolari debere.cũq; ad arã mactandi uelati conſtituiſſent.a Neiphyle matre ſuperinducta nũbe rapti ſunt. Datus aries quo fugerent. Helle in mare decidit. & ab ea Helleſpontus dictus: ſed a Neptuno compræhenſa pœna

ANT. FAN. Tubiluſtrium. mortui ad tubam deducebãtur Armiluſtrium Here Sol in orientem.xi. calendas aprilis Arietis ſignum Aries princeps ſignorum PAV. MAR.

procreaſſe fertur.Nonnulli cedonum dixerunt:Phryxum præterea incolumen ad æetam perueniſſe uo-
lunt & arietem ioui immolaſſe pellem in templo fixiſſe:& arietis ipſius effigiem ab ioue inter ſydera conſti
tutam.Eratoſthenes ait arietem ipſum ſibi pellem auream detraxiſſe & phryxo memoriæ cauſa dediſſe &
ipſum ad ſydera perueniſſe:alii aliter dicunt:quorum opiniones ab Higinio referuntur.Hermippus ait Li
berum oppugnantem Aphricam deueniſſe in eum locum:qui a puluere Hammodes dictus eſt:cum ĩ diſcri
mine eſſet:& aquarum penuria:& ob id defectione militum.Aries quidem errans ad milites puenit:quos
cum uidiſſet:cœpit fugere.Milites prædam petentes ſequi cœperunt uſq; ad eum locum qui poſtea conſti-
tuto templo:Iouis Hammonis eſt appellatus:ibi arietem nuſq̃ inuenerunt : Sed ꝙ magis erat optandum:
aquæ magnam copiam nacti ſunt.corporibuſq; recuperatis:libero ſtatim nunciauerũt.qui gauiſus eo exer
citum deduxit.Iouis hammonis templum cum arietis cornibus ſimulachro facto cõſtituit. Arietem inter
ſydera figurauit.Ita ut cum ſol in eius foret ſigno:omnia naſcentia recrearentur.hac de cauſa ꝙ illius fuga li
ber recreauit exercitum:Duodecimq; ſignorum principem eſſe uoluit.Adducitur & alia fabula de ham-
mone quodam:qui pecorum multitudinem ad liberum adduxerit:& ob id illi dediſſe agrum cõtra thebas
ægyptias : & hammonis ſimulachra inſtituta capite Cornuto:ut homines memoria teneant. eum pri-
mum pœnis oſtendiſſe Arietem memoriæ cauſa inter ſydera fixum dicunt:qui quidem in equinoctiali cir
culo conſiſtens.caput ad exortum habens:uerſus occidens primis pedibus:& exoriens caput infra triangulũ
ꝙ deltoton uocant:teges collocatum:pedibus prope contingens caput piſtricis.Poeta nunc fabulam ipſam
refert:quam aperte loco rettulimus. INVS:ſcilicet nouercæ phryxi.quæ cum aperte fabula uideatur.Prin
ceps tamen aſtrologorum Ioannes germanus familiariſſimus noſter:omnia ad effectus ipſius arietis refert
id facit in omnibus ſignis:ut non ſine cauſa a poetis ficta eſſe uideantur quæcunq; de his fabuloſa referun-
tur. NVNC:in hoc ultimo die quinquatrium. POTES:tu o Germanice.SVBLATO:eleuato. VVI
tu.ad ſolẽ dicere. HIC.ſol. HERE:pro heri:ut apud Iuuena.Res hodie minor eſt here quã fuit. PRES-
SIT:premere incepit. VELLERA Ouis phryxeæ uellera arietis:qui phryxum in colchos tulit:non enim
fuit ouis:ſed aries.Ergo cum geri dicat.& meminerit ultimæ diei quinquatrium.debemus intelligere penul
timum diem ipſorũ feſtorum:ſic erit.xi.calen.apri.hoc eſt.xxii.die martii.HERba ſuſtulerat nullas comas
quaſi nulla herba ex frumenti ſemine eruperat e terra. VT Solet.ſurgere.ſ.ex omni ſemine.

Seminibus toſtis ſceleratæ fraude nouercæ
Suſtulerat nullas,ut ſolet herba comas:
Mittitur ad tripodas,certa qui ſorte reportet
Quam ſterili terræ delphicus edat opem:
Hic quoq; corrupt⁹ cũ ſemine nũciat helles
Et iuuenis phryxi funera,ſorte peti:

ANT. FAN. ❡SEMINIBVS toſtis &c.Ino cadmi filia ut dixi
mus ſupra & uxor Athamantis regis Thebarum
Phryxi & helles fabula priuignis exitium parans ægit cum matrõis ut fru
menta ſerenda torrerent. Eadem liberi patris nu-
trix fuiſſe dicitur ut meminit Statius in ſiluis. qui de
us cum phryxo & Helle inſaniam obieciſſet & illi
in ſilua errarent exhibitus eis eſt a matre nephele
quæ nepheli a græcis dicitur:Aries aureo uellere ĩ-
ſignis.quem cum aſcendiſſent Aries eos in pelagus
detulit.Helle lapſa nomen pondo dedit quem dici
mus Helleſpontum Phryxus in Colchos ad regẽ
Aetem tranſit ibiq; Arietem ut mater præcepe-
rat immolauit.pellemq; auream Martis templo dicauit.quam iaſon cum argonautis petiiſſe dicitur. quam
uis nonnulli ſcribant eam eſſe in orchemeno quod oppidum eſt Boetiæ ex quo Myniorum familia in theſ
ſaliam commigrauit a quibus argonautæ Myniæ ſunt appellati. Orpheus autor eſt argonautas fuiſſe qua
Myniæ tuor & quadriginta.quos illi quinquaginta fuiſſe dicunt.alii.lx.Multa hoc loco ex fabulis referre poſſumus
quæ cum ſint pene omnibus nota libet ſilentio præterire. AD TRIPODAS:Quod græci tripis dicunt
nos dicimus tripos:quæ menſa præmium uirorum fortium fuit ut quibuſdam placet propter tertii pedis
Tripos adminiculum quaſi illi non bipedes ſed tripedes fuerint:quod nobis compertum non eſt.Erant autem tri-
podes(autore Seruio)menſe in templo Apollinis delphici quibus ſuperpoſite phœbades uaticinabantur.
CORruptus cum ſemine:A nouerca Phryxi & Helles corruptus queamadmodum & ipſa per matronas
frumenta ſerenda corruperat.

❡TOSTis ſeminibus.propter toſta hoc eſt decocta ſemina,FRAude ſceleratæ nouercæ:dolo inus uxo
PAV. MAR. ris Athamãtis: nouercæ Phryyi & Helles.MITtitur ad tripodes:ad oraculum Apollinis delphici.nam tri
podes mẽſæ fuere in templo Apollinis quibus ſuperpoſite phœbades uaticinabantur.unde apud Lucanum
in quinto ſenſit tripodas ceſſare furens Appius.& poſtea tandem conterrita uirgo. Cõfugit ad tripodas &
paulopoſt.Cuſtodes tripodes fatorũ arcanaq; mũdi. Tuq; potens ueri pæan.& paulopoſt Et ad phœbi tri
podas redire futura. QVI reportet certa ſorte.certo oraculo ſeu reſponſo ut paulo ſuperius dictum in eo
uerſu.Sors erat æternos uincere poſſe deos. QVAM opem.quod auxilium.DELphicus:Apullo delphis
qui ſunt ad auſtrales latus parnaſi. EDAT.dicat. STErili terræ.ut ſterilitati terræ remedium adhibeatur
non tñ erat terra ſterilis. ſed ſemina decocta erant cauſa ſterilitatis: qui fructum non proferebant. HIC
quoq;.qui miſſus ad oraculum fuerat. CORruptus.ab ipſa nouerca. NVNciat petit ſorte ab ipſo oraculo
FVNEra phryxi iuuenis.mortem phryxi. CVM ſanguine Helles.cum morte etiam ſororis aliqui legunt
hic quoq; corruptus cum ſemine tunc intelligas corruptum nuncium a nouerca uri & corrupta dabat agri-
colis ſemina nunciaſſeq; peti & mortem Helles & phryxi iuuenis.

¶CIVES: Thebani quibus fames tantum præſtabat audaciæ ut regem contemnerent: quia neſcit plebs ieiuna timere. COMPVLERANT regem iuſſa nefanda pati: Cogebantur rex Athamas filios immolare ꝙ ita iuſſiſſe putabatur oraculum. VT FORte pependerat æthere mater. Quia Nephele ipſa eſt nebula nam & nephos nubes & nephili ut diximus nebula eſt. DRACONigenam urbem: Thebas ob draconem a Cadmo interfectum e cuius dentibus nati opem tulerunt Cadmo urbi ædificandæ: ut Hos habuit comites operis ſidonius hoſpes cum poſuit iuſſam phæbeis ſortibus urbem. NIMBis comitantibus. ANT. FAN.

Vſq; recuſantem ciues, & tẽpus, & ino
Compulerant regem iuſſa nephanda pati
Et ſoror & phryxus uelati tempora uittis
Stant ſimul ante aras, iũctaq; fata gemũt:
Aſpicit hos, ut forte pependerat æthere ma(ter
Et ferit attonita pectora nuda manu
Inq; draconigenã nymbis comitãtib9 urbẽ
Deſilit, & natos eripit inde ſuos:
Vtq; fugam capiant aries nitiſſimus auro
Traditur, ille uehit per freta longa duos:
Dicitur infirma cornu tenuiſſe ſiniſtra
Fœmina, cum de ſe nomina fecit aquæ:
Pene ſimul periit, dũ uult ſuccurrere lapſæ
Frater, & extentas porrigit illa manus:
Flebat, ut amiſſa gemini conſorte pericli.
Cæruleo iunctam neſcius eſſe deo:
Littoribus tactis aries fit ſydus, & huius
Peruenit in colchas aurea lana domos:

Quia nimbi ſiue hymbres a nubibus fiunt recte nephelen comitantur. PER FRETA longa: hellespontum: ut longe deus helleſponti. EIVS longitudo eſt a tenendo in propontidem. GEMINI pericli: Immolationis. & tranſitus Helieſponti CERVleo deo. Neptũo cuius helle nympha ẽ Lege iginum qui eam fabulatur a neptuno fuiſſe compreſſam. PERVENit in colchas aurea lana domos: Ad Aretam regeʒ Colchorum qui in Scythia ſunt qua labitur phaſis. Ferũt Arietem ſibi pellem auream detraxiſſe ac dediſſe Phryxo cauſa memoriæ eumq; ad ſidera perueniſſe.

¶CIVES. Thebani ſcilicet propter Annonæ caritatem. ET TEMPTS ipſa ſterilitas temporis: cum uideretur prouenire ex aeris intemperie. ET ino: nouerca. COMPVLERANT: quaſi iam coegerant. REGEM ATHAmantem. VSq; ſemper recuſantem iuſ.ne pa. pati filiorum immolationem. quam ab oraculo iuſſam arguebant: licet ille ſemper recuſaſſet. tandem pati coactus eſt. ET Soror & phryxus uelati tempora uitiis: Helle miſera cum phryxo fratre habentes frontem uittis uelatam. ut moris eſt in ſacrificiis talibus. ut apud Virgilium: Vitteq; deum: quas hoſtia geſſi. STANT ſimul ante aras ubi erant immolandi. ET GEmunt facta iuncta: iunctam & eandem mortem: quia ſimul mactabantur. MATER. Neiphile mater Phryxi & Helles: ASPICIT hos: Phryxum & Hellem. VT: ſicut. FORTE pependerat æthere: & recte pependerat aere. quia conuerſa in nebulam in aere pendet: & νεφελη nebula eſt. ET SERIT pectora nuda: pulſat nuda pectora. MANV ATTONITA: nam ipſa attonita filiorum caſu. ET DESilit: deſcendit. IN VRbem draconigenam: thebis in boetia: quas Cadmus poſuit: qui in eo loco draconem interemit: ex cuius ſatis dentibus nati ſunt: qui Cadmuʒ in ea urbe condenda iuuerunt: ideo draconigenæ dicte quamquam & autor: hoc eſt ipſe Cadmus in draconem mutatus eſt: unde & alii draconigenam dictam urbem putant. COMITANTibus nymbis: hymbribus. qui inductam nubem comitati ſunt: quędoquidem hymbres ab ipſis nubibus emittuntur. ET eripit ſuos natos: Phryxum & Hellem. INDE AB EA ara: ubi mactandi erant. ET VT CApiant fugam ut nouercæ inſidias effugiant. TRADITVR aries auro nitiſſimus: datur illis aries aurei uelleris. ILLE: aries. VEHIT duos: fert Phryxum & Hellem. PER FRETA longa: per maria ipſa. FOEMINA. Helle. DICITVR tenuiſſe cornu ſiniſtra infirma: non firma ſiniſtra manu: quia non ualida: quẽadmodum dextera: ideo ex ariete ipſa delapſa eſt. CVM fecit nomina aquæ de ſe. cum ab occaſu ſuo dictus eſt helles pontus: hoc eſt pontus helles mare illud anguſtum inter ægeum. & propondita: ubi totiens feliciori tempore congreſſu cum hoſte ſumus. DVM FRATER: Phryx. VVLE SVCCVrrere lapſæ: ferre opẽ ſorori. quæ ceciderat in aquas. ET DVM uſq; porriget extentas manus: dum extendebat illi manns: ut eam iuuaret. PENE QVAſi. PERiit ſimul cũ illa. nam & ipſe in periculum fuit decidendi in aquas. FLEbat: phryxus. VT AMiſſa conſorte: ſorore. quæ in eadem ſorte fuerat. GEMINI pericli: quia in eodem ambo periculo fuerant. NEScius ipſe phry. IVNCTAM ſororem eſſe coniunctam. DEO ceruleo: neptuno cerulei maris deo nam decidens illa ab eo comprehenſa & in nympham mutata: unde in argonauticis. VITTAq; conſtitit helle: Iam panopes thetidiſq; ſoror. TACTis littoribus: poſtquã appulit littori phryxus. ARIES fit. ſydus: quia detracta ſibi pelle: cœlo locatus eſt & inter ſydera relatus. ET AVrea lana huius: aureum ipſius arietis uellus. PERVENit in colchas domos. ad æetem Regem colchorum: Colch in ſcythia accolæ phaſidis finitimi Eniochis: unde Iaſon poſtea uellus eripuit. Tres ubi luciferos. ſeptimo calendas Aprilis hoc eſt uigeſimoſexto die Martii. eſt æquinoctium uernum Verum Florentinus princeps inquit uernum æquinoctium eſſe octauo calendas April Autumnale octauo calen. octob. exigua tamen differentia ex unius ſolum diei. VBI poſtquam. VENiens eos. Veniens aurora. nam ευσ aurora eſt. PRAEMiſerit: antemiſerit.

PAV. MAR.

ANT. FAN.

æquinoctiũ uernũ vii. calẽdaſ apriles æquidiali Eos

❡TRES ubi luciferos ueniens præmiſerit eos. TEMpora nocturnis æquã diurna feres. vii. calẽ. apri. erit æquinoctiũ uernũ: quod ſecundũ Macro. Pli. & Colu. eſt ad. viii. cal. apri. quem dĩe Phryges hilaria appellibant celebrãtes læticiæ exordium cũ ſperarent diem nocte longiorem. Romani (autore Feſto) utrũq; æquinoctium equidiale dixerũt cũ nox diei potius q̃ dies nocti annumerari debeat: quæ tẽpora raro nõ aliquos tẽpeſtatum ſignificatus habent teſte Plinio. Tres autem Luciferos accipe non a principio: ſed a quinquatriũ fine tubiluſtrio in eo numero cõprehẽſo. Sane eos aurora ẽ q a græcis ios dr̃. Vñ nos i in e lõgã uertentes eos dicim⁹ & accipim⁹ aliqñ a pte totũ. hoc eſt ab aurora diem quod & græci faciunt: ut

❡ Tres ubi luciferos ueniens p̃miſerit eos:
Tempora nocturnis æqua diurna feres.
Inde quater paſtor ſaturos ubi clauſerit edos
Canuerint herbæ rore recente quater
Ianus adorandus, cum quo concordia mitis
Et romana ſalus: araq; pacis erit:
❡ Luna regit mẽſes: huius quoq; tpa mẽſis
Finit auentino luna colenda iugo.

Iano concordiæ ſaluti ac paci res diuina fit. iii. calẽ. apri.

Quod nos uerbũ uerbo nõ reddẽtes ſic latinũ fæcimus: multũ uẽturi ſpes credula uẽdicat æui Multa ſed extremus trũcat amice dies. INde quater paſtor ſaturos ubi clauſerat ædos. Tertio calẽ. apri. iano cõcordiæ ſaluti ac paci rẽ diuinã faciebãt: q numina aptiſſime cõnectunt. Prudẽtia. n. quã iano tribuũt cõcordiã facit: cõcordiã ſalutẽ & pacẽ. Multæ autẽ ædes concordiæ Romæ a multis dicatæ ſunt Lege Suetonium. Liuiũ. Plutarchum & Appianum. A b æde ſalutis dicta eſt porta Salutaris q̃ ei fuit p̃xima. Romanam autem ſalutem uocat quod pro incolumitate po. ro. ei ſacra facerẽt. Auentino luna colenda iugo. Pridie calen. apri. Dianæ in auẽtino res diuina fieri conſueuit quo in monte Seruius Tullius Latinis populis perſuaſit ut exemplo eorum qui Dianæ epheſiæ ædem fæciſſent & ipſi ædem Dianæ ædificarent: quod fecerũt. Vnde illud eſt. Quæq; auentinum tenet algidũq; quindecim diana p̃ces uiroꝝ caret Et illud. Phillis auẽtinæ quædam eſt uicina dianæ. Hanc deam auentinam nonnulli uolunt Lucinã dictã cum dianã ſiue lunã palat nã noctilucã uocarẽt. quod in palatio (ut autor ẽ Varro) eius tẽplũ noctu lucere. Suſpẽdebatur in hac æde boum cornua non ceruorum quod ibi Seruius Rex decepto quodam antrone corutio bouem inſigni ſpecie ac pulchritudine dicitur immolaſſe: & eius cornua templo affixiſſe ut iuba ſuis monumentis mandauit. Dianæ auentinæ ſimulachrũ (ut ſcribit Strabo) Romãi eodem modo diſponentes apud Maſſilicẽſes collocarunt: qui aliqñ ſumma fœlicitate ex Ro. po. amicitia floruerũt Fuit & Romæ tẽplũ Dianæ ia angiportu qui patricius dicebat̃: cuius igreſſu uiri abſtinebãt ut Plutar. in quæſtionibus tradit.

Lune feſtũ pridie calen. Diana auentina. Diane tẽplum in angiportu

PAV. MAR.

❡TRES luciferos: tres dies ab ipſo lucifero: ſic numeratos triduũ ab ultimo die quiquatriũ hoc eſt a. xxiii. dii martii erit. xxv. dies: deinde ſequẽtem oſtẽdit: ſic. xxvi. die erit æquinoctiũ. FER et: ipſa aurora. TEMpora diurna: æqua nocturnis. hoc eſt diem adæquabit nocti: ſic erit æquinoctium. INDE quater: Quarto die poſt: noctu numerata die equinoctii: ſed quattuor ſequentibus diebus erit feſtũ iani. concordiæ ſalutis & pacis: qm̃ his eo die ſacrificat̃. De iano cõcordia & pace dictum eſt in primo libro. Salutis aũt ædes erat apud portam ſalutarem: de qua Pom. Feſtus Salutaris inquit porta: appellata eſt ab æde ſalutis quæ ei proxima fuit & Var. inquit: Collis ſalutaris quatriceps os aduerſum eſt pylonoris ædem ſalutis. & Tranqu. inqt de auguſto loquẽs Nonnulla etiã ex antiquis cerimoniis paulatim aboleta reſtituit: ut ſalutis auguriũ: diale flaminũ &c. INDe ubi: poſtq̃. PAStor quater clauſerit hædos ſaturos: ueſperi quater reduxerit e paſcuis: & incluſerit capellas. ET herbæ quater canuerint: albeſcẽt. RORe recente: gelido. Hac periphraſi a reductione capellaꝝ & rore: ueſpertinũ: & matutinũ tẽpus ſignificat quater: ſic quattuor ortus & occaſus. ergo poſt quatriduũ: hoc eſt. xxx. dies martii. Ianus erit adorandus. ſacrificandũ erit Iano. CVM quo iano. ERIT mitis concordia adoranda. ſ. & illi eſt immolandum. ET Salus romana: nam in æde ſalutis pro ſalute populi erecta litandum. ET ara pacis: ubi etiam peragenda eo die ſacrificia. LVNA Regis menſes: pridie calen. apri. hoc eſt ultimo die martii feſtum eſt Diauæ: cui in auentino ſacrificat̃ Seruus enim Tullius ſextus ro. rex: Latinorum populis perſuaſit: uti exemplo eorum: qui Dianæ Epheſiæ ædem feciſſent: & ipſi ædem Dianæ in auentino ædiſicarent: Quo effecto bos quædam Sabino miræ magnitudinis nata eſt: reſponſum datum eum populum ſummam imperii habitudinem. cuius ciuis bouem illam immolaſſet: Sabinis bouem in aueutinum egit: & cauſam ſacerdoti ro. expoſuit. Ille callidus dixit prius eum uiuo flumine manus abluere debere. Sabinus dum ad Tyberim deſcendit: Sacerdos ro. bouem immolauit. Ita imperium ciuibus: ſibi gloriam facto conſilioq; quæſiuit &c. LVNA regit menſes de hoc a principio diximus q menſes a luna computantur. & principia menſium illi ſunt conſecrata. cum eandem iunonem & lunam eſſe putarent. HVIVS quoq; menſis: martii. FINit tempora: nam ultimus dies eſt illi ſacer. LVna hoc eſt ipſa Diana. ET Colenda iugo auentino: in monte auentino: ubi eſt illi templum a romanis pariter. & Sabinis erectum: eſt igitur eo die Dianæ ſacrificandum.

Finis Tertii Libri.

## ¶ INTERPRETATIO QVARTI LIBRI PER ANTONIVM PHANENSEM ET PAVLLVM MARSVM POETAS LAVR. ANT. FAN.

ALMA faue dixi geminorum mater amorum: Non recte ſenſit Eratoſthenes q̄ poemata ad mentem & intelligentiam indicandã nõ cenſuit: perinde ac poetæ oẽs non docendi ſed oble-ctandi gratia ſcripſerint: Cũ contra ſapientiſſimi uiri primũ quandam phyloſophyam poeticã eſſe dixerint & Homeri poema nihil eẽ aliud q̄ ſtudiũ ſapientiæ. Vnde poetaꝝ figmenta nõ ſunt ſemp accipienda ſimpliciter: ſed altius inſpicienda

ALMA FAVE DI-
xi geminorum ma-
ter amorum.
Ad uatẽ uultus ret-
tulit illa ſuos:
Quid tibi ait mecũ-
certe modo feſta ca-
nebas.
Num uetus in molli
pectore uulnus habes:

q̄ quidam opinẽtur: ut ecce qd̄ ad hunc locum attinet: Igneum ſemen e cœlo cecidiſſe in mare poetæ finxe-runt & Venerem natã e ſpumis: quo nihil aliud ſignificarunt q̄ ignem & aquam duplicem cãm eẽ naſcendi unde aries calidus & humidus ut dictum ẽ inter ſigna zodiaci obtinuit prĩcipatum: quem tñ multi calidum eſſe atq; aridum tradunt. Eam ob cãm maiores noſtri Aprilem menſem quo nitent arua ſegetibus prata herbis: arbores foliis: & ex coniunctiõe ignis & humoris omnia procreantur Veneri dicauerunt. Eumq; menſem fuluius & Iunius Gracchus teſte Varrõe: aliiq; nõ nulli quaſi Aprilẽ nominatum exiſtimarunt a ſpuma quam græci aphron uocant unde aphrodite uenus a græcis dicitur quã noſtri Cæligenam uocarunt ut idẽ Varro autor ẽ: quis Plutarchus in Numa ideo Aprilem a uenere dixerint nominatum ꝙ eo menſe & deæ ſacrificãt & ad calendas mulieres lauant myrto coronatæ. Cingius aũt in libro quem de faſtis reliquit (ut ſcribit Macrobius) ait imperite quoſdam opinari antiquos hunc menſem a uenere nominaſſe cum nullus dies feſtus nullũq; ſacrificium inſigne ueneri per hunc menſem fuerit conſtitutum: cui Cingio Varro conſentit affirmans ueneris nomen ne ſub regibus quidẽ apud Romanos Latinũ uel græcum fuiſſe ideoq; non potuiſſe Aprilẽ a uenere nominari ſed ab aperiendo dici magis putandum quaſi Aprile ꝙ uerna temperie arridente (ut ait Plutarchus) plantarum germina aperiantur cæteraq; quæ continet terra. Sciendum tñ nõ negare ualerium Flachum: teſte Macrobio poſtea cõſtitutum eſſe ut hoc menſe matronæ ueneri ſacrum facerent. que dea & mas & fœmina putabatur: Vnde legimus Ariſtophanẽ eam aphroditon appellaſſe: quãuis (ut ſcribit Seruius) nonnulli dicant non ſolum uenerem. ſed & alia numina utriuſq; ſexus participationem habere. Sunt qui putant Romulum altiorẽ prudentia ita primos ordinaſſe mẽſes ut cum præcedens Marti eſſet dicatus deo plerumq; hominum necatori. ſecundus Veneri dicaretur: quæ uim eius quaſi benefica leniret: nam cum in. xii. ſignis zodiaci primũ ſignum Aries Marti aſſignatus ſit: ſequẽsq; Taurus Venerem accæpit. Lege Macrobium. Dicitur autem Venus geminorum cupidinum mater: ſed ſcripſerunt quidam plures eſſe Veneres: pluresq; cupidines: ut Cice. qui duas Veneres tradit & tres Cupidines. Primum ex Mercurio & diana genitum. Secundum ex Mercurio & ſecunda Venere. Tertium quẽ Anteron dicunt. Alii hãc Venerem quam ex teſtibus Cœli & maris ſpuma genitam Aphroditen uocant geminorum cupidinum matrem dicunt: ut Diua non miti generata ponto quam uocãt matrem geminus cupido. Hinc illud eſt *Syllii*: Cum ſic ſuſpirans roſeo uenus ore decoros alloquitur natos. Horum alter uoluptatis eſt quẽ Diogenes dicere ſolebat uacantium occupationem. alter pietatis. Ille enim turpis eſt de quo ait Virgil. in buc. Nũc inſanus amor duri me martis in armis tela inter media: atq; aduerſos detinet hoſtes: Ille pius de quo in. æne. Neq; enim patrius conſiſtere mentem paſſus amor. Plato duplicem amorem eſſe dixit. Alterum terreſtrem atq; uulgarem. Alterum cæleſtem ſingularem ac plane diuinum: & hunc quidem eſſe omni ſtudio ac diligentia expetendum: illud uitandum tanq̄ humano generi pernicioſum. idemq; hunc cæleſtem amorem fauorem etiam uocat: ſed ſanctum ac diuino quodam inſtinctu prouenientem. Sagittarum cupidinis alteram ideo auratam fingi arbitramur ꝙ pulchritudo ſæpiſſime amorem facit: uel ꝙ aurum eſt calidum & humectum: nam ꝙ auro amor conciliari ſoleat: ut Aurea nunc uere ſunt ſæcula plurimus auro uenit honos auro conciliat amor. Licet uerum ſit ut ad id figmentum attineat non putarim. Altera uero qua fugari amorem fabulantur ideo plumbum habet mea ſententia quod conſtat ad allignatis lumborum & renum parti. plumbi laminis ob eius frigiditatem impetos Veneris inhiberi autore Plinio. Sane alma Venus ab alendo ſic dicitur: ut Alma ceres almus ager Aluntur enim per Venerem animatã: hoc eſt propagantur & eruantur ſpecies quanuis percant indiuidua. Sed almis interdum & pulchrum ſignificat auctore Feſto: quo nullum epitheton magis Venerem decet. *Sciendum* placuiſſe quibuſdam amores tres eſſe. Aliis quinque. Aliis plures. Vnde illud eſt Propertii: Hos uetuit me numerare timor.

Aprilis. Aphrõ. Aphrodite. Cupidines tres. Amor duplex. *Sagitta* cupidinis aurata Sagitta cupidinis plũbum habens. Almuz.

PAV. MAR.

ALMa faue dixi geminorum mater amorum. Rationem huius mẽſis: quẽ nunc q̄rto loco numeramus cum ſecundo loco a Romulo eẽt inſtitutus: a Vectio Macrobiano mutuabimur. Secũdum inquit menſem nominauit Aprilem: ut q̄dam putant cum aſpiratione: quaſi aphrilem: a ſpuma: quam græci αφρον uocant: unde orta Venus creditur. Et hanc Romuli aſſerunt fuiſſe rõnem. ut primum quidem menſem a patre ſuo Marte ſecũdum ab Aeneæ matre Venere nominaret: ut hinc potiſſimum anni prĩcipia ſeruarẽt: a quibus eſſet Romãi nominis origo: cũ hodie quoq; in ſacris martẽ

patrẽ. Venerem genitricem uocemus Alii putãt Romulũ:uel altiore prudentia:uel creti numinis prouidentia. ita primos ordinaſſe menſes:ut præcedẽs Martii eſſet dicatus:iõ plerũq; hominum necatori:ut Home.naturæ conſcius ait:αρεσ αρεσ βροτο λοιεκ μιαιφονε τειχέσιω λητα. Secũdus ueneri dicaret:Quæ ut in eius:q̃ ſi beneficia leniret. Nam & in duodecim ſignis zodiaci:quoꝝ cuncta certoꝝ numinũ domicilia credunt: Cum primũ ſignum Aries Marti aſſignatus ſit:ſequens mox ucnerẽ:ideſt Thaurus accepit & rurſus regione ſcorpius ita diuiſus eſt:ut deo eſſet utriq; cõis:Nec exiſtimat rõne cœleſti carere ipſa diuiſio:ſi quidẽ aculeio uel potẽtiſſimo telo:pars armata poſterior:domicilium Martis ẽ. Priorem uero ptem:cui ξυκοσ apud grecos nomẽ ẽ.nos libram uocamus:Venus accepit:q̃ uelut iugo cõcordi iungit matrimonia:amicitiaſq; cõponit:Sed Cyngius in eo libro:quem de faſtis reliq̃t:ait imperite quoſdam opinari Aprilem mẽſem antiquos a Venere dixiſſe:cum nullus dies feſtus nullũq; ſacrificium inſigne Veneri per hunc menſem a maioribus inſtitutũ ſit:ſed ne in carminibus quidem ſaliorum:Veneris ulla:ut cæterorum cœleſtium:laus celebrat. Cyngio ẽt Varro conſentit affirmãs nomen Veneris:nec ſub regibus quidem apud romanos:uel latinum:uel græcũ fuiſſe:Et ideo non potuiſſe mẽſem a Venere nominari:ſed cum fere ante æquinoctiũ uernũ triſte ſit cœlũ:& niuibus obductũ:ſed & mare nauigantibus clauſum. Terræ etiam ipſe aut aq̃:aut pruina:aut niuibus cõtegant:Eaq; oĩa uerno:ideſt hoc menſe aperiant. Arbores quoq;:nec minus cætera quæ continet terra:aperire ſe in germen incipiant:ab his oĩbus mẽſem Aprilem dici merito credendum eſt:quaſi Aprilem:ſicut apud Athenenienſes ανθεστηριον idem menſis uocatur:ab eo quod hoc tpe cuncta floreſcant. Valerius aũt Flaccus non negat hoc die poſtea conſtitutũ:ut matrone Veneri ſacrum facerent. Plutarchus uero in uita Numæ Aprilem inquit:quod aphroditis ideſt Veneris habeat cognomentum. Quo menſe & deæ ſacrificant:& ad calendas mulieres myrto coronatæ lauant. Quidã uero non ab aphroditi Aprilem nominatum dicunt:ſed quemadmodum ſimplex ſe nomen habet Aprilem mẽſem uocatum:quoniam uerna temperie arridente:plantarum aperiantur germina &c. Sed hæc hactenus. Poeta Veneris menſem ſcripturus:Venerẽ inuocat primo uerſu. Affuit deĩde illa:& rogat an amet:cum eam uocet quid uelit. O Mater alma:o uenus mater. GEminorum amorum:faue mihi feſta canenti. Alma ueneri adiungitur. Virg.alma parens confeſſa deam.& Alma uenus phrygii genuit ſymoentis ad undam: ab alendo q̃ omnia alat:unde & Cice. Venerem dictam putat:q̃ ad res oẽs ueniat. GEMINOrum amorum hoc eſt ioci & cupidinis, quia ambo filii ueneris traduntur. Hora.in primo car. Siue tu mauis erycina ridens:quam uolat circum iocus & cupido. & Seneca.in Tu. Diua non nuti generata ponto:quam uocat matrem geminus cupido:pro ioco & cupidĩe dictum. Alter enim eſt qui allicit:alter qui coniungit. ILLA uenus retulit ſuos uultus ad uatem:uertit ſe ad me. AIT qd tibi mecũ.ſ.eſt cur me nũc uocas? Certe mõ:pauloante:hoc eſt heri. CAnebas.cantando ſcribebas. FEſta:dies feſtos. NVM:an. HABes uetus uulnus:amoris.ſ. IN molli:in laſciuo. Pectore:amas ne nunc:ſicut prius amabas. RESpondit.ego

*Scis dea reſpondi de uulnere, riſit:& aer.*
*Protinus ex illa parte ſerenus erat:*
*Saucius aut ſanus:nunq̃ tua ſigna reliqui.*
*Tu mihi propoſitũ:tu mihi ſemper onus:*
*Quæ decuit primis ſine crimĩe luſimus ãnis*
*Nunc teritur noſtris area maior equis:*

ANT. FAN. ¶SCIS de uulnere:Noſti Ouidium nunq̃ eſſe amoris expertem qui uel ſanus amare cõſueuit. Nũq̃ tua caſtra reliq: Tractũ a militibus q̃ nõ mõ non ſunt tranſfugæ: ſed & incolumes & ſaucii uexilla non deferunt. SINE crimine luſimus:Ipſe in.ii.triſtiũ. Crede mihi diſtant mores a carmine nr̃o Vita uerecunda eſt muſa iocoſa mea. Quam ſententiam imitatus Martialis ait. Laſciua ẽ nobis pagina uita pba. Potuit hoc dicere ut relegatũ ſe credere uideretur ob artem quam ſcripſiſſet. ARea maior:Metaphora eſt. Florentinus iuriſconſultus locũ inquit ſine ædificio in urbe areã:ruri agrũ appellari. Varro aream eſſe inquit ubi frumẽta ſecta teruntur & areſcunt:a cuius ſimilitudine loca in urbe pura puta areas dici:quæ ut inquit Feſtus q̃ uacua ſint quaſi exaruerint & quicq̃ generare non poſſint id nomen accæperunt. Bene aũt meminit autor areæ in rebus ſacris quæ ad ædes deoꝝ eſſe conſueuit. Vnde ait Vir. Aut ante ora deum pingues ſpaciat ad aras. Senſus autem ẽ. In grauiore materia meũ uerſat ingenium.

PAV. MAR. ¶SCIS tu dea de uulnere.tu ipſa uenus noſti an amẽ.uel non amẽ. Riſit.ipſa. ET aer protinus erat ſerenus ex illa parte.quaſi ridente illa aer ea ex parte ſerenus redditus eſt. Altiuſq; tendit ſententia quam uerba.nã hoc liquido apparet quotiens aſpectus Veneris.hoc eſt ipſius ſyderis exorientis lætus.hoc eſt purus & lucidus uidetur. Serenitatem aeris indicat ſecus in turbibus. SAVCIVS aut ſanus.uel ardenter amauerim.uel non ita uehementer. Nunq̃ tamen penitus ab amore diſceſſi.& in libris de remedio. Sæpe tepent alii iuuenes.ego ſemper amaui.& ſi quid faciam.nunc quoq; quæris amo. SANCIVS: hoc eſt cum uulnere. AVT ſanus. ſine uulnere. NVNq̃ reliqui tua ſigna.tranſlatio a militia. Nunq̃ diſceſſi a caſtris tuis.nam ſemper ſub te militaui nec diſceſſi a ſignis.quia non uerti terga hoſtibus. TV mihi propoſitum.de qua ſemper dicere propoſueram. TV mihi ſemper honus.qui ſim in rebus tuis ſemper occupatus. LVSIMVS.ludendo ſcripſimus. PRimis.annis in iuuenta. Quæ decuit.quæ decorum fuit iuuenem ſcribere. Sine crimine.& hoc alio tendit.quam ſcribatur. Nam cum ab Auguſto damnatus ſit Velata tamen uera cauſa.ob artem quam ſcripſerat. Nunc etiã ut ſe apud germanicum excuſet dicit ſe ea ſcripſiſſe.quæ iuuenem decebat.& ſine crimine.quaſi dicat per quod damnari non meruiſſem & in triſtibus ad Aug.nullum legiſſes crimen in arte mea.& illud.prius tamen dictũ.ſed q̃ illud adducit.in quæ meo nullum carmine crimen erit. NVNC maior area teritur noſtris equis.maior nunc mihi ad agendum materias ſumpta eſt. Et eſt hoc in loco trãſlatio a tritura frugum ſumpta.nam ubi maior ſpicaꝝ copia.ibi maiore area opus ẽ.ſic ipſe maiorẽ materiã maiorib⁹ ãnis accepit.nã poſt iuuẽtã.

¶MEA tempora myrto contigit: Quia hæc arbuſcula Veneris eſt ut ait Plutarchus: Gaudet enim littoribus ANT.
teſte Seruio & apta eſt plurimis neceſſitatibus mulierum. Vnde imperatores teſte. A. Gel. corona myrta ute FAN.
bantur: qui ouantes urbem introiebãt quibuſq; incruenta uictoria obuenerat cui facilitati aptam eẽ frondẽ Ve Myrtus
neris crediderunt ꝙ nõ martius ſed quaſi Venereus quidam triumphus ouantium foret a quibus corona myr- Myrtea
tea oualis dicit autore feſto introiebant aũt urbẽ ouãtes uel cũ bella indicta nõ erant uel cũ ſine ſanguine confe- corona
cta fuerant. Ferunt Romanos Sabinoſq; cum propter raptas uirgines dimicare uoluiſſent myrtea uerbena de
poſitis armis pacem firmaſſe in loco qui poſtea ſigna ha Cluere
buit Veneris Cluacinæ. Cluere enim antiqui pugnare unde
dicebant teſte Plinio: qui arborem myrtum ideo tũc ele Cluacina
ctam dicit: quia coniunctioni & myrto Venus præeſt. uenus
Huius arboris uirgæ geſtatæ uiatori prodeſſe dicũtur
in loco itinere impediti.

Tempora cum cauſis annalibus eruta priſcis
Lapſaq; ſub terras, ortaq; ſigna cano:
Venimus ad q̃rtũ quo tu celeberrima mẽſẽ
Et uatem, & menſem, ſcis uenus eſſe tuos:
Mota cytherea eſt, leuiter mea tpa myrto.
Contigit, & cœptũ perfice dixit opus:
Senſimus, & cauſæ ſubito patuere dierum:
Dum licet, & ſpirant flamina nauis eat:
Si qua tamen pars te de faſtis tangere debet.

¶TEMpora cum cauſis: hoc fuit noſtri propoſiti: ut tẽ PAV.
pora ſcriberemus: cum ortu & occaſu ſignorũ. Venim⁹ MAR.
iam ad Aprilem tuũ o uenus menſem: faueas igitur tuo
uati: tua nunc quoq; tempora canenti. CANO. cantan
do ſcribo. TEMPORA: annum. menſes dies feſtos
& profeſtos: feſta ſtata & non ſtata. CVM CAV-
SIS: cum rationibus: ut in principio quoq; diximus:
Seu cum originibus hoc eſt cũ fabulis: ſiue hiſtoriis: un
de quid originem habuerit. Et quoniam cum origi-
nibus dixerim: Neſcio qui interpretem fideliſſimum uirum pium: & ab omni maledicentia penitus abhorren-
tem Nuperrime fuerint inuecti: quaſi fuerit in eo uerbo maieſtas naturæ læſa. Carpant licet in puerilibus ludis
& in nomen meum paſſim allatrent: non tñ efficiẽt: ut ab inſtituto diuellar. Illud enĩ mihi tam a natura datum:
quam uite inſtitutione ſeruatum. ne queq̃ uerbis prouocem: ne maledicendo: cuiuſpiam aures offendã. Fruſtra
quidem laceſſunt: nondum enim maledicere didici. Nec ſi quit fieri poteſt. ſine ulla maledicentiæ nota reſpõde
bo. Turpiſſimum enim eſſet duci: cum quouis milite certamen. Sed hoc tantum dicere liceat: quod apud lucanũ
Cæſar uanam ſpẽ mortis honeſtæ concipis. haud inquit iugulo ſe polluet iſto Noſtra Metello manus. Dignũ te
Cæſaris ira nullus honor faciet. Sed ſatis ſit. Quãuis & illud tragicum adduci queat Domi lyciſſam quid pauiſſe
profui ut illa ruſtra ſanguinem hauritet truci: ſed redeamus ad rẽ. CVM cauſis: cum originibus. ſeu cũ rationi-
bus: ut ab initio diximus. Nã toto opere poeta cãm aut pro rõne: aut pro origine ponit. Etenim pleruq; refert: qua
rõne quid fuerit inſtitutũ: & unde originem habuerit: ut in primo libro cum agit: Cur priapo mactet aſellus. cau
ſa pudenda quidẽ ſed tñ apta deo refertq; unde aſinorum immolatio habuerit originem. Et poſtea in carmẽtalib⁹:
Vnde petã cauſas horum moremq; ſacrorum: quo pacto intelligemus hoc in loco cauſas? pro meritione? An pro
origine & ratione? Sed ne nimium immoretur: quia frequentes loci ſunt hmõi: ubi cãm pro origine ponit. nam
mox ſubiicit? unde principium res ipſa habuerit. Et quia nõ credit: euoluamus dilucidiores locos: In ſecundo lib.
ubi de lupercalibus agit: Dicite pierides ſacrorum quæ ſit origo Attigerit latias: unde petita domos: quæ ſit origo
dixit: & originẽ lupcaliũ græcã refert. iã negari nõ põt & in eiſdem ſacris: cũ latinã originẽ referre uult iquit: Ad-
de peregrinis cãs mea muſa latinas. Vides ne q̃ aptiſſime cãs pro originibus poſuerit. Eodẽ eni tẽdit utrũq;. nam
cũ primũ p̃cat muſas. ut dicãt originẽ & græca relata ẽ. poſtea p̃cat ut latina cã referat qs eſt tam ptinax: q pro
origine dictũ neget. cũ originẽ ſacrorum apertiſſime referat quod crebetrimũ eſt apud poetã: cũ cãm aut pro origi
ne: aut pro rõne ponit: qđ ut cõſtet cũ cãm nõ ponit ponit originẽ ut in pallibus expoſitus mos eſt. moris mihi
reſtat origo. & in floralibus dic dea rñdẽdi ludorũ q̃ ſit origo. In lemuralib⁹ dicta ſit unde dies q̃ nois extat origo
me fugit ex aliquo ẽ iueniẽda deo. Origine hoc in loco dicit. Sed qd proſequit ut uideamus qa rõne poſitũ. Plea-
de natemone uirga uenerãde potenti. Sæpe tibi ſtygii regia uiſa iouis. Venit adoratus caducifer aſpice cãm. No-
minis ex ipſo ẽ cognita cauſæ deo. Quis negat cãm pro origine poſitã cũ prius dicat quæ nominis erat origo &
poſtea ſubdit ipſo deo cognitã eſſe cãm & refert unde originẽ habuerint lemuralia. & in principio ſexti. Hic quo
q; mẽſis habet dubias in noie cauſas. Et poſt hic ego quærebã cœpti quæ mẽſis origo. Eſſet & in cura nois huius
erã cauſas & originẽ indifferẽter dicit & poſtea. At decus omne mihi cõtingit origine mẽſis. Cõſtat igit tandem
ex poeta ipſo cauſam pro origine poni. His argumẽtis cum referat rerum de quibus agit originẽ & cũ interdum
ubi cãm nõ ponit originem ponit. Vel cũ cõuertat. ut cãm pro origine & originem pro cauſa ponat. Arguamus
nũc a diffinitione uocabuli. Fabius uictorinus ſic diffinit. Cauſa eſt animi impulſus ad aliquid agendũ: Quicqd
enim ſit ex aliquo animi ĩpulſum ſit. Et quoniã ita forte arguitur. Romulus cã fuit cõdendæ urbis. pp ipſius animi
ĩpulſum nõ tñ fuit origo. nã hæc refert ad principiũ ipſius ædificationis: cũ eẽnt oĩa quæ ad rem facerent para-
ta. Euoluatis Ciceronẽ inuenietis duplicẽ cãm impulſiuã & ratiocinatiuã impulſiua eſt in ipſo primo motu. Ra-
tiocinatiua eſt in ratione & cõſilio. Primo enim loco eſt animi impulſus deinde eſt ipſa ratiocinatio. a prima q-
dẽ origine pendẽs & ipſe impulſus eſt origo rei. fruſtra. n. adhiberet ratio. ĩmo adhiberi nõ poteſt: niſi ſit ille ani
mi ĩpulſus nã ut ab initio diximus: ex cauſa eſt ipſa ratio quæ quidem eſt rerũ gerendarũ ordo ex cauſa uenienti
um. ut quid quo loco facias. ac dicas intelligas. Ratio ſine cauſa eſſe nõ põt. cauſa uero ſine rõne põt. Hoc idẽ Fa-
bius inquit. Sed iam pueris notum eſſe arbitror. impulſum illũ animi originẽ eſſe rerum agendarum ſed qa mul
tis perſuaſum eſt contrarium. & adeo ĩ nellis mentibus infixum ut auelli non poſſit ſi nobis non creditur. non
Fabio non poetæ noſtro. non rationibus. Credatur tandem Ariſtoteli & Ciceroni. Ariſtoteles enim oſtendit



BIBLIOTECA UNIVERSITAR DE GRANADA

caũſam eſſe negociorum originem.Cice.in lib:de natura deo.Cauſam hoc eſt principium inquit:Quud ſi hi errat cũ bis errare malo:q̃ cũ cæteris recte ſentire.Arbitror ẽt dicturos eos Ariſtotilẽ & Ciceronẽ erraſſe.Sed iam finis ſit:Neq; uolebã tam lõge progredi:Deus.n.teſtis eſt:me nõ fuiſſe maledictis reſpõſurũ:ſed qa locus exigebat:ut de cauſis agerẽ:uolui oſtẽdere:ut oportuit cũ cauſis:hoc eſt cũ originibus recte dictũ:non ut quẽq̃ carperẽ ſed ut mea dicta defenderẽ:Sed proſequemur iter inſtitutũ. Eruta annalibus priſcis:quæ ego magna cura & diligẽtia ex ueteq; annalibus excerpſi. ET cano ſigna lapſa ſub terras & orta:ortum & occaſum ſignorum ut ab initio dictũ ẽ. VENimus ad q̃rtũ mẽſem:ad Aprilẽ:q q̃rtũ ãni locũ obtinet. QVO mẽſe. TV celeberrima cultiſſima & celebratiſſima es. ET tu uenus ſcis uatẽ:me ipm q cano tpa. ET mẽſem eẽ tuos nã & ego tui iuris ſum:& menſis ibi dicatus:& a tuo noĩe nũcupatus.faueas ergo dum ea canimus: quæ ad te ipſam pertinent.

MOTA cytherea:Venus mota eſt uerbis meis. CONtigit leuiter mea tẽpora myrto:ut inſpiret mihi mentẽ qua perciperẽ ea,quæ cupiebã.Myrtus.n.Veneri ſacra:de ea paulo inferius. ET DIxit perfice cœptũ opus qđ incepiſti proſequere:& perfice.SENſimus:cõtigere.ſ.illa tẽpora & mẽtẽ inſpiraſſe ET cauſæ dierũ: origines & menſis aprilis:& feſtorũ ipſius mẽſis.Subito patuere:fauẽte iam numine. DVM licet:ſcribere.ſ.hæc. ET ſpirant flamina:dum flant ſecũdi uenti: EAT nauis:nauigemus p trãſlationẽ a nautis:qui ſecũdo uẽto utũtur:hoc dicit.nũc cum uenus ipſa faueat:proſequemur ĩcœptum. SI Qua tamen pars te.O germanice:ſi quid eſt in faſtorum quod ad te pertineat:præcipuus eſt hic menſis:quoniam ueneri dicatus eſt:a:qua quidem progenita ẽ Iulea domus in quam tu adoptatus es.Domeſticus hic ergo uobis menſis:cum Iuliorum progenitricis ſit. TAmẽ o cæſar:germanice. SI Qua pars de faſtis:de faſtorum libris & menſibus ipſis.Debet te tangere.te mouere.quod ad te pertineat. HABes quod tuearis:quod in tuo iure defendas.

Cæſar in Aprili q̃ tuearis habes:
Hic ad te magna deſcẽdit origine mẽſis
Et fit adoptiua nobilitate tuus:
Hoc pater iliades cũ lõgum ſcriberet annum
Vidit & autores rettulit ille ſuos
Vtq; fero Marti primam dedit ordine ſortẽ
Quod ſibi naſcenti proxima cauſa fuit:
Sic uenerẽ gradibus multis in gẽte receptã
Alterius uoluit mẽſis habere locum
Principiumq; ſui generis,reuolutaq; quærẽs
Sæcula,cognatos uenit ad uſq; deos:
Dardanon electra qs neſcit atlantide natum
Scilicet electram concubuiſſe ioui:

ANT. FAN. ¶IN Aprili quod tuearis habes: Quoniam hic mẽſis a Venere nomẽ accepit:a qua cæſares deſcẽderũt. Vnde autor ſubiungit.Et fit adoptiua nobilitate tuus.Nam iulius Cæſar a Venere p iuliũ eneæ filiũ originẽ ducens adoptauit Auguſtũ:Anguſtus Tyberium Neronẽ.Tyberiur Germanicũ:cui Naſo'ni diximus hoc opus ĩſcripſit.Vnde nos iam pridẽ aperiẽtes amico cuidã noſtro quid de inſcriptione huius operis ſentiremus poſt multa illud ſcripſimus.Noluit ĩmerito faſtos deſcripſiſſe Neroni Natus habet tituli præmia qui meruit. PATER iliades:Romulus iliæ filius. LONgum cũ ſcriberet annũ:Lunaris cõparatione lõgũ dicit.nã breuis eſt ſi Solſtitiali cõparetur qui.xii.mẽſibus cõſtat. AVtores retulit ille ſuos: Martẽ & Venerẽ:ut hæc generis princeps ipſius ille pater. QVOD,ſibi naſcẽti proxima cauſa fuit: qa Mars Romulo pater fuit:eum cãm' pximam uocat. Nam uenus Romuli mater dicit.ſed alia rõne.multi ſcilicet gradib' interiectis. COGnatos deos:iouem ac uenerẽ.Hãc æneæ parẽtẽ: illum Dardani. Dardanon Electra qs neſcit atlantide natũ.Virg.in.viii.æne. Dardanus iliacæ primus pater urbis & autor Electra ut graii perhibent Atlãtide cretus aduehitur Theucros electrã maximus Atlas Edidit æthereos humero qui ſuſtinet orbes.Scire autẽ debemus tres fuiſſe atlantides ut inquit Seruius.Vnũ regẽ arcadiæ qui pater eſt maiæ.Alium maurum qui maximus dicitur. Tertium italum patrem Electræ ex qua & ioue natus eſt Dardanus qui Dardaniã cõdidit ut Homerus ſcribit in xx.iliados. Licet quidã Dardaoũ nõ ex ioue ſed ex corito rege thuſciæ natũ dicãt qui Electram uxorem habuit.Ex ea & ioue iaſiũ quoq; genitũ tradũt.ut hinc Dardanus ortus iaſiuſq; pater.Refertur ſane hoc loco romãi ſanguinis nobilitas a dardano iouis Cretẽſis filio ad Romulum.Quod Ouid.facit nõ ſolũ ut oſtendat quare Aprilis a Venere nomen acceperit:ſed cæſaribus blandiat' quibus placere ſtudet.Ferunt Dardanum corito uita fundo a quo oppidum Thuſciæ coriti nomẽ accepit:cũ de regno ab Iaſio diſſentiret eo interfecto ſe in ſamothraciam poſteaq; ĩ phrygiam cõtuliſſe.Sed de his uaria legũtũr:quia(ut inqt Virgilius):fama eſt obſcurior annis.

Atlantes tres | Dardan' | Coritus rex | Iaſius | Coritum oppidum

PAV. MAR. ¶IN Aprili:in hoc menſe.Hic menſis deſcendit ad te ipſum magna origine. magnis cauſis.ſeu rerũ principiis Nã illi numini dicatus eſt.a quo Cæſareũ genus originẽ ducit. ET fit tuus:tui iuris.aut tibi domeſticus. ADoptiua nobilitate:ea nobilitate iulea:in quam iu adoptatus es.Iulius.n.Cæſar ex iulio Aſcanii filio progenitus eſt. Is Octauium adoptauit in filium.Octauius Tyberium ea lege ut ipſe Germanicum fratris filium adoptaret:ſic per adoptionem a Venere quoq; originem ducit. HOC pater iliades:Romulus quoq; cum uideret ſe a Venere progenitũ:& patrẽ habuiſſe Martem.iungit mẽſes ipſos.nam primo loco menſem a ſe ipſo Marti.Secundo ueneri dicatũ numerauit. Pater ilixdes.Romulus ilie filius & urbis cõditor. VIDit hoc.ſ.ſe eſſe a uenere progenitum. CVM ſcriberet:cõſtitueret. ANNum longum.annum ciuilem.quem decem menſium numerauit Lõgum:ad differentiam anni lunaris. ET rettulit ille ſuos autores.uenerem.unde eẽt ſui generis origo.& Martem quo natus erat. ET tu dedit primam ſortem ordine fero Marti:ut primum locum anni a ſe cõſtituti marti aſſignauit.QVOD fuit proxima cauſa ſibi naſcẽti.quod ipſius fuerit autor & origo propinquior. Nam pater qui eum genuit. SIC uoluit uenerem receptam in gente:in familia. MVLtis gradibus: longa per gradus cognatione.nam per ſucceſſionis ordines ab ænea ad iliam matrem: HABEre locum alterius menſis: ſecundi

ut ſecundi anni locum obtineret ipſa uenus. ET Querés: inquirés ipſe romulus. PR Incipiũm ſui generis unde originem habuiſſet. ET SAEcula reuoluta: ætates iam exactas: & reuolutas longa annorum ſerie. VEnit uſq; ad cognatos deos: ideſt uſq; ad iouem & uenerem. NAM ALTer autor troiani generis: altera æneæ mater a quo ipſe progenitus é. DAR Danon electra: explicat nunc poeta romani generis uetuſtatem. Ipſamq; genealogiam a Dardano iouis filio: uſq; ad Romulum ipſum. Quæ quidem generationis ſeries a multis uariiſq; ſcriptorib⁹ explicata a nobis ex fideliſſimis hiſtoriographis: tam græcis quam latinis excerpta. Inque breue compendiolum ſuperioribus annis: natali quidem romano redacta eſt. Expoſita quo ad fieri potuit breuiſſime re ipſa ab ultima troianorum origine: uſq; ad ſummum romanæ urbis imperium. Quod cum locus exigere uideatur: ut ipſa quoque ſeries nunc exponendam ſit. Non ab re uiſum eſt ea: quæ ad romuleum genus pertinét Ab initio ad romulum his noſtris quoque commẽtariolis inſerere: ut noſtro carmine uera nunc hiſtoria cognoſcatur. Sic enim exorſi ſumus.

r OMA genethiliacã tibi nũc libaſ ad aram.
Candida lux orta eſt: qua primum facta parẽti
Fundamenda tibi: totum paſſura per orbem.
Brachia: ſidereo caput admotura tonanti
Quo maius nihil eſt. tua te ſi gloria tangit
Et decus antiquum: faueas pulcherima uati
Roma tuo: & prima referentem ab origine rerum.
Fas ſit in auguſtos deducere carmina faſces.
Fabula uana procul tantis modo rebus adeſto
Vera canam: archadicos atlas ſeruabat honores,
Cum fuerit electræ magno dycteus amore,
Iuppiter: hancque grauem. & geminata prole parẽtẽ
Reddidit: iaſius pater hinc: & dardanus orti.
Alter agit primo uitam ſine coniugis uſu.
Accipit at chryſem magno pallante creatam,
Dandanus uxorem: proles idæus ab illa
Naſcitur & dymas: ſubiit poſtremus honori
Arcadico: cedit pater hinc: & filius alter.
Iaſiuſque ſimul: magna iam claſſe parata
Armiferam in thracem deuentum: & celſa tenetũr
Inſula: mercurio genitus: ſamothracia nomen
Cui dedit: ad cererem ſibi dum concumbere tentat:
Occidit iaſius rutilo confoſſus ab igne.
Protinus in phygiam penetrauit dardanus oram.
Heleumque ſinum tenuit: conſcendit in altos
Hydæus phrygiæ montes idæa uocauit.
Nomine deque ſuo iuga celſa: atque orgia bacchi
Inſtituit phrygios tum cum frenaret alumnos
Scamandri ſoboles: ideæque unica nymphæ
Teucrus: cecropio quãuis referatur ab antro
Adueniſſe: ſuo populos de nomine teucros
Ex illo dixiſſe ferunt cui nulla uirilis
Progenies: tantum patrios: bathea penates.
Nympha colit chryſe extincta tibi dardane iungit
Connubio pater hanc pariterque recepit auiti
In partem regni: & teucro ſubeunte ſupremi
Fata rogi: phrygia ſolus dominaris in omni
Natus eryctonius. quo fortunatior alter.
Non fuit ille auri. atque equitum. & ditiſſimus agri
Atque huic caliore ſcamandri filia nupta.
Natus ab his tros eſt. hinc magnæ nomina troiæ.
Ex troe. & ſobole eumedis callanide nati
Ilus & aſſaracus ganymedis & inclita forma.
Incoluit campos ilus: hinc ilion altum.
Quod male ſeruauit periurus filius ili
Laomedon. priamus de laomedonte creatus.
Et matutinum raptus tytonus in ortum.
Ingentem priamus cum fratribus hectora gignit.
At ſacer aſſaracus clytodore coniuge fœlix
Fit pater. atque capim genuit cui naide iuncta
Naſcitur anchiſes. uenus huic ſimoentis ad undas
Aeneam peperit. priami cui nupta creuſa eſt
Natus & euryleon. generis ſpes maxima dictus
Inque fuga aſcanius. nam troia ardente ſupremum.
Et priami genere extincto. miſerabile magno
Collapſo imperio æternum, penetralibus ignem.
Magnorumque deum ſacra. troianoſque penates
Suſtulit æneas. & cum genitore petiuit
Aerios montes. cui formidantia luſtrum
Rurſus bis geminum conſumet agmina bello
Omnia graiorum tribuere abſcedere tuto
Quocunque ire uelit fato iam coniuge rapta
E patria illachrymans. comites natumque patremque
Secum agit. & ſtructis iam puppibus æquora uerrens
Thraces adit primum troiæ e regione iacentis
Hic hyemem quam longa fuit. q̃ mœſta peregit
Mœniaque hic poſuit poſitoris habentia nomen
Quique ſuperfuerant bello. qui credere tutæ
Se potuere fugæ. dux manſuetiſſimus omnis
Suſcipit inde pius thracenſi littore ſoluit.
Vere nouo profugæ ſulcant ægea carinæ.
Aequora. & ionias curſu tranatur ad undas
Et tamen æneas ſiculis appellitur oris:
Dumque urbes elymi condunt. hic altera luctu
Aſpera ceſſit hyems. ſicula tumulatur arena
Anchiſes genitor. ſoluuntur iuſta parenti
Vnde ubi ueliuoli ſubſederat ardua ponti
Vnda. uocant auræ ſpirantes ſolis ab ortu
Carbaſa tyrrhenas agitur properata per undas
Claſſis ab ænea mox in laurentia uentum eſt.
Tunc aboriginibus parentia littora: magni
Tybridis ora ſubit cui tunc erat albula nomen
Rex ab originibus reddebat iura latinus
Iam ſenior dulci populos in pace regebat
Vnica cui ſoboles tantum lauinia uirgo.
Hunc totiens placidæ monuere inſomnia noctis
Suſcipere externum. qui claſſem appelleret oris
Auſonis. magnum imperium. magna inde futuram
Progeniem toti quæ poſt dominabitur orbi.
At pater æneas fatalia ſigna ſequutus
Adueniſſe fugæ finem. certo omine ſentit.
Condendæque ſus pregnans indicat urbis
Parua quidem primo deſignat mœnia ſulco
Nec mora turbatis rerum nouitate latinis
Venit in alloquium regis mox fœdera iungunt
Et datur æneæ dulcis lauinia coniunx.
Et ſimul e phrygiis multi accepere latinas
Hinc omnes uno latii cognomine dicti
Compoſitam uocat æneas ad coniugis urbem
Nomine. & e phrygiis quos ſecum adduxerat oris
Imperat ſolis primo pater inclytus anno.
Cum tamen a rutulis latii premerentur: & ipſe

Afforet auxilio regi:caderetq; latinus."
Atq; hoſtis pugna turnus raperetur eadem
Imperium accipit ſoceri.tutatur:& auget.
Et quartum regno iam tandem exegerat annum.
Cum cadit:aut bello raptus fluctus ue numici.
Quæſitumq; diu nulla tellure cadauer
Inuentum:inq; deos tranſlatum credidit omnis
Auſonia. huic pubes poſuit lauinia templum.
Atq; hoc candenti ſcripſere in marmore carmen.
Terreſtris diuiq; patris:fluctuſq; numici
Numine perpetuo qui flumina ſancta gubernat.
Aſcanius latiæ ſuſcepit pondera molis.
Hunc quoq; tyrrhenis urget mezentius armis
Victa tamen latio ceſſerunt robora marti
Tyrrhena:extincto crudeli funere lauſo.
Hinc memor aſcanius repetens mandata parentis
Egregii:ſimul & ſeruanda oracula diuum
Sæpe animo uoluens:celſis in collibus albam
Condidit:& latiæ dicta eſt ea regia genti.
Et iam tres ſeptem luſtris adiecerat annos
A patris interitu:quo regnum acceperat ingens
Cum ruit in funus generoſa prole relicta.
Imperium natu maior depoſcit iulus
Venit iuleum genus unde:decuſq; ſuperbum
Militiæ:atq; omnis romanæ gloria gentis
Parte alia petit ænea generatus auitum
Filius in regnum recepit:quem mater in altis
Ediderat ſiluis:nam cum lauinia rapto
Coniuge:iamq; grauis:priuignum mœſta timeret.
Ceſſerat in ſiluas:natũq; enixa fideles
Paſtores inter patrios in ſaltibus altis
Educat:& puero tribuit ſua nomina caſus.
Quoq; ubi compertum eſt:iuſſu reuocantur in urbem
Aſcanii:& paulo poſt hæc regina ſupremos
Verſa eſt in cineres:& tros ſua fata ſequutus.
Ergo ambo certant latiis ſuccedere regnis.
Hinc patruus:hinc ipſe deo dilectus iulus.
Hoc tum certamen prudens.litemq; diremit
Tali iudicio populus:ſuccedat honori
Sacrorum:rebuſq; deum fugatur iulus.
Et quoniam ſilui regnum hoc dotale parentis
Siluius accipiat: factum hoc cognomen ab illo
Regibus albanis data ſunt:ſequiturq; parentem
Siluius æneas:cuius poſt fata latinus
Regnum adiit:patri clarus ſubit alba latino:
Atq; albæ capetus:ſolium capis inde parentum
Occupat:hinc patrio ſuccedis calpete regno.
Tum tyberinus adeſt:pugna qui cæſus:& amne
Raptus ab etruſco:primo miſerabilis æuo.
Nomen aquæ tribuit:poſt hunc agrippa gubernat
Res italas:tanto diuum contemptor honori
Succedit.ſuperos imitans palladius ignes
Impius:& ingenti cupiens pro numine haberi
Et terrere homines:ſuperi iouis igne crematur.
Abſorptuſq; lacu eſt omnis unda obruit ædes
Regis:auentinum proceres in regna uocarunt
Romano dedit hic moriens ſua nomina colli.
Filius inde procas rebus ſucceſſit auitis
Hocq; ſatus numitor & tu crudelis amuli.
Extinctoq; proca ſubiit contentio regni.
Et data conditio eſt uter imperet:alter habeto
Troianas & opes:& quãtũcunq; relictum eſt.
Vaſorum:fuluiq; auri:argentiq; talenta.
Accipit imperium numitor:fit ditior alter.
Mœnibus ille potens:aſt ille potentior auro.
Et regnis inhians:ingentia robora fortem
Militiam parat & celſam mox occupat arcem.
Imperiumq; pio fratri uiolentus ademit.
Dat tamen unde queat tenuem deducere uitam.
Inde per inſidias trũcat numitore creatum
Egeſtum in ſiluis:quo'fratri nulla uirilis
Sit ſoboles:tantum ſeruabat filia ſedes
Siluia:& hanc ueſtæ curanda in ſacra relegat
Hæc quoq; ſiue proco:genioue:aut numine diuum.
Aut ſiue inſignis præſtiſſet amulius armis
Sacra lauaturas dum mane incedit ad undas.
Et uiridi conſedit humo.correptaq; ſomno
Fit grauida obſcura regitur caligine tellus:
Solq; fidem fecit rutilo mutatus amictu
Concepiſſe deo:ſed quo conceperat orbi
Incertum eſt:redit illa domum iam languida uirgo.
Remq; aperit matri:uelantur crimina:morbus
Fit cauſa:in templum cur non eat illa pudicum.
Mens tamen interea ſæui ſeu conſcia regis:
Seu ſuſpecta doli.metuens.curare medentes
Illã adhibet:genitrix arcet:morbũque uirili
Non ait:hunc ſexu prodendum.turgidus ira
Vxorem mittit cuſtodem.atq; illa tyranno
Mox ſcelus omne refert.furit ille inſanior curis:
Cum rapere ingenti maria omnia turbine tentant.
Et cæſurus erat prægnantis uiſcera ferro.
Hinc inſtat numitor.hinc antho'filia regis.
Inq; deos referunt crimen.ſæuiſſimus iram.
Diſtulit in decimæ redeuntia cornua lunæ.
Siluia fit genitrix heu prolem enixa gemellam
Et uirgis cædi.uirgo miſeranda iubetur.
Defodierque ſolo.pœna.hæc ueſtalibus ipſis.
Quæ uetitum patiantur opus miſera ilis antho
Ante patrem ſupplex tumidum procumbit & orat:
Orat opem miſeræ.& p̃cibus ſeruata ſororis
Dicitur at geminos deferri ad tybridis amnem
Immergique iubet fluuio.mandata miniſtri
Inuiti peragunt tantum ſcelus unda refugit.
Et pueri in ſicca miſeri uerſantur harena.
Quid niſi pro miſeris poteram uagire quærelis.'
Vagitus enixa tamen lupa ſenſit ad undas
Sed datura ſitim progreſſa accurrit.& illos
Depoſita feritate uidet.miſerata iacentis
Eripit e'cœno:dehinc ubera plena gemellis
Admouet:o ſuperi quanta eſt clementia celi.
Qui poſiturus erat populis ingentia magnis
Mœnia perpetuos terræ latura triumphos.
Paſcitur infœlix infantia lacte ferino.
Atque auis expoſitis ſuggeſſit martia picus
Sæpe cibos:non hoc uatum:non fabula uulgi.
Sed fatale quidem.quos ſors in magna uocabat
Imperia hos caſus & mille pericula rerum
Parca ſubire dedit.tot per diſcrimina paſtum
Quid repetam aſtyagis muliebri e ſtirpe nepotem
Nutritum quoque lacte canum miſerantius inter
Paſtores quanto poſt imperitauerit orbi.
Gorgonis indigno coitu cui filia natum
Edidit exponi iuſſit ſua uiſcera ſiluis.
Lac illl tribuiſſe feras uiſum inde relatus

Inqꝫ inter anguſtũ lactas:qua armenta redibant
Vt miſerum obruerent:etiam alimenta dederunt.
Obiicitur canibus ieiunis hi quoqꝫ paſcunt
Vbera dantqꝫ ſues:demum immergitur undis
Oceani: ſumma quæ infans leuis inatat unda.
Seruaturqꝫ deum manifeſto numine:litus
Excipit exceptum pauit quoqꝫ cerua iacentem
Et tandem ad magni ſullatus culmina regni.
Factaue quid referam moſis crudelia noſtri
Eiectum phario gemuit quem mœſta fluento
Mater:& hic domini ſeruatus munere cœli
Eſſet ut ille dei populo qui mœnia ſancto
Poneret & uera ſub religione foueret.
Numina ſic miſeros ſeruarunt alta gemellos
Eſſet ut ille deis magnam qui conderet urbem:
Ergo hæc e celſo miracula monte uidentes
Paſtores ſtupere omnes:pecoriſqꝫ magiſter
Albani magniſqꝫ feram clamoribus urbem.
Illa quidem flenti ſimilis:poſt oſcula greſſu
Diſcedens lento:ſeſe in nemora alta recepit.
Conuenere duces ouium:mirantur oPemqꝫ
Ferre parant:una primum tellure ſeruantur.
Suſcipit hinc illos euandri fauſtulus archas.
Gente ſatus:ſecũqꝫ refert:& tradit alendos
Vxori:clarum cui tunc laurentia nomen.
Educat hæc creſcunt cœleſti ſemine nati:
Iam pueri iam tum iuuenes:pectora forti
Non his cura greges:armentaue paſcere:non hos
Paſtorum cultus:& fiſtula pacta iuuabat.
Sed ſtudium ludis primum exercere iuuentam:
Aut iaculo: aut nuda corpus laſſare paleſtra.
Et ſophiæ gabiis ambo incubuere pelaſgæ.
Fauſtuleas tutantur opes:cædumq;: fugantq;
Latrones:& cura fuit:cui uiuere rapto.
Et iambis nonies cancer geſtauerat axes
Soliferos:totiens tulerat capricornus eoſdem.
Cum tegerent teneras prima lanugine malas
Inter paſtores orta eſt contentio ſæpe
Montis auentini:& pallantia ſepta tuentes.
Sæpe duo fratres pallantia ſepta tuentur
Et ſub auentino pulſant numitoris ouile.
Res domino delata ſuo:regiq; ſuperbo.
Mittitur infeſtus iuuene qui comPrimat hoſtis.
Lucebatq; dies:magni quo feſta licæi
Panos erant:caſtoq; deum dum indulget honori
Romulus:inſidiis capitur germanus ab hoſte.
Ad regem trahitur manibus poſt terga reuinctis
Plectendum accepit numitor:mox indole motus
Obſtupuit:tacitum iuuene in penetralia ducto:
Quo genitus rogitat:paſtoris ſanguine cretum
Seſe ait:ecce ſubit tectum latinus alumno
Paſtor opem:tutas aperit numitoris in aures
Fata gemellorum:remq; omnem ex ordine pandit.
Romulus intera turbam collegerat omnem
Paſtorum:ſecumq; albana in mœnia ducit
Sub æreo inſignes clypeo ſudibuſq; præuſtis.
Inferiore urbis ſubierunt parte:runtq;
Conſulto numitore tamen ſub tecta tyranni:
Et regem obtruncant:& celſa romulus arce
Vi potitur:proleſq; omnis deletur amuli.

HACTenus iuuet hæc de romulo dixiſſe:quoniã eo natali nos longius ꝓgreſſi ſumus:ad auguſti tempora referemus tamen ſuo loco quæ ad conditam urbem pertinent.Sed redeamus ad poetam:& ex eo genealogia; ipſam ex ponamus.Quis neſcit quaſi omnes ciunt. Dardanon natũ Electra atlantide:dardanum filiũ fuiſſe electræ atlantis filiæ & iouis.Scilicet certe quis neſcit.Electra; concubuiſſe pro ſuccubuiſſe.Ioui:hoc ab hiſtoricis refertur: ex ioue cretenſi:& electra atlantis filia natos fuiſſe dardanum: & Iaſium.

Huius erichthonius:tros ẽ gñatus ab illo
Aſſaracum creat hic:aſſaracuſqꝫ capyn:
Proximus anchiſes:cũ quo cõmune parẽtis:
Non dedignata eſt nomẽ habere uenus.
Hinc ſatus æneas pietas ſpectata per ignes
Sacra:patréqꝫ humeris:altera ſacra tulit:

¶HVius erichthonius: hic dardani filius mortalium omnium ditiſſimus.fuit teſte Homero:qui habuiſſe dicitur tria equarum milia quæ pullos nutriebant. Non eſt autem hic Erichrhonius quem ſerpentinis pedibus fuiſſe fabulantur terræ ac litis filium:de quo Ouid.alibi Pallade conſpecta natum de crimine uirgo ſuſtulerit quare quæret erichthonium.Hunc fabuloſum ide; poeta ſine mater creatum ſcribit.Dardanus autem Erichthoniũ ſuũ dicitur e Theucri filia genuiſſe. TRos eſt generatus ab illo:hic eſt Illi: Aſſaraci & Ganymedis pater:qué erichthonius genuit ex Calliore.Ab eo troia dicta eſt quam ante a dardano Dardaniam::a Teucro teucriam dixerunt.Ceteꝝ ab illo eius filio ilium nomé accepit. ASSAracuſqꝫ capyn:Capys ex aſſaraco & Clytodore genitus Anchiſen genuit. NON dedignata eſt:immortalis dea:ut mater æneæ fieret non aſpernata eſt mortalis Anchiſæ coniugium:ut Coniugio anchiſa ueneris dignate ſuperbo.

ANT. FAN. Erichtonius. Tros. Capys

¶HVius:dardani. ERichthonius:fuit filius ex Bathea filia Teucri. Quem fortunatiſſimũ Homerus uocat. TRos eſt generatus ab illo:ex Erichthonio & Caliore natus eſt Tros. HIc:tros. CREat:gignit. Aſſaracum:ex Taoe & Callanide Eumedis filia natus eſt Aſſaracus Ilus:& Ganymedes.Hic:aſſaracus. CReat Capym:nam ex aſſaraco:& Clytodore natus eſt Capys.Proximus Anchiſes quem Capys ex naide genuit. Cum quo:anchiſa. VEnus non eſt dedignata:ſed dignata. Habere commune nomen parentis:hoc eſt:non puduit uenerem Anchiſæ ſuccumbere:& ex eo parere:ſic habere nomen parentis cum eo commune.Nam peperit illi æneam. Hinc:ex uenere & anchiſa.Satus natus eſt æneas. PIEtas ſpectata per ignes:quaſi cuius pietas experta:& cognata & probata per medios ignes & Criſpus.Ni uirtus fideſqꝫ ueſtra ſpectata mihi ſatis foret.Aeneas ereptus eſt a numine per ignes:& hoſtes in excidio troiano.Vnde ipſæ apud Virgi.Deſcendo:ac ducente deo flammam inter hoſtes.Experior:dant tela locum flammæqꝫ recedunt. TVlit humeris ſacra ignem ueſtalem: deos pœnates:& alia troiana ſacra. Et:patrem anchiſam:quem humeris abſportauit:per appoſitionem. ALtera ſacra:quoniam illi æneas diuinos detulit honores.Vnde apud Virgi.Nũc pateras libate ioui: præcibuſqꝫ

PAV. MAR.

uocate Anchiſen genitorem:Cui non tautum immortalitatem:uerumetiam uentorum tribuit poteſtatem.Po ſcamus uentos:atq; hæc mea ſacra:quot annis Vrbe uelit poſita templis ſibi ferre dicatis.

Venimus ad fœlix aliquando nomen iuli·
Vnde domus teucros iulia tangit auos:
Poſthumus hinc:q ꝙ ſiluis fuit ortus in altis
Siluius in latia gente uocatus erat:
Iſque latine tibi pater eſt:ſubit alba latinũ:
Proximus eſt titulis epitus alba tuis:

ANT. FAN. — Euryleo Aſcanius Eneæ filii Iulus Siluius Poſthumus Siluii reges

❡VENimus ad fœlix aliquãdo nomẽ iuli:Hic ut Dionyſio placet in fuga Aſcanius appellatus eſt ante Euryleon.Sed Cephalon ſcriptor uetuſtiſſimus ut idem inquit memoriæ ꝓdidit quatuor æneæ fuiſſe filios:Aſcanium.Euryleontem.Romulum ac Remum.Fuit autẽ Aſcanius æneæ filius ex Creuſa:quãuis Liuius dubitet creuſæ ne an Lauiniæ filiꝰ fuerit.Is(teſte Seruio)a prima barbæ lanugine quæ ei naſcebaꝰ quo tpe Mezentium ſuperauit ſecundum Catonem Iulii nomen accepit a quo dicta eſt familia iulioꝝ.Quãuis ſunt qui eam ab aſcanii filio denominatam uelint. POSTHumus hinc:deeſt uerbũ ſucceſſit. ASCanius enĩ Siluio reliqt imperiũ quoniã(ut qbuſdã placet)ſine liberis perit. Fuit aũt Siluius æneæ filius ex lauinia ex qua natus eſt poſt æneæ mortẽ unde Poſthumus uocaꝰ.Eũ mater cũ poſt mariti obitũ aſcanii timeret iſidias in ſiluis ad q̃s grauida cõfugerat enixã dicitꝰ & ab iis ſiluiũ noĩaſſe.a q̃uo reges albani Sluii dicti ſunt.Virgi.in vi.æn.Siluius albanũ nomẽ tua poſthuma ꝓles:Quẽ tibi longæuo ſerum Lauinia coniunx Educet ſiluis regẽ regũq; parẽtẽ.Aliis eũdẽ ſiluiũ placet aſcanii non fratrẽ fuiſſe:ſed filiũ.Lege Liuiũ ac Dionyſiũ:a qbus diuerſa tradunꝰ ne te obtũdã:nobis illud placet quod Liuius ſentit tã uetera pro certis affirmare non oportere. ISq; latine tibi pater eſt quõ ſiluius poſthumus eſt latini pater cũ Liuius ſcribat e Siluio natũ æneã ſiluiũ:& latinũ genitũ ex ænea.Dicẽdũ eſt Ouidiũ a Liuio diſſentire cũ uelit latinũ eius Siluii filiũ eſſe q ſucceſſit Aſcanio.Ipſe in.xiiii. MEtamorphoſeos:inde ſub Aſcanii ditiõe binominis alba reſq; latina fuit ſucceſſit ſiluius illi quo ſatis antiquo tenuit repetita latinus noĩa cum ſceptro.Crede nobis lector cãdide prudẽtis eſt in rebꝰ tãtæ uetuſtatis nõ p̃cipitate iudiciũ.Seruius honoratꝰ Procã ſcribit fuiſſe regẽ duodecĩ albanoꝝ & Capyn ſextũ nõ ſeptimũ ponit:qua in re Naſoni manifeſte a ſtipulaꝰ.Idẽ ẽt uult.xiii.tãtũ fuiſſe reges albanoꝝ de eneæ & Lauiniæ genere:cũ alii aliter tradãt.Hi quãtũ regnauerint Euſebius docet. SVbit alba latinũ.Liuius.Latino alba ortu. PRoximus eſt titulis epitꝰ alba tuis.Epitus a Dionyſio.Capetus appellaꝰ:a Liuio uero Atys:ab Euſebio Atys ſiue Epitus.

PAV. MAR.

❡VENimus aliqñ ad fœlix nomen Iuli:ad nomẽ Aſcanii æneæ filii ex Creuſa priami Imitaꝰ in hoc Virgi.q aſcaniũ iulũ appellauit.Vnde in p̃rio æneidos.At puer aſcanius cui nũc cognomẽ iulo.Additꝰ iulus erat & ueteres iterp̃tes dicũt iulon apdellatũ cũ adoleſcẽs cũ Mezẽtio dugnauit Verũ Diony.inqt appellatũ ab initio Euryleonta:& in fuga aſcaniũ:& eius filiũ iulũ uocatũ.Põpeius quoq; oſtendit Aſcaniũ habuiſſe duos filios Iuliũ & Aemuliũ.Ab iulo manauit domus Iulea:ſiue Iulia.Ab Emulio genus æmuliũ.Vnde a quo iulo:Domus iulia: familia iulioꝝ:domus ipſa cæſarea. TAngit aues teucro:troianos.Nã a troianis:hoc eſt ab ipſo iulo ꝓgenitus eſt iulius cæſar. VNde apud Trãquillũ de prodigiis mortẽ Cæſaris portẽdẽtibꝰ.Tabula ænea in monumẽto in quo dicebaꝰ Capys cõditor Capuæ ſepultus:inuẽta eſt:cõſcripta l̃ris:uerbiſq; græcis:hac ſnĩa. Quãdo oſſa Capys de tecta eẽnt fore ut iulo ꝓgnatꝰ manu cõſanguineoꝝ necaꝰ:magniſq; mox italiæ cladibꝰ uindicaꝰ:&c & Diony.inqt ab eodẽ iulio Iulios uocatos:& ꝓſequiꝰ.Fnitq; hæc familia maxĩa:atq; clariſſima oĩum:q̃s nos ſciamus.Viroſq; tulit duces illuſtriſſimos qbus uirtutes p̃buerũt.ut de ſtirpis generoſiſſime indo ĩdubiũ ueniꝛe nequeat:&c. HIC:deinde. POSTHVmus:qui poſt æneæ mortem ex lauinia natus eſt. QVI puod ortus fuit in altis ſiluis erat uocatus Siluius in gente latia:latini ſiluium appellauerũt:quoniam in ſiluis natus erat. Nam ut Diony:inquit Suſcipiente regnum Aſcanio.Exterrita lauinia ue quit ob nouercale nomen ab eo mali acciperet prægnans ipſa.Tyrrheno cuidam regii pecoris magiſtro:quem latino ſciebat fuiſſe in primis gratum.Iſq; eam in deſertas adducens ſiluas:& ut aduentitiam quãdam cuſtodiens:conſciis rei eam conſpici permittebat.Conſtructis in ſiluis ædibus nequaq̃ multis hominibus notis.Natumq; deinde puerum aluit. Siluiũ a ſilua nominans:quemadmodum ſi quis græce diceret hyleum.Procedente deinde tempore:ubi magnam cõquiſitionẽ mulieris fieri a latinis cognouit.Suſpectumq; multitudine aſcanium:quaſi ille perdidiſſet puellam: rem populo aperit Educitq; ex ſaltu mulierem ipſam cum puero:Tali itaq; fortuna uſus ſiluius hoc nomen habuit:Genuſq; illius omne deinceps regno potitum eſt.Poſtq̃ enim fratrem eius mori contigit:cum dubia eſſet regni hæreditas:ad eum ne pertineret:an ad Aſcanii filium maiorem Iulum qui in paternum imperium ſuccedere poſtulabat:eorum controuerſiam populus diremit.Cum aliis adductis rationibus:tum hac non minima: quod ex matre natus eſſet regni hærede ſiluius:Iulo autem regui loco:ſacra quædam eſt poteſtas attributa atq; honor cum periculis uacans imperii:tum uero uitæ tranquillitate:ſuperior quo nunc etiam uſq; ad etatã meã genus illius fruitur.Hæc ille. POſthumus:Vulpianus Iuriſconſultus Poſthumos dicimus eos dũtaxat:qui poſt mortem parentis naſcuntur.Hoc uetum eſt in ſtricta ſignificatione uocabuli.Largo tamen ſignificatu.Poſthumus dicitur etiam qui poſt teſtamentum a patre factum naſcitur:etiam ſi pater uiueret.& cætera.

❡ISq; latine tibi:ex hoc loco detracti ſũt duo uerſus:q̃d primus ego aduerti nr̃o tpe.Poeta enĩ p̃rio loco meminit Siluii poſthumi:deĩde latini.Veꝝ medius hoꝝ fuit æneas ſiluius.Siluii primi filius:& huiꝰ latini pr̃.Hic enĩ æneas ſiluiꝰ medio hoꝝ loco a Liuio memoraꝰ.Et Diony.inqt:Siluiꝰ aũt cũ unũ trigĩta ĩperaſſet ãnis ſuſcipiẽs ĩperiũ æneas eiꝰ filiꝰ unũ &.xxy.regnauit ãnos.Poſt hũc ãt latinꝰ unũ & qnq̃gita.Virg.quoq; utriuſq; meminit:& ſiluii poſthumi & æneæ ſiluii:p̃rio enĩ loco inqt.Ille uides puta iuuenis:q nitiꝰ haſta.Proxĩa ſorte tenet lucis loca primus ad auras Aeterias italo commixtus ſanguine ſurget.Siluius albanum nomen:tua poſthuma

proles.Quem tibi longæuo ſerum lauinia coniunx.Educet ſiluis:regem:regumq; parentem. Vnde genus longa noſtrum dominabitur alba.Proximus ille procas troianæ gloria gentis.Et capys:& numitor:& qui te nomine reddet Siluius æneas pariter pietate uel armis.Egregius ſi nunq̃ regnandã ac ceperit albam.Ex his pateat:ex hoc loco detractos duos uerſus:quoniã nulla eſt mẽtio æneæ Siluii: cum eſſe debuiſſet:nec omiſiſſet poeta:qui hiſtoriam nouerat:qui Virgilium & eius ſcripta uiderat. Qui eodem tempore fuerat:quo & Diony.& Liui.Sed id inde factum eſt.Rudes:& hiſtoriaꝶ inexpertes poſteri putarunt eundẽ fuiſſe & æneã ſiluium.Ita duos uerſus:tanquã ſuperfluos abraſerunt. O latine hic:æneas ſiluius. EST pater tibi:regnauitq; ut diximus unum & quinquaginta annos.Ab eo ut inquit Coloniæ aliquot deductæ:priſci latini appellati.Manſit poſtea ſiluius omnibus cognomen:qui albæ regnarũt. ALBA ſubit latinum:ſiluius alba latino patri ſucceſſit regnauitq; unde.xl. annis.O alba.Epytus eſt proximus titulis tuis.Epytus filius ſequitur te:& ſuccedit tibi in regno. Hũc Diony.Capetum uocat regnaſſeq; ait ſex &.xx.annos.

Ille dedit captæ repetita uocabula troiæ
Et tuus eſt idem capete factus auus:
Accipiens regnum poſt hunc tyberinus ab illo
Dicitur in ethruſcæ gurgite merſus aquæ:
Iam tamen agrippam natum remulumque nepotẽ
Viderat,in remulum fulmina miſſa ferunt:
Venit auentinus poſt hos,locus unde uocatur:

ANT. FAN.

ILLE dedit captæ repetita uocabula Troie.Epitus filiũ Capyn uocauit:referens nomen patris Anchiſæ capys capetum genuit qui ei ſucceſſit.Ouid.alibi.Poſt hũc capetuſq; capyſq; ſed capys ante fuit. ET tu. us eſt idẽ capete factus auus.Capeti auus eſt Epitus.Sane notandũ hoc loco in nomine proprio nõ dubitaſſe Ouidium producere antepenultimam quã ipẽ alibi corripuit:quod ſi ne uitio ſit:teſte Seruio. POST hũc tyberinus:hic ut inqt Liuius in traiectu albulæ amnis ſubmerſus celebre ad poſteros nomẽ flumini dedit. AGrippã:hunc Euſebius tradit regnaſſe annos.xl.cũ Diony.tãtũ ſcribat.xxxiii.Sed nihil mirum in tãta caligine uetuſtatis. REmulũq; nepotẽ.Liuius poſt Agrippã Remulus Siluius a patre accepto imperio regnat.Auentino fulmine ictus ipſe regnũ per manus tradidit.Fuit aũt cõtẽptor Numinũ ut ſcribit Diony.unde meruit fulmine ĩterire.Oui.alibi Remulus maturior ãnis fulmineo periit imitator fulmĩs ictu Inſanus rex ut deus haberet nõ dubitauit imitatus fulgoribus hoĩes exterrere.

Añpenultima in p̃prio producitur

VENit auentinus poſt hos:ab hoc rege qdã auẽtinũ mõtẽ urbis dicũt urbis dictũ uolũt quod ibi extinctus fuerit ac ſepultus ut quo regnarat eodem monte iacet poſitus tribuitq; uocabula mõti.Alii ab auentino rege aborigenum:alii ab auibus:alii ab aduentu hominum:alii ab aduectu:alii ab auente fluuio.Lege Feſtum Seruium:ac Varronem.

PAV. MAR.

ILLE Epitus.Dedit uocabula repetita captæ troiæ:uoluit ille repetere uocabula troiana:qm̃ capys fuit Anchiſe pater:& alter ab illo Capys æneæ ſocius:q cũ in Italiã uenit:& capys ſeptimus albanorum rex.huius epiti ſeu capeti filius:q duo de triginta annis regnauit. TRoiæ captæ:quæ capta fuerat a græcis:aut poſuit captæ:ut in principio dictiõis Capym oſtẽderet:cui idẽ eſt capys. ET idẽ epitus. O Calpete eſt factus tuus auus:nã epytus capyʒ capys calpetũ genuit.Sic epytus ſeu capetus erat huic auus regnauitq;. Calpetus uſq; ad tertiũ decimũ annũ. TYberinus poſt hũc.Calpetũ. Ab illo accipiẽs regnũ:nã eius filius fuit:dicit marſus:obrutus. IN gurgite thuſcæ aquæ in fluuio q e thuſcia labit.De quo Diony.Tyberinus octo regnauit annos:atq; in p̃lio mortuus.quod ſecũdũ flumen fuit ratuſq; a p̃fluẽte:flumẽ ſibi cognomẽ reliqt:uocatũ prius albula.& Liuius inqt Tyberinus q in tra traiectu albulæ amnis ſubmerſus celebre ad poſteros nomẽ flumini dedit. IAm tñ uiderat:iãe tyberinus.Natũ Agrippã:nã eius fuit filius agrippa.& Dio.ĩqt.tyberino deiñ ſucceſſor agrippa ãnos tres & trigita regnauit.& Liui Agrippã tyberini filiũ oñdit. ET remulũ nepotẽ uiderat.ſ.Liui. ĩqt poſt Agrippã remulus ſiluius a p̃re accepto ĩperio regnat.Dio.Alladiũ uocat.Sic.n.ĩqt.poſt agrippã alladius uñ uiginti ãnos.Res q̃dã tyrãnica.& cũ diis inimicitias gerẽs.nã ab eo deſpiciẽte numina.appatæ ſũt fulguꝶ imitatiões.& fragores.& tonitruis ſimiles.qbus terreri hoĩes.tãq̃ eẽt deus poſtlabat.Cæteꝶ hymbribus:& fulmĩbus ĩ eius domo cadẽtibus.Atq; lacu iuxta quẽ hĩtabat.ĩſolitã ĩundationẽ capiẽte.ĩcluſus.cũ tota domo abſorptus ẽ & nũc adhuc p̃lucẽte lacu:ĩ p̃te q̃dã.cũ deficit latex.ſubſeditq; altitudo.apparẽt ruinæ.& alia ædificioꝶ ueſtigia &c. FErũt.dicũt.Fulmina miſſa in remulũ.in hũc alladiũ.& Liuius.Fulmine ictũ oñdit.Nã ĩqt auẽtino fulmĩe ictus ipẽ regnũ p manus tradidit. POSt hos.agrippã & remulũ. VEnit auẽtinus.de quo Dio.huic deĩde ſucceſſit auẽtinus.a quo unus ex ſeptẽ collibus.q hĩtabant romæ cognomẽ ſũpſit.Hicq; ãnos ſeptẽ & triginta ĩperiũ tenuit. & Liui.Is ſepultus ĩ eo colle.q nũc ẽ p̃s rõanæ urbis.cognomẽ colli fecit. VNde a quo auẽtino. LOcus mõs quoq;. ẽt ipẽ collis. VOcat.cognomĩatus ẽ ab eo auẽtinus. LOcus,ĩ quo ſepultus & totus deniq; mõs auẽtinus dictus aliq legũt. LAcus uñ uocat.qm̃ auẽtinus fuiſſet paludibus ab reliqs mõtibus incluſus.

Auẽtinus

ANT. FAN. ¶POST illum tradita regna procæ Proca Numitorem & amulium procreauit: legauitq; regnum Numitori qui maior natu erat:ſed plus potuit uis quam uoluntas patris ut Liuius ſcribit. Amulius.n. pulſo Numitore ſibi regnum arripuit:additq; ſceleri ſcelus. Nam & Lauſum eius filium ĩteremit qui a Dionyſio egeſtus dicitur:& iliam ſiue Rheam quam & Siluiam uocãt ueſtalem uirginem legit. Eſt autem Lauſus adoleſcens in uenatione interemptus:ut Diony.tradit. Plutar.in hac hiſtoria diſſentit aliquantulum a Liuio cui nos malumus credere mentienti quam aliis uera tradẽtibus. GEMINO: gemello:quia eodem partu Romulus ac Remus in lucem editi ſũt. Venerem Martemq; parentes. In infinitum extenditur parentis nomen: unde licet Venerem parentem Romuli appellare.

Mons quoq; poſt illum tradita regna procæ
Quem ſequitur duri numitor germanus amuli:
Ilia cum lauſo de numitore ſati:
Enſe cadit patrui lauſus, placet ilia Marti:
Teq; parit gemino iuncte quirine remo:
Ille ſuos ſemper uenerem martemq; parentes
Dixit, & emeruit uocis habere fidem:
Neue ſecuturi poſſent neſcire nepotes:

PAV. MAR. ¶POST illum:auentinum. Regna ſunt tradita pcæ. Procas deinde poſt auentinum annos tres:&.xx. regnauit:ut Diony.tradit. QVem: Procam. SEQVITVR Numi. ger. du.amu. Liuius inquit Proca deinde regnat. Is Numitorem atq; amulium procreat. Numitori:qui ſtirpis maximus erat:regnum uetuſtum Siluie gentis legat. Plus tamen uis potuit:quam uoluntas patris:aut uerecundia ætatis. Pulſo fratre amulius regnat Ply.uero qui de uiris illuſtribus ſcripſit:tradit Procam habuiſſe duos filios Numitorem & amulium:iſq; regnum anuis uicibus habendum reliquiſſe:ut alternis imperarent:ſed amulium fratri imperiũ non reddidiſſet:&c. Diony.inquit. Deinde amulius haud iure regnum occupans:cum numitori preberetur fratri ſeniori:duos & quadraginta regnat annos. Plutar.uero. Cuius ſententiam in carmine ſequuti ſumus:ita inquit. Inter albanoꝝ reges:qui ab ænea duce ſtirpis primordia deduxerant.totius ciuitatis duobus imperium relictis fratribus numitori: & amulio per ſucceſſionis ordinem deuenit. Amulius uero cum res albanas bifariam partiret. Regnum ſcilicet:& quem ex troia theſaurum maiores deuexerant:ut utram partẽ uelit:alter deligeret.tyrannidem potius ſibi numitor elegit:ſed amulius ob auri magnitudinem factus potentior fratrem adortus ſedem regiam facile occupauit:poeta ergo inquit. QVEM:procam. SE.Nu.cum numitori regnum debetur. GERMANA.amu.du.& ob id dirum imperium & cru.uocat: quia fratrem regno deiecit. ILIA cum lau.ſa.nati ſunt. DE Nu.Numitor duos filios habuit. Lauſum quem Diony. Egeſtum uocant.& Iliam:quæ & Rhea. LAVSVS cadit enſe patrui. Amulius lauſum per inſidias obtrũcat. Et de eodem Liui.ait. Addit ſceleri ſcelus:ſtirpem fratris uirilem ĩteremit fratris filiæ Rheæ Siluiæ per ſpeciem honoris: cum ueſtalem eam legiſſet: perpetua uirginitate ſpecie partus adimit. & Diony. Amulius inquit poſtquam regnum albanorum inuaſit.prohibito paternis honoribus numitore fratre maiore:& alia quædam Iliam præter ius:equumq; egit & ad extremum prolis ĩopem numitoris domum facere cogitauit:cum ob metum ne pœnas daret aliquando ſcelerum. Hæc itaq; cũ multo ante animo agitaſſet:primum quidem numitoris filium Egeſtum nomine: tunc pubeſcentem obſeruatis locis ubi uenabatur:infecitq; ſolitudine maxima renatum,exeuntem interficit: ſubornatis qui dicerent interemptum latronibus eſſe adoleſcentem:& reliqua. ILIA: quæ Rhea:& Siluia dicta eſt. PLACET marti & eam grauem reddidit.de hac diximus & in ſecundo & in principio tertii. ET parit te o quirine: o Romule. IVNCTE remo gemiuo:gemello:quia gemelli fratres nati ſunt. ILLE ſuos ſemper:hac igitur ratione Romulus Martem & Venerem ſuos dicebat eſſe parẽtes: mẽſeſq; primos continuos his numinibus conſecrauit. ILLE:romulus. SEMPER dixit: appellauit. SVOS parẽtes Venerem & Martem:quoniam Marte genitus & materno genere a Venere genus duceret:recte igitur parentes dixit:quoniam parentis appellatione non tantum pater:ſed etiam auus & proauus:& deinceps omnes ſuperiores continẽtur. Sed & mater:& auia:& proauia:hæc Caius de uerborum ſignifi. Vlpianus uero titulo de in ius uocando. Parentes inquit utriuſq; ſexus accipere debemus. Sed an in infinitum quæritur. Et quidam parentem uſq; ad tritauum appellari aiunt. Superiores maiores dici hoc ueteres extimaſſe Pomponius refert. Sed Caius Caſſius omnes in ĩfinitum parentes dicit:quod & honeſtius eſt merito obtinuit. Paulus uero de gradibus ita inquit. Parentes uſq; ad tritauum apud romauos nominantur. Vlteriores qui non habent ſpeciale nomen maiores appellantur. Item liberi uſq; ad trinepotem ultra hos poſteriores uocantur &c. Et meruit ro.habere fidem uocis ſermonis ſui:quia creditus martis filius. Sic adhibita fides eſt uerbis ſuis:cũ diceret eos ſuos parentes. NEVE ſequuturi nepotes poſſet ne ſcire:ut poſteri non ignorarent. Sed optime ſcirẽt eum martis filium & a uenere progenitum fuiſſe.

TEMpora continuata: martium & aprilem inter quos alium menſem non interpoſuit. ITALa nam tellus &c. Floruit aliquádo in italia græcia potẽtiſſimis & magnis urbibus ut ait Cicero in quarto tuſcu. quæſtionum Virg. Effuge cũcta malis habitãtur mœnia graiis. Cæteꝝ non pars italiæ ſolũ. ſed ipa quoq; Sicilia magna græcia dicta eſt. Strabo. in. v. geographiæ Magnã mediterraneæ partẽ inceperũt a troianis orſi tẽporibus iá. n. tãtopere res græca amplificata fuerat hãc & Siciliã magnã græcia appellarẽt. VENErat euãder. colligit nõnullos græcos necnõ & Phrygũ qui ſe in italiã contulerũt: quorũ euander ut ſupra diximꝰ cũ multis ad italiã uenit: ut archades his oris genus a pallãte profectum qui regẽ Euandrum comites qui ſigna ſequuti delegere locũ & poſuere in montibus urbẽ. VENerat alcides. Hercules quoq; nõ uenit ad nos ſolus ſed cũ argiuis qui: ut dictũ eſt: in ſaturnia ſubſederunt. ARMentum: boues quos Geryoni detractos ex hiſpania abduxerat. DVX quoq; Neritius. Vlyſſes: quẽ nõnulli ſic dictum uolũt a Neritia inſula quã eius regni fuiſſe dicũt. Cæterum nos eã iſulã nuſq̃ inuenimus apud ꝓbatũ ſcriptoreꝫ ſed ut abuſiue argiuos interdũ græcos dicimus a parte totũ accipiẽtes ita ulyſſem putãt Neritium uocari a neritiis populis locridis ſiue a loco eiuſdem regionis. Vnde ait Virgi. Neritiæq; picis lucos: & hic & neritii poſuerũt mœnia locri. Nã eius patria ẽ ithaca. Cice. ĩ oratore. Si nos id quod maxime debet patria noſtra delectat: cuius rei tãta uis ẽ ac tãta natura ithacã illam in aſperrimis ſaxulis tanq̃ nidulũ affixam ſapientiſſimus uir immortalitati anteponeret. Vlyſſem Ouidius alibi neritiũ uocat: ut pro duce neritio docti mala noſtra poetæ ſcribite. Neritio nã mala plura tuli. Hic quoq; in italiam uenit ubi Circe eius ſocios mutauit in beſtias: de cuius morte: nihil ſatis certũ habetᷣ: cum Homeri carmẽ eã omiſerit. Scribit tñ Porphyrio eũ pignorãtiã iterfectũ fuiſſe a Telegono eius filio quẽ ex Circe ſuſcepat Theopõpus aũt auctore interprete Lycophronis tradit Vlyſſem oſtenſum domeſtica turpitudine rediiſſe ad circen & Thelemachi manibus occidiſſe. Hic fuit Laertæ filius ex autolyca magnanimi autolyci filia: cuiꝰ errores Homerus ſcripſit ĩ odyſſea. Sane Strabo ubi locridis meminit nõ imprudẽtẽ ſe inqt nõnullas inſulas ꝑterire ĩ qꝫ una qdã ſuſpicãtur locũ fuiſſe unde locrẽſes neritii (teſte Seruio) nũcupãtur. Pli. auctor eſt Leucadẽ neritiũ dici. De qua: ut ſcribit Strabo: Laertẽ dixiſſe aiunt munitã ſolus ui cœpit neriton urbẽ. Inde ut a mõte ithacæ eiuſdẽ nois Vlyſſes neritius nõ naritius diceretᷣ. hoc legi ſæpius: illud non memini me legiſſe. Cæterũ ſunt q a neritio ithacæ naritiũ mutata lr̃a dictũ exiſtimẽt. TEStes leſtrygones extãt: Antiphates rex leſtrygonũ fuit q unũ e ſociis Vlyſſis aſſumpſit teſte Homero. Fuit ãt antiq̃ ſedes leſtrygonũ oppidũ formiæ: q hoies ĩmaniſſimi humanis carnibus ueſcebãtur: qđ q̃uis Thucydides fabuloſũ exiſtimet uerũtñ putatᷣ a Plynio q li. xii. nat. hiſtoriæ eẽ inqt Scytharũ genera & qdẽ plura quæ corpibus hũanis ueſcerẽtur ĩdicauimus. Idipm ĩcredibile fortaſſe ni cogitemus ĩ medio orbe terrarũ ac Sicilia & italia fuiſſe gẽtes huius mõſtri Cyclopas & leſtrygonas. Dicti ãt ſũt leſtrygones neptũni filii: qm̃ ut Aulus Gel. ſcribit maiores nr̃i ꝑſtatiſſimos uiros uirtute prudẽtia & uiribꝰ iouis filios appellãt: ut Aeacũ Minoa & Sarpedona ferociſſimos uiros & ĩmanes atq; alienos ab oi humanitate tãq̃ e mari genitos neptũni filios dixerũt: ut Cyclopa. Cerciona & leſtrygonas. Quare nemini mirũ uideri debet qđ Solinus ſcribit Cyclopũ ſpecus uocari leſtrygonũ ſedes. Ad hos ꝑueniſſe Vlyſſem Tibullus: quoq; teſtatᷣ: ut ĩcultos adiit leſtrygonas antiphatẽq;. Eos ueſci humanis carnibus qdã apud regẽ Alcinoum nõ crediderũt: Vnde illud ẽ Iuuenalis. In mare nemo hũc abiicit ſeua dignũ ueraq; charybdi figẽtẽ ĩmanes leſtrygõas & cyclopas.

Tempora díís generís contínuata dedít:
Sed ueneris mẽſem graío ſermone notatum:
Auguror, a ſpumís eſt dea dicta marís:
Nec tibí ſit mírum græco rem nomíne dící:
Itala nam tellus græcía maíor erat.
Venerat Euãder plena cum claſſe ſuorum:
Venerat Alcídes, graíus uterq; fuít.
Hoſpes auentínís armentum pauít ín herbís
Clauíger, & tãto eſt albula pota deo:
Dux quoq; nerítíus, teſtes leſtrygones extãt:

TEMpora cõtinuata. DEDit diis generis: ueneri & marti uñ genus duceret tpa cõtinuatos mẽſes: martiũ & aprilẽ: primũ a marte: alterũ a Venere denoĩatũ. Sed ueneris mẽſem: ſi qs diceret cur mẽſis ueneris nõ dicitᷣ uenereus queadmodũ a marte martius. Inqt mẽſem ueneris habuiſſe græcam appellationẽ. Nam uenus græce αφροδιτη dicitᷣ ab αφροσ ꝙ eſt ſpuma qm̃ ex ſaturni teſticulis & maris ſpuma nata ſit. Sed ego auguror mẽſem ueneris notatũ graio ſermõe: ego ita exiſtimo græca appellatione uocatũ ſignatũq; hũc mẽſem ut aprilis dicatᷣ q̃ſi aphrilis ab αφροσ. DEA uenus. EST dicta a ſpumis maris: ex qbus nata ẽ uocata αφροδιτη. NEC tibi ſit mirũ: nõ admireris ſi eã rẽ græco latini uerbo expſſerint: qm̃ græci italiã ĩcoluerũt. & ps italiæ magna græcia dicta ẽ. Vñ Ply. cũ italiã laudet ꝑſertim cãpaniæ orã. Subiũgit: ipſi de ea iudicauerũt græci genus in gloriã ſui effuſiſſimũ quotã ptẽ ex ea appellãdo græciã magnã. NEC mirũ ſit tibi: nõ debeat tibi eẽ admirationi. REM dici græco noĩe: aprilẽ græca appellatiõe uocatũ. IAM tellus itala fuit magna græcia: nõ ois tñ italia: ſed ps italiæ magna græcia uocata ẽ: ea ꝑſertim ora: quæ in græciã uergit. VENerat euãder: arguit ab exẽplo: qm̃ græcorũ pricipes ĩ italiã uenere: & eã regionẽ incoluere. De euãdro & aduẽtu herculis in italiã diximus in prio libro: iõ hic hiſtoria nõ repetẽda. VENerat: ergo ex archadia: quæ ẽ ps græciæ. EVAnder cũ plẽa claſſe ſuoꝝ arcadũ VENerat alcides: hercules. VTERq;: & euãder & hercules. FVIT graius: græcus. HOſpes clauiger: hercules clauã gerẽs pegrinus ĩ latio & hoſpitio ſuſceptꝰ. PAVit armẽtũ: boues ex hiſpania abactos. IN herbis auẽtinis. ET albula: tybris. Sed nõdũ eo tpe uocabatᷣ tybris: aut tyberinus: qa lõge ante albã cõditã uenit ĩ latiũ Hercules dicebatᷣ flu. albula. ET pota tãto deo: bibit Hercules aquã tiberinã: quã religioſam uelit aquã oſtẽdere ex qua hercules biberit. DVX quoq; neritius & Vlyxes ĩ italiã uenit: & ex nymphis quæ orã italiæ celebrem reddebant filios genuit. Caliſo enim illa auſonem pepit Circe Telegonũ: q̃q̃ multi dicunt ex circes filia

ANT. FAN.
Magna græcia.
Peregrini qui in italiam uenerᷣ
Vlyſſis mors
Antiphates rex leſtrygonũ Formiæ
PAV. MAR.

natum. Venit etiam in Antiphatem leſtrigonum regem. DVX neritius: Vlyxes a nerito. Neritos appellat a eſt Leucate: quæ laertis fuit patris ulyxis: & neritos mons in ithaca quæ ulyxis erat qui dicũt naritiũa naritia errant: nam neritiam in eo mari in quo eam multi ſcripſere non comperimus uarii tamen populi erant in locride Virgi. hic & naritii poſuerunt mœnia locri. LESTRIGones extant teſtes: teſtãtur ulyxem ueniſſe in italiã. Leſtrigones fuere apud Caietam. Nam ita Pli. inquit. Caieta portus: oppidum formiæ dictum & exiſtimauere antiqui leſtrigonum ſedes. Verum ita appellati fuere: quia latrones erant in eo ſinu. ἀπὸ τῆς λῃστρείας quod eſt latrocinium Hi & Andropophagi uocati qui e ſociis ulyxis duos deuorarunt. ET TEſtis eſt littus quod adhuc habet nomina Circes: quod in hunc uſq; diem uocatur littus circeum: & quæ quondam inſula immenſo quidem mari circundata. Si creditur Homero nunc italiæ adiuncta eſt. Strabo ſic inquit Poſt antium circeium eſt ſtadiis. cc. diſtans & nonaginta Mõs mari & paludibus inſtar habens inſulæ: quem copioſis germinare radicibus fama eſt ab ea fortaſſe quæ circe conuenientia fabulæ uulgant. habet etiã caſtellum: & Circes ſacellum: & Mineruæ aram: monſtrat autem & quandam ulyxis pateram &c.

Et quod adhuc circes nomina littus habet:
Et iam telogoni: iam mœnia tyburis udi
Stabãt: argolicæ: quæ poſuere manus.
Venerat atridæ fatis agitatus haleſus
A quo ſe dictam terra faliſca putat.
Adiice troianæ ſuaſorem antenora pacis:
Et generum Oenidem appule daune tuũ:
Serus ab iliacis: & poſt anthenora flãmis
Attulit æneas in loca noſtra deos.

ANT. FAN.

Circe

¶ ET Quod adhuc circes littus habet: Circe quidẽ mortalis fuit. Sed ſolis filia dicta eſt cum (ut inquit Lactãtius grãmaticus) fas non ſit ut dei filia credatur eẽ mortalis. Quod ideo fictũ eſt. quia conſtat eam meretricẽ fuiſſe pulcherrimam: a qua Circæum littus nomen accepit & oppidum Circeum ac mons qui olim paludibus a continenti ſeparabatur: quẽ fama eſt abũdare radicibus ubi Vlyxis patera monſtrabatur: qui ex Circe (ut diximus) Telegonum ſuſcepit. Eadẽ mulier filium habuit Marſum a quo gens marſorum orta dicitur quibus ui quadã genitali datum eſt domare ſerpentes. TELEgoni: hic tuſculum oppidum cõdidit teſte porphirione ubi Mamiliã filiã procreauit: a qua (ut ait Feſtus) dicta ẽ mamillorum familia Hora. eius oppidi mœnia Circæa dixit ob telegonũ Circes & Vlyxis filium: quæ (ut inquit Strabo) uincta coronabant tectaq; magnifica ex ea præſertim regione quæ in romanum deſcendit aſpectum. MOEnia tyburis udi: Tres fratres (ut inquit Seruius) e græcia uenerunt ad italiam: Cathyllus. Coras & tyburnus qui ſimul omnes unã urbem condiderunt: & eã de fratris maioris nomine Tybur appellarunt: licet & alias fecerint ſinguli. Solinus autem Tybur ex teſtimonio Catonis a Catyllo archade Præfecto claſſis Euandri conditum dicit. Vel ſecundum Sextiũ ab argiua iuuentute: quoniam Catyllus Amphiarai filius poſt interitum patris ad Thebas in italiam uenit ubi (ut idem ſcribit) tres liberos procreauit: Tyburtum quem quidam Tyburnum dicunt. Coram & Catyllum: qui pulſis ueteribus ſicanis a nomine Tyburti fratris urbem uocauerunt. Plinius uero in nat. hiſtoria Tyburtes inquit originem multo ante urbem Romam habent. Apud eos extãt ilices tres etiam Tyburno conditore, eorum uetuſtiores apud quas inauguratus dicit͛. Fuiſſe ãt eum tradunt filium amphiarai qui apud Thebas obierit una ætate ante iliacum bellũ. Hanc urbẽ Strabo Herculeã uocat ubi teſte Aulo Gel. templum Herculis fuit & in eo bibliotheca ſatis commode ut ille inquit libris inſtructa. Dicit͛ aũt udum tybur hoc loco Vel ob Anienem cuius ibi cataracta eſt quã fluuius facit ubi nauigabilis eſſe incipit. Vel ob aquas uarios ad morbos ſalutares quas Albulas uocãt. Tyburtinus enim ager earum fontibus ſcatet. HALEſus: Agamẽnon ex clytẽneſtra filias habuit Iphianaſſã. Cryſothemin. Laodicen & electrã: ut quibuſdã placet. filios uero Oreſtem & Haleſum: quorum Heleſum nonnulli Agamẽnonis comitem uolunt fuiſſe non filiũ. Alii (ut ſeruius ſcribit) Filium Nothum: qui morte patris agamẽnõis a Clytemneſtra interfecti coactus patriã relinquere uenit in italiã & Faliſcos condidit. ut ille ſuos docuit iunonia ſacra faliſcos. Dicti ãt ſunt Faliſci aſpiratione in f litterã cõuerſa ſicut febris dicitur quæ antea hebris dicebat͛. Coluerũt ãt faliſci potiſſimũ iunonẽ: ut adde ſenẽ tatiũ iunonicolaſq; Faliſcos: qui a Virgilio iuſti dicunt͛: quoniã ab ipſis populis Ro. miſſis Decẽuiris iura fœcialia collegit & nonnulla ſupplementa. xii. tabularum apud eos nonnullæ familiæ fuerunt auctore Plinio quæ uocabant͛ Hirpiæ quæ annuo ſacrificio quod fiebat ad montem Soractẽ Apollini ſuper ambuſtã lignorum ſtruem ambulãtes nõ adurebãtur. Faliſcorũ clitũnus fluuius eſt cuius aqua epota boues cãdidos faciebat. Suaſorẽ antenora pacis: Horati⁹: Antenor cẽſet belli p̃cidere cãm. Hũc dicũt nõnulli græcis patriã ꝓdidiſſe: q̃a & legatos qui ꝓpter Helenã uenerãt ſuſcepit hoſpitio & Vlyſſem mẽdici habitu cognitũ nõ ꝓdidit. Fuit ãt ſuaſor pacis Helenæque reddẽdæ. Ouidius alibi: Quid grauis antenor priamus quid ſuadeat ipſe conſule quis ætas longa magiſtra fuit. Notum eſt hunc ueniſſe in italiã & Patauium cõdidiſſe. ET generum œnidem appule daune tuum: Diomedem dicit. Oeneus enĩ pater eſt Tydei: Tydeus Diomedis qui poſtq̃ ira Veneris a ſe uulneratæ cõperit uxorem turpiter uiuere in Apuliam uenit ubi edomita omni Gargani montis multitudine plurimas urbes condidit. Itaq; in Apulia diomedis cãpi appellãtur. ut inquit Feſtus qui ei ĩ diuiſione regni quam cum Dauno fecit ceſſerunt: & Diomedea inſula dicta eſt in qua Diomedes ſepultus dicitur cõtra oram Apuliæ ubi uiſuntur aues: ut ait Plinius: quas iuba uocauit Cataractas nos Diomedeas dicim⁹ infeſtãtes clãgore aduenas barbaros: Græcis uero adulãtes miro: ut idem inquit Plinius: diſcrimine uelut generi Diomedis hoc tribuentes. Sane apulia: teſte Feſto. Dauniæ nomen accepit a Dauno illyricæ gentis claro uiro qui eam pp domeſticam ſeditionem excedens patria occupauit.

Circeum littus
Marſus
Telegon
Mamilia
Catyllus
Coras
Tyburnuſ
Tyburtes
Tybur herculeũ
Tybur udum
Agamemnonis filii
Faliſci
Hirpiæ
Clitũnus
antenor pacis auctor
Diomedis in italiam aduentus
Diomedis campi
Diomedea iſula
Diomedeæ aues
daunia

PAV. MAR.

¶ ETIAM STABAnt mœnia thelegoni. quæ thelegonus ulyxis: f. qui patrem imprudenter interemerat in

Italia poſuit. Tuſculum enim oppidum condidit: de quo diximus in tertio. IAM STAbant mœnia Tyburis udi: iam & oppidum quoque Tybur erat in Italiam conditum. Ply. Tybur conditum a Tyburtino filio Amphiarai oſtendit qui apud Thebas obierit una ætate ante iliacum bellum. Strabo Tybur Herculeum eſſe ait. Cato Catyllum Archadem qui præfectus fuit claſſis euandriæ condidiſſe Tybur rettulit: quod & Martianus teſtatur. Sextius Catyllum Amphiarai filium fuiſſe inquit & liberos tris in Italia procreaſſe: Tyburtum & Coracem & Catyllum: qui depulſis ſicanis ex oppido non longe a Roma poſito a nomine Tyburti maximi natorum oppidum uocauerunt: horum trium fratrum Virgil. in ſeptimo meminit. Sic conſtet hæc oppida a græcis fuiſſe condita. Hora. mœnia catylli: de tybure dixit. & alio loco Tybur argeo poſitum colono Tyburis udi poeta dixit: propter anienem fl. qui inde fluit. VDI aquoſi. Quæ mœnia tiburis poſuere manus agricole manus grecorum. VENERAT haleſus: hunc alii fuiſſe aurigam agamennonis dicunt: qui ubi dominus interiit: inſidiis Aegiſti: & Clytemneſtræ in Italiam uenit: & non longe a ſabinis oppidum condidit: quod præpoſito. P. ab eius nomine phaleſum uocatum eſt: deinde phaliſcum. Alii dicunt Haleſum fuiſſe agamẽnonis filium: quibus magis aſſentiendum puto: Nam Ouidius ipſe in libris de amoribus ad Chorynnam in elegia. Cum mihi promiſeris inquit. Argiua eſt pompæ facie Agamennone cæſo. Et ſcelus & patrias fugit heleſus opes. Cum patrias opes dicat filium uidetur indicare: licet poſſes ad patriam referre: melius ad patrias opes referes. HALEſus agitatus: uexatus. FAtis atridæ: calamitate & morte Agamennonis Atrei filii. VENErat in italiam: A QVO: Haleſo terra phaliſca putat ſe dictam: putant ſe phaliſci dictos. De his in primo libro diximus. Adiice anthenora ſuaſorem pacis troianæ: addas his quos retulimus anthenorem troianum: qui ante Primum ſententiam pro pace cum græcis ineunda ſæpe dixit Vir quidem erat magni conſilii. Ille & in Italiam uenit: quis eo tempore ea pars nondum erat addita italiæ: ubi ille Patauium condidit: de quo in primo æn. Virgil. Et adiice his o appule daune Oenidem generum tuum: daunus filiam in coniugem Diomedi dedit: qui urbem condidit: quæ appellata eſt Harpos: & apulia a ſoceri nomine Dauniam appellauit: & ideo Ply. inquit apulia Dauniorum cognomine a Dauno Diomedis ſocero dicta eſt Diomedes uero Oenei nepos Tydei filius fuit Dauni gener: cum poſt delatam Troiam in patriam redire nequiret: in apuliā uenit: ibiq; ad extremum fuit: de eo alio etiam loco dicemus. SERVS ab iliacis: æneas poſt Troiæ excidium & poſt ipſum anthenora in Italiam uenit. Verum anthenor & æneas non græci: ſed troiani. Sic & Solymus: at græcus erat illis ſermo. Nam æolica lingua ſic quo ad ſermonem græci quoq; dici poterant. AEneas ſerus tardus. AB iliacis flammis: poſt troiam incenſam. ET poſt anthenora: cum iam antea ueniſſet anthenor. AT tulit deos: ueſtam ſeu Veſtæ ſacra: & penates. IN loca noſtra: in latium.

Hui⁹ erat ſolym⁹ phrygia comes un⁹ ab ida
A quo ſulmonis mœnia nomē habēt:
Sulmonis gelidi patriæ germanice noſtre:
Me miſerum ſcythico q̄ procul illa ſolo eſt:
Ergo age tā lōgas ſed ſupprime muſa q̄relas:
Nō tibi ſunt mœſta ſacra canenda lyra:

¶HVius erat ſolymus phrygia comes un⁹ ab ida: Hūc æneæ comitem fuiſſe uolunt qui Sulmonem Ouidii patriam fundaſſe dicitur. Sylius in. ix. punicorum: Nomine thoeteo ſolymus nam Dardana origo & Phrygio genus a proauo qui ſceptra ſecutus æneæ claram muris fundauerat urbem ex ſeſe dictam ſolimon celebrata colonis mox italis paulatim attrito nomine ſulmo. Id oppidum pelignæ regionis eſt diſtans ab urbe milibus paſſuum. xc. ut ſulmo mihi patria eſt gelidis uberrimus undis Milia qui nouies diſtat ab urbe decem. Sūt autem & in Aſia græci. Vnde non eſt cur miremur facta æneæ: Antenoris & Solymi mentionem. ME miſerum: Hic locus multos in errorem induxit exiſtimantes hoc opus ſcriptum ab Ouidio poſteaq̄ eſt relegatus in pontum: cum hi uerſus ab eo additi ſint operi nondum edito cui autor exul & addidit aliquid ut diximus & mutauit is quā ob cauſam exulauerit nonnulli ſe tandem inueniſſe uti audio gloriantur: quibus quantum fidei adhibendum ſit alii iudicent: nobis diuinare non placet: & cum delphis oracula ceſſent concutere tripodem apollineum ut aperiat quæ & Ouidius ipſe & tot ſæcula ſuppreſſerunt. NON tibi ſunt mœſta ſacra canenda lyra: Ne pollui ſacra uideantur flebili ac funeſto carmine. Satis enim fleuerat Naſo in libris triſtium & de ponto.

ANT. FAN. Solymus ædificauit Sulmonem. Sulmo. patria ouidij

¶HVIVS erat Solymus. uenit etiam cum ænea Solymus in pelignis ſulmonem Ouidii patriam condidit. Quatuor enim uiſſe æneæ filias legimus: primam in thracia: alteram in peloponneſo: tertiam in ægypto nuptas reliquit: quartam Solymo qui ſecum e Troia uenerat: tradidit: uictor poſtea in latio: Solyumm cum parte copiarum ad Marſos miſit: qui urbem in pelignis fundauit. Sylius de eo ita inquit. Nomine rhæteo ſolymus. Nam dardana origo. Et phrygio genus a proauo: qui ſceptra ſequutus æneæ claram muris fundauerat urbem ex ſeſe dictam Solymon celebrata colonis mox italis paulatim attrito nomine Sulmo. SOLYMus erat huius æneæ. COMES VNus ab ida phrygia: unus ex illis: qui æneam comitati ſunt ab ida monte phrygiæ: ad differentiam idæ cretenſis: unde in tertio æneidos Mons ideus ibi & gentis cunabula noſtræ. A quo: ſolymo. MOEnia ſulmonis habent nomen: nam ipſe eam urbem ſolymon a nomine ſuo dixit: deinde Sulmo dicta eſt. O GERmanice mœnia ſulmonis gelidi: iucūda hæc repetitio: qua mouet affectum ob exilium ſuum: cū tantum a patria diſtet. GElidi: quia aquis irriguis cingitur. PAtriæ noſtræ: Mœnia ſulmonis: q̄ eſt noſtra patria. Vnde i triſtibus Sulmo mihi patria eſt gelidis uberrimus undis: Milia q nonies diſtet ab urbe decē. ME miſerum: ſcilicet dico. Quam ꝓcul illa a ſcythico ſolo: quā longe diſtat patria mea a ſcythia: quo me relegauit ira pricipis: ut īde cōmiſeratione moueat: quæ qdē uerba indicāt in ſcythia ſcripſiſſe hæc. Incoauit tamē

PAV. MAR.

ut ſuperius oſtendimũs Romæ. Sed in ponto perfecit: & inde edidit hos ſex libros. EGO age tam longas: muſam increpat: cum queri uiſa ſit de exilio: quoniam hæc ſacra non ſunt cum querelis: & mœſtitia referenda. ERGO age ſed ſupprime muſa: compeſcas: & ſupprimas. TAM longas querelas: q̃ longas iã diu effudimus: & in libris triſtiũ: & in his qui de ponto iſcribũtur. Eteni ille oẽs fere elegiæ querelæ ſunt calamitoſi exilii. SAcra nõ ſunt tibi canẽda lyra mœſta: ideo ſupprimere q̃relas debes: qa triſti & flebili carmĩe ſacra canere nõ licet.

Quo non liuor abit, ſunt q tibi mẽſis honorẽ
Eripuiſſe uelint: , iuideantq; Venus:
Nã quia uer aperit tunc omnia, dẽſaq; cedit
Frigoris aſperitas, fœtaq; terra patet:
Aprilem memorãt ab aperto tempore dictũ:
Quem uenus iniecta uendicat alma manu:
Illa quidem totũ digniſſima temperat orbem
Illa tenet nullo regna minora deo:

ANT. FAN. ¶ QVO non liuor abit: Diis quoq; mortalium non parcit inuidia. Sũt enim q Veneri denoĩationem huius menſis inuideant & ab aperiendo Aprilem nominatũ uelint: ut diximus ſupra. Quem Venus iniecta uendicat alma manu: A iuriſconſultis ſumpſit hũc ſermonem apud quos illud legimus: Ante manumiſſionẽ iniiciendæ manus facultas nõ denegatur. Itẽ illud: Si ut manus iniectionẽ haberes cauiſti: tibi iure tuo uti poſſes. ILla

Venus beneficio in homines quidẽ totum digniſſima temperat orbẽ: Venus iungit matrimonia amicitiaſq; cõponit: cui debet æterna animalium propagatio. Eius enim ſideris natura cuncta generantur in terris: ut inquit Plynius: cuius tanta claritas eſt ut unius eius ſtellæ radiis umbræ reddãtur: quæ modo exoriens ante matutinum modo ab occaſu refulgens uicem reddit Solis, & Lunæ unde totum orbem dicitur temperare: quam eius naturam Pythagoras Samius primus deprehendit anno urbis Romæ. cxlii. Accedit ad hoc quod maiores noſtri ſuperius Hemiſpærium Veneris ut inferius Proſerpinæ, appellatione dixerunt. IVraq; dat cœlo: Quia dii qui reuera homines fuere ſine amore non uixerunt.

PAV. MAR. ¶ QVO non liuor abit: mordet in tempore ſuo latenter inuidos: quorum cauſa in exilium pulſus eſt. inqt eni non ſolum homines: ſed dii quoq; inuidiam ſubeunt. Nam ſunt qui nolint Aprilem ueneri dicatum: & ab ea denominatum. Fuit in ea ſententia Cyngius: ut in principio huius lib. diximus. Et Varro Cyngio conſentiens affirmabat nomen ueneris: nec ſub regibus quidem apud Romanos: uel latinum: uel græcum fuiſſe. & ideo nõ potuiſſe menſem a uenere nominari. Sed cum fere ante equinoctium uernum triſte ſit cœlum mare nauigantibus clauſum. TErra: aut aqua: aut pruina: aut niuibus contegantur. EAq; omnia uerno. i. hoc mẽſe arbores quoq;: nec minus cætera: quæ continet terra aperire ſe in germẽ incipiant ab his omnibus mẽſem apri. dici merito credendum eſt: quaſi aperilem: hæc erat Var. ſentẽtia: quam Macro. etiam refert: & nos quoq; ſuperius rettulimus Poeta uero refellit. multiſq; uerſibus aſſerere conatur aprilem ueneris eſſe menſem. Quãdo quidem magnum eſt ueneris numen. & ſupra deos omnes primum quod omnis mũdi machina ab ea moderetur: & regatur ea ratione quod elementa quæ diſſimilia & diuerſa ſunt inter ſe ſumma pace: & concordia teneantur: quod fieri non poſſet: niſi eſſet amor qui concordiam ingerit. Cũq; uenus amori præſit: eam quoq; huius cõcordiæ cauſam eſſe aſſerendum eſt. Empedocles. n. fuit qui aſſeruit amicitia & concordia contineri elementa & deficiente amicitia ruitura illa per litẽ & diſcordiã Alia ratio: q amore per unerẽ concitante oĩa coeant animalia quæ in aere q̃ in terra: quæue in aquis ſunt. Deinde illa conciliationis pacis: & coniugiorum: & fœcunditatis dea eſt: ut nõ immerito dixerit Cicero uenerem dictam quod ad res omnes ueniat. adde quod ratio cultus: & ornatus ab ea primum tradita: ea eloquentiam tam oratoriam: quam poeticam tradidit. Nam cum alii amantes aliis puellis uererentur: unuſquiſq; excogitabat: qua arte magis placere poſſit: & allicere animos obſtinatos. Sic plures artes ea quidem ratione adinuentas: ad quod facit platonicum illud de duplici uenere: uulgari & cœleſti: cum ſuperior illa ad uirtutem: & bonas artes animum incendat: de qua alio loco dictum: O decus auſonidum nympharum diua corona. Claraq; lux oculis inſidioſa meis. Nunc uirides ornent flauentia tempora myrti. Et ueneri magnæ ſoluere uota iuuet. Ne fallare tamen: uulgarem non ego diuam p̃moneo a quoq̃ ſupplice corde coli. Nubem cum brutis homini cõmune caleſcant. At tua ſidereis pectora numinibus. Cœleſtiſq; coli uenus illa platonica debet. Maxima quam paucis cognita diua uiris. Excitat hæc teneras in quæq; illuſtria mentes. Virtutemq; animos excoluiſſe facit. Datq; bonos mores: ſtudioq; incendit honeſti. Et uitare hominem turpia quæq; docet. Ingenium ingenuas facit ut rapiatur ad artes. Vtq; homini exculto pectore p̃ſtet homo. Hac duce pierii modulantur carmina uates. Hac duce ſed caſte forma canenda datur &c. Cũq; omnia pulchriora per eam inuẽta ſint: iure illi pulchrius anni tempus aſſignatur. ſed ad poetam redeamus. QVO non adit liuor? quaſi quid eſt cui non inuideatur. Nam non modo hominibus: ſed diis inuidetur. Liuor pro inuidia ponitur: diximus etiam ſuperius. SVnt o Venus qui uelint tibi eripuiſſe: eripere. HOnorem menſis: april. ET inuideant: ſunt qui inuidia quadam nolint tibi hunc menſem aſſignari: & a te nominatum negant: uelut Cyngius & Var. Nam quia tunc uer aperit omnia: cum omnia uerno tempore: ideſt hoc menſe aperiantur: arbores &c quæ continet terra: aperire ſe in germen incipiant. ET aſperitas frigoris: denſa cedit cum cedat aſperrimus ille denſi rigor frigoris: quaſi cum cedente frigore: redeunte uerna ſerenitate cœlum aperiatur. ET terra fœta patet: & aperitur terra grauida: & herbas & flores parit. MEmorant dictum aprilem ab aperto tempore quaſi ab aperiendo dicunt nominatum aprilem quaſi aperilem pro ratione temporis: quo omnia aperiuntur. QVEM: menſem alma uenus uendicat: quaſi ſuo iure ſibi attribuit. INIEcta manu: etiam uiribus & pugna. ILLA quidem: uenus Digniſſima: honore menſis. TEMperat totum orbem: temperiem toti orbi ſuggerit: aut quia temperate omnia elementa concordia cõtinet: aut referas ad duplicem uenerem cum altera temperantiæ: altera laſciuiæ præcit. ILLA. uenus. TEnet regna minora nullo deo: q̃ſi illa ſuo numine nulli deoꝝ eſt inferior: ſed ſupior oĩbus.

❡NATALIBVS undis:Mari ubi Venus nata eſt quia & piſces Venerem ſentiunt. ILLA ſatis cauſas ar ANT.
boribuſq; dedit:quia ſine terræ fecunditate hæc non proueniunt:quæ uere flante zephyro ſine officio Vene FAN.
ris concipere non uidetur. COntraxit in unum:Iure matrimoniorum quæ iungit ut diximus Venus. LAE-
dere parcit:Lædit quidem Aries Arietem ſed idem oui parcit Veneris beneficio: DICItur:Bene dicitur de re incerta:quod probo ſcriptori obſeruandum eſt. ELOquiūq; fuit durá exorare puellá:Ipſe alibi:Nō formoſus erat ſed erat facundus Vliſſes Et tamen æquoreas traxit amore deas. PRO ſua cauſa.Quæ cum turpis ſit maius artificiū ac maioré uim poſtulat eloqntiæ.

Iuraq; dat cœlo,terræ & natalibus undís:
Perq; ſuos coitus cōtiet omne genus
Illa deos oēs,longum eſt numerare creauit
Illa ſatis cauſas:arboribuſq; dedít:
Illa rudes animos hominū cōtraxit in unū
Et docuit iūgi cū pare quēq; ſua:
Quíd gen⁹ oē creat uolucrū:niſi blanda uoluptas
Nec coeunt pecudes ſi leuís abſit amor:
Cum mare trux aríes cornu decertat,at idē
Frontem dilectæ lædere parcit ouís:
Depoſita ſequitur taurus feritate íuuencam
Quem toti ſaltus,quē nemus omne tremít
Vis eadem lato quodcūq; ſub æquore uiuít
Seruat:& ínumeris piſcibus ímplet aquas:
Príma feros habítus hominí detraxít:ab illa
Venerunt cultus mundaq; cura ſolo:
Primus amās carmen uígilatū nocte negata
Dícitur ad clauſas concinuiſſe fores:
Eloquiumq; fuít duram exorare puellam.
Proq; ſua cauſa quiſq; diſertus erat.

❡ET dat iura cœlo:quia cœlitibus imperat:aut cœlo hoc eſt aeri ET terræ & nudis natalibus.in quibus nata eſt:ergo dat iura omnibus elementis:quia amoris uinculo concordia continet.aut ſi mythicos reſpicis:quia deos:qui in cœlo ſunt quiue in aquis:quiue i terris:& in erebo ſunt:ad amandum īpellit. ET p ſuos coitus:qui ſua face proueniunt. CONtinet omne genus:quaſi & deos & homines:& cætera animalia. ILla creauit deos omnes:nam coitu & dii & homines nati ſunt. LOngum eſt numerare.quot.ſ.deos creauerit illa dedit cās ſatis & arboribus cum preſit fœcunditati cās quibus cauſis agri & arbores germinarent. SAtis ipſius ſegetibus:ut eſt illud & ſata læta uidet.i.lætas ſegetes:& Seges ut Varro de re ruſtica īquit.Quod aratum & ſatum ideo alio loco a ſatu dictam ſegetem aſſerit. ILLA Venus. CONtraxit in unum:quaſi coniūxit:& copulauit concordi iugo. ANImos hominum rudes:inexpertos:nam ea tradidit legem matrimonii. nam ut amicitias & cōciliationes.ita & matrimōia cōponit.ut ſuperius dictum eſt. ET docuit quēq; iūgi cū pare ſua.ipſa lege coniugii unūquēq; cum muliere ſibi pare copulari. QVid creat omne genus uolucrū:qd eſt quod creare ꝗ propagare faciat auium genus. NIſi uoluptas blanda.niſi blandus & alliciens.plenuſq; uoluptatis amor. VOluptas eſt iucundus motus in ſenſu Nec coeunt pecudes.ad propagandam.ſ.ſobolem. SI abſit amor leuis.ipſe cupido uolucer.ideo leuis. qa allatus pecudum numero.ut Caius iuriſconſul. inquit ſunt quadrupedes.quæ gregatim paſcūtur. ueluti oues capræ boues.equi.muli.aſini:Sed an & ſues pecudum appellatione contineaſ.queritur & recte Labeoni placet contineri. SED canis inter pecudes non eſt. longe magis beſtiæ in eo numero non ſunt.ueluti.urſi leones.panthere.elephanti autem.& cameli. quaſi mixti ſunt. nam & iummentorum operam præſtant.& nature eorum fera eſt &c. ARies trux.ferox & crudelis. DEcertat cornu cum mare.pugnat cum ariete.At idem.aries. PArcit lædere frontem ouis dilecte.quia cornu in ouem quam amat non irruit.nō.n.uult illam ledere. TANta ē amoris uis ut mares eum fœmellis.quibus iūguntur non pugnent.inter ſe tamen certare ſolent. TAVrus qui ita a toruitate appellatur. SEquiſ iuuencam quá amat. DEpoſita feritate.quia in illam non ferus non toruus.ſed mitis & blādus uidetur. QVē taurū. TOti ſaltus,montes ipſi nemoroſi. QVem oē nemus tremit.cum tantæ ſit feritatis.ut tremant ei⁹ aſpectu.nemora.& quæ in nemoribus erunt aīantes.attamen blandus.& ſine feritate ſequitur iuuencá. EAdem uis.eadem coitus uoluptas. SEruat.tuetur. QVodcūq; uiuit ſublato æquore.piſces & quæcūq; monſtra in mari ſunt eadem uoluptate continentur. ET implet aquas innumeris piſcibus.cum fœcunditaté illis ſuggerat. PRIma.uenus: DEtraxit hōi.abſtulit.ſeu remouit ab hoīe. HAbitus feros.cum uictu & cultu a feris nihil differunt hoīes.pría eos incuſſo amore.quaſi inſtinctu humanitatis.& lepidioris.uitæ traxit ad cultioré uitá. AB illa uenere. VEnerunt cultus.ornatus & ciuilis cultus.ná prima hoīes feros ad ciuilem cultum redegit. MVndaq; cura ſolo.rō politiæ & munditiæ in ſolū.hoc eſt in telluré:qa qui in terris erāt.hoīes facti ſunt nitidi & ſplendidi.Venere ſplendiditatis adhibente rationem. PRimus amās.ille qui primus oium amare puellam cœpit. DIcitur concinuiſſe ceciniſſe carmé uigilatum.lugubratum quaſi uigili nocte compoſitum. AD clauſas fores.quæ illi non patebant.qua ad amicam iret. NOcte negata cum per noctem non admitteretur.ergo amore inſtigante ille amans primus carmen excogitauit.quo poſſet allicere puellæ animum in amorem ſui. DIcerem hoc loco de primis carminum inuentoribus.niſi alio loco dixiſſem.& carmīe quo q; ceciniſſem. ET eloquiū fuit exorare duram puellam uis fecundiæ fuit impetrare a puella quod amans uoluiſſet & ſi facūdia ab ipa natura habuerit initiū.ars quoq; deīde plurimū adiuuerit.ptē tñ laudis ſibi amor uēdicat ꝗ īpulerit ꝗ hoīes ad blādas pces.ad cātus quo duras ab initio puellas allicere in amoré poſſēt. QViſq; erat diſert⁹.facūdus. PRo ſua cá.quá añ puellá eēt acturus.qſi nō opus erat amātibus p̄rono.ná ſuopte ingenio erant diſerti.Quid autem interſit inter diſertum & eloquentem diximus in tertio libro.

PAV. MAR.

ANT. FAN. ¶MILLE per hanc artes notæ. Placendi ſtudio noui cultus. noui ornatus. noui cantus. noua munera excogitãtur ut uidemus hoc tempore. VRbe tamen noſtra ius dea maius habet: non eſt eripiendus. Veneri honor menſis a Romulo conſtituti cum ea ſit autor Romani generis ac Romul parens habeatq; ob eam cauſam ius maximum Romæ ubi multa fuerunt Veneris templa. Cum gemuit &c. Aenea cum dio mede pugnante Venus eſſe Diomedi obieciſſe dicitur a quo uulnerata eſt. Vir. in. xi. æn. Hæc adeo ex illo mihi iã ſperanda fuerunt Tempore cum ferro cœleſtia corpora demens Appetii & ueneris uiolaui uulnere dexteram. Cæleſteſq; deas: Iunonem & mineruam quibus Venus prælata ẽ iudicio paridis. AH nolim uictas hoc meminiſſe deas: Ne Romani aduerſi aliqd patiãtur memorẽ Iunonis ob iram quæ Troianis fuit infenſa. ITem ob iratam Mineruã de qua legimus: Interea ad templũ non æque pallidis ibant crinibus iliades paſſis. ASSaraciq; nurus dicta eſt: quia non dedignata eſt nubeꝛ Anchiſæ q eſt aſſaraci nepos. Dicta eſt autem Nurus eo ꝙ nubat ut Socer & Socrus ꝙ generum ſibi aſſociẽt. REmiſſus ager: Remittere interdũ eſt delectare. Vnde remiſſus ager hic uere dicitur ꝙ expers nimii frigoris & caloris quaſi relaxetur & uerna temperie ac florum pulchritudine delectetur: uti nos interdum iocis animum relaxamus. NVNC tumido gẽmas cortice palmes agit Gemma quid ſit ſupra dictum eſt. Palmites autẽ dicũtur ſarmenta uitium ut Feſto placet: quoniã ĩ modum palmaꝝ uirgulas quaſi digitos edunt: ut pars abit in uites & quæ modo fila fuerunt palmite mutantur. Sarmenti autem pars in modum mallei roſtra habens & apta plantationi Malleolus dicitur.

Mille per hanc artes notæ, ſtudioq; placendi
Quæ latuere prius multa reperta ferunt:
Hanc quiſq̃ titulo menſis ſpoliare ſecundi
Audeat: a nobis ſit furor iſte procul:
Quicqd ubiq; potẽs: tẽpliſq; freqntib⁹ aucta
Vrbe tamen noſtra ius dea maius habet:
Pro troia Romane tua Venus arma ferebat:
Cum gemuit teneram cuſpide læſa manũ:
Cæleſteſq; duas Troiano iudice uicit:
Ah nolim uictas hoc meminiſſe deas:
Aſſaraciq; nurus dicta eſt: ut ſcilicet olim
Magnus iuleos cæſar haberet auos:
Nec Veneri tempus q̃ uer erat aptius ullum
Vere nitent terræ uere remiſſus ager.
Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollunt.
Nũc tumido gemmas cortice palmes agit:
Et formoſa Venus formoſo tẽpore digna eſt.

PAV. MAR. ¶MILLE artes notæ per hanc uenerem. ET ferunt dicunt. MVLta reperta: multa excogitata: & adinuẽta ab amantibus. STVdio. hoc eſt deſiderio. PLacẽdi: quo placere poſſent illis: quas ſummo proſequebantur amore. QVæ latuere prius: quæ prius nõ erãt cognita. AVdeat quiſquam aliquis. SPoliare: priuare.

HAnc: Venerem. TItulo: honore & appellatione. MENſis ſecundi: aprilis: quem Romulus ſecundo loco conſtituit: quaſi quis eſt uelit dicere Aprilem menſem Veneris nõ eſſe: quod qdem ſanæ mentis non eſſet. iõ ſubiungit. A nobis ſit furor iſte procul: quaſi non ſimus in ea inſania ut hoc nos aſſeramus. QVid: ſcilicet dicam. QVod ubique eſt potes quia ubique pro magno numine habetur: Nam cum alii alios colant deos: ut Aegiptii Iſidem Mauri Iubã Macedones Gabiꝛ. Pœni Vranum. Latini Faunum. Sabini Xantũ. Romãi Quirinũ. Eodem utiq; modo Athenæ Mineruam. Samos Iunonẽ. Lemnos Vulcanũ. Naxos liberꝝ. Apollinem delphi: ſic cæteri populi ſuũ numẽ colunt. Sola tñ uenus ubiq; colitur: & eſt aucta tẽplis frequẽtibus qa ubiq; templa ſunt illi cõſecrata. TAmen dea: ipſa uenus habet maius ius in urbe nr̃a: in urbe Roma ꝑpterea ꝙ ipſa fuerit autor Romani generis. ibi plus q̃ in cæteris locis colit̃: pluraq; habet tẽpla. erat. n. in foro ædes ueneris: genitricis: & ꝑpe uiam ſacrã tẽplum ueneris cluacinæ: & in capitolio ædes ueneris caluæ: & apud portã collinã tẽplũ Veneris ericinæ. & aliæ quoq; ædes. O Romane uenus tua: uñ tu originẽ ducis. FERebat Arma ꝓ troia: pugnabat ꝓ troiãis. Vnde in triſtius: Iuppiter ĩ troiã ꝓ troia ſtabat apollo. Aequa uenus teucris pallas iniqua fuit. CVM gemitu: cũ ipſa uenus gemitu dolorẽ ĩdicauit. LAEſa manũ tenerã: q̃ſi habẽs tenellam manum uulneratam. cuſpide telo. DIOMEdis. Nam cuꝫ Aeneas cum diomede pugnaret. ipã ſe Diomedi in nebula oppoſuit ꝓ ſalute filii: & uulnus in manu ſuſcepit. ide ĩ remediis: Nõ ego tytides: a quo tua ſaucia mater ĩ liqdũ redĩit æthera martis eqs. ET uicit duas cœleſtes. Pallada & iunonẽ. TRoiano iudice: q̃ſi troiani paridis iudicio: cũ pomũ ueneri tãq̃ pulchriori adiudicauit. Nota ẽ fabula: nõ ĩmoremur. AH ego nolim deas uictas ſupatas p̃ſtãtia formæ a Venere illius iudicio. Meminiſſe hoc ne romãis iraſceret̃: quẽadmodum olĩ troianis. DIcta ẽ nurus aſſaraci: uoluit anchiſæ ſuccũbere: & eẽ nurus ꝑnepotis Dardãi. ut eo coitu ꝓgigneret cæſareũ genus hoc ẽ familiã Iulioꝝ. VErum nurus fuit Capyos Aſſaraci filii patris Anchiſæ de quo ſuperius dictũ. VT ſcilicet: certe. OLim: in futuꝝ. CAEſar magnus: diuus Iulius Cæſar haberet. AVos iulios: eos qui ab Iulio nati ſunt. NEC ullũ tp̃s erat aptius q̃ uer: nulla pars anni erat ueneri cõuenientior q̃ uernũ tp̃s. VEre nitent terræ uiriditate ſurgentiũ herbaꝝ nitere uidentur. VEre remiſſus ager eſt ager lætus nã remiſſus lætus eſt: ut oſtendit Marcellus: Lætus igit̃ uerno tp̃e ager pp lætas ſegetes: etiam quod reſolutis frigoribus: ut in primo libro dixit: Tunc patitur cultus ager & renouatur aratro. NVNC herbæ tollunt: atollunt CACVMINa: ſummitates: Rupta: aperta tellure: ut in prĩo prodit: & in ſummũ ſeminis herba ſolũ.

VERNO tempore. PALMES agit gemmas: uitium ſarmenta: ipſe uites emittunt gemmas. ipſos uitis cultus. DE cortice tumido: grauido: aut qui tumet ipſis gemmis. ut in primo. Et noua de grauido palmite gemma tumet. & Virgilius. Turgent in palmite gemmæ. ET formoſa uenus eſt digna formoſo tempore: q̃ſi q̃ cæteris dĩis & deabus formoſior ẽ & q̃ pulchriora cæteris adinuẽit. digna quoq; eſt pulchriore tp̃e.

¶VTq; ſolet marti continuata ſuo. Aprilis martio iunctus eſt uti olim marti Venus iuncta ſecundum fabu-las fuit: ut Primus adulterium Veneris cũ Marte putatur hic uideſſe deus. Sed re uera ut Mars Arietis dominus eſt: & ita Tauri Venus: quæ duo ſigna zodiaci ſe attingũnt. item Libra Veneri. Scorpius Marti datur. Vnde il-lud eſt horatii. Seu libra ſeu mars Scorpius aſpicit formidoloſus. MATerna ꝑ æquora: Quia mare Veneri ma-tris uicẽ præbuit ubi nata dicit̃. ET VOS quis uittæ longaq; ueſtis adeſt: Cauendũ ne pro uerbo adeſt abeſt legamus. Matronæ. n. hoc tempore (teſte Macrobio) Venerem colebãt nõ meretrices: quarum erat feſtum Ve-neris Ericinæ Nã uitta & ſtola ut Seruius docet & nos ſupra diximus ſolarum matronarum & uirginũ erant. Quã ub cauſam legimus ſupra Siluiæ ueſtali uittã exci-diſſe cũ uirginitatẽ amiſit: & Feſtus matronas tradit ap-pellari eas fere quibus ſtolas habẽdi ius erat. Dimittebã-tur aũt ſtolæ ad imos pedes teſte Porphyrione: erantq; ueſtes honeſtæ teſte Nonio q̃uis ueteres abuſiue omne quod corpus tegeret ſtolam uocauerint. hic autẽ ſtolam in propria ſignificatiõe accipias neceſſe eſt. Ouidius ali-bi: quas ſtola cõtingi: uittaq; ſumpta uetat. REDimicu-la demite collo: iubet amoueri monilia & cætera orna-mẽta a Veneris ſimulacro ut eo deterſo in eius Feſto exacti⁹ & ſuis redimiculis & roſis atq; aliis florib⁹ exor-netur. SVB Viridi myrto. Hac arbore diximus co-ronatas mulieres lauari conſueuiſſe calendis huius mẽ-ſis autore Plutarchro: quæ cur ueneri dicata ſit dixi-mus ſupra. VOSq; referre iubet: Iubet uos myrto co-ronari in memoriam beneficii quod id genus arbuſcu-læ in deam contulit.

ANT. FAN.

Matrone uenerem colebant

Vitta

Stola

Stola adimos pedes demittebatur

Vtq; ſolet Marti cõtinuata ſuo:
Vere monet curuaſ maternaſ ꝑ æquora pup(pes
Ire, nec hibernas iã timuiſſe minas:
Rite deam colitis Latiæ matreſq; nuruſq;
Et uos quis uittæ, lõgaq; ueſtis abeſt:
Aurea marmoreo redimicula demite collo
Demite diuitias, tota lauanda dea eſt:
Aurea ſiccato redimicula reddite collo
Nunc alii flores: nũc noua danda roſa eſt:
Vos quoq; ſub uiridi myrto iubet ipſa lauari
Cauſaq; cur iubeat, diſcite, certa ſubeſt:
Littore ſiccabat rorantes rore capillos
Viderunt ſatyri turba proterua deam:
Senſit, & oppoſita texit ſua pectora mirto
Tuta fuit facto: uoſq; referre inbet:

¶CONTinuata ut ſolet ſuo marti: quaſi habens menſe Martio continuatum: ut in cœlo quoq; continuatum illi locum obtinet. Nam cum aries Marti. ſequens continuo illi taurus aſſignatur: ut in principio huius. iiii. li diximuſ Sic in ſignis e regione locatis. VERe monet ire curuas puppes: naues curuas. Per æquora materna: nam e maris ſpuma procreata Sapho Solue ratem uenus orta ma-ri: & in hero. quia mater amorum. Nuda cytheriacis edita fertur aquis. Præſtat igitur uenus ut mare: quod clau-ſum per hyemẽ fuerat pateat nũc ipſis nautis. Nec timuiſſe: timere. IAM minas hybernas: minaces hyemis p-cellas. OLATiæ matres & nurus latinæ. ſeu romanæ mulieres tam uetulæ q̃ puellæ. tam matres: q̃ nurus. RI-TE COLitis deam: collitis uenerem: & eius feſtum rite celebratis. ET Vos quis pro quibus. VITTAE ET longa ueſtis abeſt: quæ uittæ non eſtis ut ſunt ueſtales uirgines & pudicæ matrone quod indicat per longam ue-ſtem: nam ſtolam indicat: quod erat matronarum pudicarum inſigne: ſic & inſtita. unde in arte Eſte procul uit-tæ tenues inſigne pudoris. Quæq; tegis medio inſtita longa pedes: & in triſtibus. cum repetit eos uerſus: addit Ecquid ab hac omnes rigida ſummouimus arte. Quas ſtola contingi: uittaq; ſumpta uetat. SIC NVNC OM-nes mulieres colere uenerem inquit præter ueſtales uirgines: & pudicas matronas. Sed de ſtola aliter ſentire ui-detur. Nonius inquit enim ſtolam ueteres nõ honeſtam ueſtem ſolum ſed etiam omne quod corpus tegeret En-nius in Thelepho: cedo & caueo cum ueſtitus ſqualida ſeptus ſtola: in eadem diem regnum reliquit ſeptus medi ſtola: Var. in coſmor. mulieres aliam cerneres cum ſtola olyſira: Idem in Eumeni. Partum uenuſta muliebris or-nat ſtola. DEMITE: remouete uos matres: & nurus: ET Collo marmoreo: candido & leui. AVREA re-dimicula. aurea ornamenta. Verum redimicula temæ ſunt: ſiue uittæ pendentes a poſteriore parte mitre: quod primi phryges molliſſimi, inuenerant. NVNC alii flores dandi ſunt remoueatis alia ornamenta. & accipia-tis ſerta ex floribus. NVNC eſt danda noua roſa. roſæ quæ nunc natæ erunt: & offerendi ſunt aris flores ca-len. aprilibus. VOS QVOq; ſub uiridi calen. april. nupte ueneri ſacrificant & apud templum fortunæ uirilis quod erat in ripa tyberina: myrto coronatæ leuantur ut ſuperius ex Plutar. diximus. eam rationem huic rei af-fert poeta. ut ſi quid uitii notaretur in corpore præſtaret fortuna uirilis: ut uiros lateret. SED CVR ſub myr-to: quoniam ſub ea latuit arbore: cum caueret ſibi a ſatyris: & quod ea arbor ſub tutela ueneris eſſe putetur. & de ea Ply. ita refert. Fuit ubi nunc Roma eſt. iam cum conderetur quippe ita traditur. myrtee uerbena romanos ſa-binoſq; cum propter raptas uirgines dimicare uoluiſſent. Depoſitis armis pacificaturos in eo loco. qui nunc ſi-gna ueneris cluacinæ habet. Ciuere enim antiqui pugnare dicebant: & in ea quoq; arbore ſufficienti genus habe-tur. ideo tum electa quoniam coniunctioni. & huic arbori. Venus præſit. & reliqua. plura enim de ea Pli. inquit libro decimoquinto capitulo. xxviii: IVBET ipſa uenus. LAVAri uos quoq; matres ſeu nupte: SVB uiri-di mirto. hoc eſt mirto coronatæ. DISCite cur iubeat. ita lauari. CERta ſubeſt cauſa. certa eſt ratio. Siccabat ipſa uenus in littore. CAPillos ſudantes rore. crines rore madentes. Satiri per appoſitionem. TVRba proter-ua. procax. nam diximus in primo libro libidinoſos eſſe. VIDerunt deam. uenerem ita crines ſiccãtem. SEN-ſit uenus ſe a ſatyris uideri. ET TExit ſua tempora myrto oppoſita. texit caput. & ſub myrto delituit. TV-TA fuit facto: eo modo ſeipſam tutata eſt a ſatyris. ET iubet eos referre. ut quemadmodum ipſa ſe mirto te-xit per uos ita uult fieri.

PAV. MAR.

ANT. FAN.

Fortunæ uaria noia

Fortunæ uirilis feſtũ calen. aprilibus

Fortunæ ſortis ædes

Fortunæ diffinitio

Papaueris duo genera

DISCIte nunc quare fortunæ thura uirili detis: Fortũa quã Vir. omnipotẽtẽ dixit: nonnulli ãt philoſophoꝶ nihil ſua ui poſſe ſed decreti ſiue prouidẽtiæ miniſtram eẽ uoluerunt uarii nominibus tẽpla romæ habuit: ut tẽplum fortunæ mulieribus. fortunæ ſortis: reducis: bone euelpidis: malæ: atropeæ: protogeniæ uirilis. EX Quibus ædes fortunæ uirilis fuit non longe ab urbe uel apud tyberim: uel (ut quibuſdã placet) ad lacum Nemorẽſeꝫ quod ſatis cõpertum nõ eſt quo uirgines maturæ uiro ducebãtur. quæ ibi depoſitis ueſtibus omnia corporis uitia detegebant ſperantes fore ut ea fortunæ beneficio uiros laterent. unde ipſa dea uirilis dicta eſt: Cuius ſacra apte feſto Veneris iũgebãtur: q earũ dearũ altera pulchritudinẽ pſtat. altera cuſtodit facitq ut nõ appareant q uiolare pulchritudinẽ poſſunt. hæc ædes a Seruio Tullio cõſtituta ẽ. q (autore Plutarcho) multa fortunæ tẽpla dedit cæterum nõ eſt uirilis fortuna q̃ fortẽ dicimus. Forti enim ædem Tullius dedicauit ſecũdũ tyberim menſe iunio ut autor eſt Varro & nos infra ſuo loco dicemus Sane fortuna ſic diffinitur: Cauſaꝶ ſimul cadentiũ cõcurſus & originem e ꝓpoſito ducentiũ: unde aliquid euenit præter ſpẽ cũ admiratione. PARuo thure. Quo & ueneri rem diuinã faciebãt. NEC pigeat &c. PAPAuer & ſatiuũ & ſpõte naſcẽs reperit. Eius quod ſatiuũ eſt Auicẽna ſemen domeſticũ uocat: qđ cũ melle ſumptuꝫ affert robur ad res uenereas: ſimiliter & lac ut idẽ autor ſcribit & mel ſolũ: ut Ouaq fumantur humettia mella. Cũ quo ſatiui & cãdidi papaueris ſemen toſtũ in ſecunda menſa dari apud ueteres cõſueuit. Quare ait Plinius ſimplicem & antiquam ſalubritatem papauere & melle conſtare. Genus eludii ex melle & papauere factum coccetum dicebatur autore Feſto. MARIto: Notum eſt maritum ueneris eſſe uulcanum. ROMA pudicitia &c. DEpendet hoc ab eo quod dixit. & bona fama manit. Incredibilis. n. ardor libidinis aliquando romanas fœminas inuaſit: adeo ut omnes fere ſine ullo pudore in Venerem ruerent. Quare ſenatus inſpectis libris Sibyllinis per Decemuiros cenſuit ut Veneris uerticordiæ ſimulachrum cõſecraret ut fœminarum corda a libidine ad pudicitiam uerterẽtur. Quod poſteaq factũ eſt omnium ſedatus eſt ardor. Quo tẽpore ut Valerius maximus ſcribit Sulpitia: quã ſolinus Paterculi filiam &. M. Fuluii Flacci uxorem fuiſſe teſtatur: cenſura omniũ matronaꝶ e centum probatiſſimis haud temere electa ẽ quæ ſimulachrũ Veneris dedicaret: cui deæ ſi iniiciendorum amorum poteſtas eſt: nihilominus ius eſt & tollendorum itaq rogabat Venus teſte Lactantio Grãmatico non modo ut amores præſtaret uerũ etiam ut auferret. Sane ordo eſt: Roma eſt lapſa a pudicitia tempore proauorum.

uerticordiæ ueneris ſimulachrum

Sulpitiæ exẽplum

Diſcite nunc quare fortunæ thura uirili
  Detis: eo ꝗ gelida qui locus humet aqua:
Accipit ille locus poſito uelamine cunctas
  Et uitium nudi corporis omne uidet:
Vt tegat hoc, celetq uiros fortuna uirilis
  Præſtat, & hoc paruo thure rogata facit:
Ne pigeat tritũ niueo cum lacte papauer:
  Sumere, & expreſſis mella liquata fauis:
Cũ primũ cupido uenus eſt deducta marito
  Hoc bibit, ex illo tempore nupta fuit:
Supplicibus uerbis illam placate ſub illa
  Et forma, & mores, et bona fama manet:
Roma pudicitia proauorũ tẽpora lapſa eſt.

PAV. MAR.

DIScite nũc quare: eodẽ die cũ ita ſe lauarent coronate ut diximus. fortunæ uirili libebant. & explicat rõnem quã modo rettulimus. ſed de tẽplo uirilis fortunæ hoc hãmus. CVM etruſcorũ opes mortuo. Tarquinio priſco indignãtes Seruiũ tullũ regnare: a cõuẽtionibus deieciſſet: ut Diony. refert. Durãteq bello per. xx. annos. Depreſſi tãdẽ fuere etruſci a Tullio: q Ceretanos Tarqnio. ueietano ablatione regionis mulctauit: quã eis diuiſit q nuper in rẽpu. ro. uenerã. Duoq extruxit fortunæ tẽpla: qua per omne uitæ tẽpus uiſus erat uti ꝓſpera: alterũ in foro boario. alterũ ad ripas tyberis ei fortunæ quã uirilẽ appellauit. DIScite nũc uos: nuptæ. CVR qua rõne. DET his thura cremãda. ſ. Fortunæ uirili: aris ipſius fortunæ uirilis. EO Loco. ſ. QVI locus humet: madidus eſt. AQua gelida: aqua tyberina nã in ripa tybridis. ILLE locus accipit cũctas. nuptas quia oẽs eo tẽdũt cal. april POSIto uelamine: depoſitis ueſtibus. ET uidet: ille locus. OMne uitium nudi corporis. qcquid uitii. ET quæcũq turpis nota eẽt in corpore tũc apparet. DE uitio & morbo ſuperiore libro diximus. FORtuna uirilis pſtat: hoc tribuit. & cõcedit nuptæ. VT Tegat: tegere poſſit. HOC: uitiũ & nota. ET Celet uiros: ne ipſi uiri: ſint illud ullo tẽpore cogni turi. FACit hoc: ipſa fortuna. ROGate paruo thure: non. n. exigit uictimas: aut ingẽtia dona. ſed exiguo thure exorat. NEC pigeat. eo etiam die dum thura adoles. SVmere papauer tritũ libare cõtuſum papauer: aut papaueris ſuccũ lacte & melle mixtũ: quod qdem & ſi dulce eſt guſtu. dulcẽ quoq ſomnũ ꝓuocat hæc a multis die nuptiali dabãtur. INOmẽ: futurũ & diuturnæ uoluptatis cũ nupta. Veꝶ plycũ tria genera papaueris ſatiui dicat: cãdidũ inquit cuius ſemẽ toſtũ in ſecũda mẽſa cũ melle apud antiquos edebatur. Deinde ſubdit alia genera: nigrũ & erraticũ: & illud ſubiũgit fuiſſe aũt honore apud Romanos ſemp indicio eſt Tarqui. ſuperbus: qui legatis a filio miſſis. decutiẽdo papauera in horro altiſſima: ſanguinariũ illud reſponſuꝫ ab facti ambage reddidit. Cũ niueo: candido. LACte & mella liquata: inſtillata & dulcia: Fauis expræſſis: nam cum fauus exprimit. mel iſtillat. CVM primũ uenus eſt deducta cupido. marito cũ ad Vulcanũ uenus deducta eſt. Ille. n. erat ſuus uir licet plures fierẽt ueneres. prima cœlo & die nata altera ſyria niloq cõceptaq. quæ adonidi nupſit. tertia maris ſpumis procreata quarta iouis fit. quæ Vul. data eſt ĩ cõiugẽ. Bibit hoc hũc liquorẽ ex papauere. melle lacte. Ex illo tẽpore quo hæc bibit. Fuit nupta: ſic & nupte diu ſunt eo liquore uſæ. PLAcate illam cõciliate uobis Venerẽ. Verbis ſupplicibus: qſi humili pce Sub illa ſub illius arbitrio. manẽt & forma & mores & bona fama. uenus miniſtras habet. Charites quæ pſtant & pſtãtiã formæ. & morũ excellẽtiã & decus famæ ideo appellate gratiæ quod naſcẽtibus gratiã infundũt qua placere cæteris poſſint. Quod ergo per miniſtras fit. p dominã fit. ideo ſub illa manere dixit. De his Charitibus plura in odis Hora. di. ROMA pudicitia. dũ proaui

ſeſe pudicos ſeruabant ro.pubes deficiebat. EX libris Sybil.moniti ſunt ueneri tẽpla erigerent:ſed reſpexit poeta ad ea monita qbus ſacra ueneris ericinæ delata sunt ex ſicilia in italiam & conditũ eſt illi templum ſub eadem appellatione apud portam collinam:de quo alio loco dicemus.Multa tamẽ diximus in ſecũda oda Horatii.Siue tu mauis ericina rides &c. ROMA:romana pubes. ETS lapſa:quaſi defecit:cũ nõ coiretur. TEMpore proauorum:olim cum uiuerent proaui noſtri. PVDicitia:cum pudice & caſte uiuerent.

Cumæam ueteres conſuluiſtis anum:
Tẽpla iubet fieri Veneri, quibus ordie factis
Inde uenus uerſo numine corda tenet:
Semp ad æneadas placido pulcherria uultu
Reſpice, totq; tuas diua tuere nurus:
❡ Dũ loquor elatæ metuẽd9 acumie caudæ
Scorpius in uirides præcipitatur aquas:
❡ Nox ubi trãſierit, cœlũq; rubeſcere prio:
Cæperit, et tactæ rore quærentur aues:
Semuſtãq; facẽ, uigilata nocte uiator
Ponet, et ad ſolitum ruſticus ibi opus:
Pleiades incipiẽt humeros releuare paternos
Q uæ ſeptẽ dici, ſex tamen eſſe ſolent:
Seu ꝙ in amplexum ſex hinc uenere deorũ
Nam ſteropen marti concubuiſſe ferunt:

❡ CVMæam anũ:Libros Sibyllinos:icertũ eſt)ut Seruius ſcribit)Sibillina reſpõſa cuius Sibyllæ fuerint quæ Virgilius Cumanæ eẽ dixit. Varro uero Erythræa.Cæterum Erithris urbis ioniæ fuit quidẽ(ut autor eſt Strabo)Sibilla numine afflata & antiqua mulier:ſed longe poſt eam alia quoq; fuit ex eadẽ urbe diuinatrix quæ Athenais uocata dicitur. VERſo noĩa corde tenet:Vocatur Verticordia quod fœminarũ corda ad pudicitiã uerterit. SCORpius in uirides præcipitat aquas: Sic dictũ ut illud ſuperius:Scorpius a prima parte uidẽdus erit Scorpionis.n.chelæ Libram faciunt quæ oriẽte ſole occidit coſmice.Arieti.n.oppoſita eſt. Vnde ait Lucanus:Aut aries donat ſua tẽpora libræ.Huius ſigni occaſus matutiuus tempeſtatẽ ſignificat teſte Columella.Illud tamẽ ſciendũ quod reuera hoc tẽpora dum ſol in ortum fertur qui Arietis partẽ emenſus eſt ea pars zodiaci quam nos ſcorpiũ dicimus occidere nullo modo poteſt expectandum.n.eſt ut Taurus attingat orizontem. ❡ SEMuſtãq; facẽ:nõ eſt legẽdũ ſemiuſtam ne claudicet uerſus. PLEiades incipiẽt humeros releuare paternos.iiii.nonas april.ut Naſoni placet hoc loco Vergiliæ ſiue Pleiades heliace occidũt:quas Columella parũ ab eo diſſentiẽs.viii.aprilis inquit celari ueſperi.Dicũtur ãt poetice releuare humeros patris qa putãtur atlantis filiæ ex Pieione:ut cũ cœlo emergũt: ſublimi ab atlantide natæ pleiades.Q uæ cũ celãtur & euaneſcũt lucis ꝓpinquitate uidẽtur atlãtis humeri cœlũ ſuſtinẽtes parte oneris releuari.Has alii uolũt iouis alii liberi fuiſſe nutrices.alii ipſas aſſerũt fuiſſe Heſperides quæ in cœlum tranſlatæ taurini corporis alii liberi fuiſſe nutrices.alii ipſas aſſerũt fuiſſe Heſperides quæ ĩ cœlũ trãſlatæ taurini corpori partẽ cõſtituũt ut ait Macrob.&.A.Gel.ſcribit qui lib.xii:noctiũ atticarũ tradit ex hiadum qdẽ poſitã ſpeciẽ quãdã & ſimulachrũ fieri tauri capitis.Cæteras uero partes & reliquã imaginẽ tauri cõformatã & quaſi pictã eẽ locis regionibuſq; ſtellaꝝ:quas græci pleiaſas nos uergilias uocamus.Has Pli.in cauda tauri eẽ. Alii ante genua eius poſitas tradũt:quæ ſeptẽ ſunt licet ſex tantũ appareãt.Q uod oſtẽdit Varro in hebdomadibus teſte.A.Gel. ubi ſeptenari numeri uirtutes poteſtateſq; cõmemorat.Dictæ aũt ſunt pleiades uel a matre pleione ut quidã uolunt:uel apotin pleio.i.nauigo qa ortu ſuo primæ nauigationis tẽpus oſtendũt.necnõ & uergiliæ quod earũ ortu ut inquit Feſtus Ver finẽ facit. Vnde canẽdũ ne hoc loco fallamur exiſtimemuſq; nũc pleiades in ortũ coſmicũ tolli.Nõ.n.hoc tẽpore Ver finẽ facit. Animaduertẽdũ ꝑterea deſcriptionẽ matutini tẽporis fieri nõ ut putem9 mane Vergiliaꝝ primũ occaſum ſiue occultationẽ heliacã apparere:cũ eiuſmodi occaſus ueſperi tantũ noſtro ꝓcipitat aſpectu.queadmodũ & ortus in crepuſculo matutino:ſed ut dies tñ oſtendatur.quo heliacus eaꝝ ſtellarũ occaſus incipit.Vnde quãtũ ad aſpectũ noſtrũ attinet placet quod ait Columella hoc tẽpoꝛ ut diximus celari pleiades ueſperi.Q uæ ſeptẽ dici ſex tñ eẽ ſolet.Latet electra mater dardani dolore permota:quæ poſtea ꝙ troia capta eũ:ne ruinam eius cerneret oculis manum appoſuiſſe dicitur.Q uidam autem dicunt cum pleiades exiſtimentur choream ducere Electram euerſa troia ſe a ſororibus amouiſſe & in circulo qui arcticus dicitur conſtituiſſe.Alii non eſſe.Electram quæ lateat ſed meropen dicunt pudore confuſam.quod cum eius ſorores diis immortalibus nupſerint ſola mortalem Siſiphum nacta fuerit:unde natus eſt Claucus gurm,quidam Bellorophontis patrem fuiſſe dixerunt.

ANT. FAN.
Libri ſibillini
uerticordia
Scorpius occidit calendis aprilibus
Pleiades occidunt iiii.no. aprilis
Pleiades Vergiliæ
Pleiades unde dictæ Vergiliæ unde dicũtur
Pleianum numerus
Claucus

❡ VETEres uos proaui. CONſuluiſtis anum cumeam.Sibillamq; cumis in cãpania fuiſſe dicit.Sed non conſuluerũt ſibillã quæ eo tẽpore nõ erat.Sed libros ſibillinos:quorũ ſuperius meminimus. IVBet ſibilla: iuſſere libri ſibillini inſpecti. FIEri plura tẽpla ueneri:& plura erant in urbe ut paulo ſuperius diximus. Q VIbus templis. FACtis:extructis ordine. INDE:ab alio tẽpore. VENus tenet corda uerſo numine quaſi habuit deinde in romanos animum benigniorem:mutato de irato in placatum & propitium nomen. O PVlcherrima.uenus Reſpice ſemp ad æneadas.ad romanos:qui ab ænea ꝓgeniti ſũt. VVLtu placido:benigno aĩo. ET tuere tu diua tot nurus tuas:tot romanas nuptas:ꝙ tibi nurus ſũt:cũ uiri ſint æneæ pronepotes:aut referas ad principes mulieres cæſarũ.cõiuges cũ uiri ſint ex domo iulea:ꝙ manauit ab Iulo aſcanii filio DVM loquor calen.etiã aprilis incipit occidere ſcorpius:& ſupiore libro diximus occidere priorẽ partẽ ſcorpii:hoc eſt libram:per cuius occaſum ſignificabat ortus arietis.Nũc cũ incipiat occidere poſterior pars ſcorpii ſignificat totius arietis ortus. DVM loquor ſcorpius cuius fabulã ſupius diximus. METuẽdus acumine:aculeo ſeu ſpiculo. CAVdæ elat in altũ eleuatæ qa ut Iginius inqt:pedibus ophiulci ſubditus extrema cauda circulũ hyemalem cõtingere uidetur ꝓcipitat i uirides aqs:occidit ut idẽ inqt iclinato capite exorit erectus a chelis i aqs in occeanũ.Nox ubi trãſierit.

PAV. MAR.

ſecunda die april. hoc eſt quarto no. erit ortus pleiadũ: quæ quia in uere oriuntur: uergiliæ dictę ſunt. Pleiades ſeptẽ fuere atlantis ex pleione nympha filiæ: quas ut poetæ græci referũt: cũ mater in boetia ducere uellet. Oriõ illis uim inferre uoluit. Euaſere tñ fuga: illas .xvi. annis perſequutus eſt. Iuppiter miſeratus illas iter aſtra collocauit. Hoc ẽt ab Iginio aſſeritur: & inquit: hæ numero .vii. dicuntur: ſed nemo amplius: q̃ ſex uidere põt cãm refert quã poeta: quod de his ſeptem immortalibus cõcubuere tres cũ ioue. Duæ cũ neptũno. Vna cũ Marte: reliqua ſiſyphi uxor fuiſſe demõſtrat: quarum ex Electra: & ioue Dardanum: ex maia mercuriũ: ex Taigete natum lacedemonia dicũt. Ex alcione aũt & neptũno hyrea: ex celeno licum: & nyctea natos. Ex ſterope & marte Oenomaũ q̃uis oenomai uxorem dixere. Meropẽ aũt ſiſypho nuptã Claucũ genuiſſe quẽ complures patrẽ Bellorophontis eẽ dixerũt. quare propter reliquas ſorores eius inter ſidera cõſtituta: ſed qđ homini nupſerat ſtellã eius obſcuratã. Alii dicũt electrã nõ apparere quod pleiades exiſtimãtur choreã ducere. Sed poſtq̃ troia capta ſit. & progenies eius quæ a Dardano fuerat eẽt curſa. Dolere pmotã ab his ſe remouiſſe. & in circulo qui arcticus dicit̃ cõſtituiſſe. Et quodam longo tẽpore lamẽtanter capillo paſſo uideri. Itaq; e facto comitẽ eſſe appellatam. VBI poſtq̃.

TRANſierit nox. ubi ſecũdus dies illuceſceret. ET Cœlũ cœperit primo rubeſcere: cũ fulſerit aurora: & cœlum rubeſcit aduẽtu ſolis. ET Aues tactæ rore: fuſæ rore matutino. QVAErentur: quærulo cantu reſonabũt. ET Vbi uiator qui eſt in itinere. VIGilata nocte: cũ per noctem uigil ambulauerit. PONet facem: relinquet: quam pro nocturno lumine facem ferebat: cum iam habeat lumẽ diei: SEMuſtam: media parte uſtã & ruſticus ibit ad ſolitũ opus. ad colendũ agrum. HANC phiphraſi; uoluit oſtẽdere pricipiũ diei: ut demõſtraret coſmicũ pleiadũ ortum. PLEiades: Vergiliæ. INCipient releuare humeros paternos. humeros pr̃is atlantis. qui cœlum ſuſtinere dicit̃: alleuiãt filiæ parẽtẽ. quia lõgius ab illo oriuntur Aut quia atlas in montẽ ſui nominis cõuerſus filiæ montẽ ipſum releuẽt ab aſpectu ſuo cũ ſeſe altius attollunt quæ pleiades ſolent dici .vii. tñ ſolet eẽ ſex dicuntur .vii. ſed tantũmodo ſex uidentur: ut diximus. SEV quod hinc: & his. SEX uenere in amplexum deorum. quod ſex tantummodo diis immortalibus ſuccubuerunt: NAM ferunt. dicunt Steropem concubuiſſe marti & ex eo oenomaum genuiſſe alcionem.

Neptũo alcyonen, & te formoſa cæleno
  Maian & electram taigetẽq; ioui:
Septima mortali merope tibi ſiſyphe nupſit
  Pœnitet: & facti ſola pudore latet:
Siue q; electra troiæ ſpectare ruinas:
  Non tulit, ante oculos oppoſuitq; manum:
¶ Ter ſine perpetuo cœlum uerſetur in axe
  Ter iungat, titan, terq; raſoluat equos:
Protinus inflexo berecynthia tibia cornu
  Flabit, & ideæ feſta parentis erunt:
Ibunt ſeminares, & inania tympana tundẽt:

ANT. FAN.

Alcione

¶ ALCyonen: hæc ex neptuno peperit Hireum teſte Igino a quo Hirea oppidũ fuit agri thebani. Hanc & ſorores quidã e græcis a ioue fabulant̃ in cœlũ tranſlatas cũ Orion illis uim inferre tentaret: quas dicit̃ annos .xii. perſecutus. Vnde bacchus poeta tẽporib' iuuenalis tragædiam ſcripſit Alcyonẽ: quã quidã Alcynoen dicunt ut alcynoen bacchi thebas & terea fauſti. NON tuli: pati nõ potuit cum dolor impediret quia ipſa mater eſt Dardani. Vnde troiani originẽ ducũt. TER ſine perpetuo cœlũ uerſet̃ in axe. Nonis aprilis matri deum ſiue magnæ matri quam Cybelen dicũt ſacra faciebant Eam (ut inquit Macro.) nemo dubitauerit terram eſſe. Vnde & turritã geſtat coronam ob ciuitates quas cõſtat eſſe turribus inſignitas. & curru uehi dicit̃ quia hoc elementũ pẽdet in aere: eiuſq; ſimulachrum cũ claui pingit̃ quoniã terra uerno tpe aperit̃ hyemali clauditur. Eãdẽ ob cãm ferũt hãc deã biiugos agitare leones ut iquit Lucretius aĩalia impetu ac feruore ualida: cuius naturæ cœlũ eſt ambitu ſuo cõtinẽs aerẽ q uehit terrã. Hinc illud ẽ Virgilii: Alma parẽs idæa deũ Almã. n. pprie terrã dicimus quæ nos alit licet abuſiue id epitheton aliis numinibus detur. Hãc deã & cœlũ Varro deos magnos eẽ uoluit. Licet alii iouẽ & Mineruã ægyptii iſidem & Oſiridẽ magnos deos eẽ arbitrarẽtur. Eſt aũt mater deũ cõmunis dea ut autor eſt Seruius. quæ certas cœli partes nõ habet ſed generaliter a cũctis colit̃. Celebrabat̃ tñ præcipue apud Phriges. a quoq; mõte cibelo Cibelen dictã nõnulli putãt ut berecinthiã a berecintho. dindimenen a dindimis idæam ab ida. Quare Antiſthenes philoſophus Antiſthenis atheniẽſis filius cũ diceret̃ nõ eẽ indigena idq; ei pbro daret̃: & mater inqt deũ phrigia ẽ. Notãdũ q; hæc dea & cibelle dicit̃: & cibelle. illud bacchũ tacit hoc anapeſtũ. itẽ cibiles ut hic turpis cibeles & fracta uoce loquẽdi libertas. Sunt qui uolũt ex Dindimene uxore regis phrigiæ natã puellã & expoſitã fuiſſe in mõte cibelo: quã mulier cõſpicat: cum ibi a feriis nutriret̃ ſuſtuliſſe dicit̃. ac cibelen appellaſſe. Quæ cũ ſingulari forma Prudẽtiaq; pſtaret ab Apolline dilecta dicit̃. & dicit̃: deinde iuſſu oraculi a phrigibus pro dea culta. Lege Diodorũ. TIBia. Vir. i. viii. æne. O uere phrigiæ neq;. n. phriges ite per alta dindima ubi aſſuetis biforem dat tibia cantum. Tibias de quibus alibi latius dicemus Porphirio autore eſt in berecintho urbe phrygiæ ſacris magnæ matris ſolitas adhiberi: quibus & romani hoc tpe utebãtur IBVNT ſemimares. Galli (ut inquit Pli.) teſta ſamia uirilitatem amputabãt nec aliter citra pniciẽ. Iuuena. Mollia q rapta ſecuit genitalia teſta. Idẽ: Quid tñ expectat phrigio quo tẽpus erat iã more ſupuacuã cultris abrũpere carnẽ. ii. (ut ſcribit Feſtus) uocabãtur magnæ matris comites: qui (ut idẽ inquit) Galli dicti ſunt a gallo flumine qa qui ex eo biberint hoc furore capiunt̃: ut ſe priuẽt uirilitatis parte. Licet alii putẽt ideo eos ſibi genitalia incidere qa uiolauerunt nomẽ patris matriſue ne poſſint ipſi fieri parentes. Gallus fluuius phrigiæ a quo ut placet Plinio nomẽ traxere mr̃is deũ ſacerdotes calculoſis medet̃: ſed ĩ potãdo neceſſarius modus ẽ ne liphatos agat.

Bacchus poeta Alcione tragedia

Cibelis feſtum nonis aprilibus

Mater deum & eius noia

Galli uirilia ãputabãt teſta ſamia

Galli ſemimares galli unde appellati

PAV. MAR.

¶ ET te o celeno formoſa neptũno: ferũt uos cõcubuiſſe neptũno. HAEC alcione. altera ẽ ab alcione Ceicis: unde dictæ ſunt aues alcioneæ. MAIAN: ex qua mercurius. ET electram: ex qua dardanus. ET, TAigetẽ: ex

quã laced. etiam & mons taigenis ab ea denominatur in laconia. IOVI. ſ. cõcubuiſſe ferunt. SEPTIma merope o ſiſyphe nupſit tibi mortali: non diis immortalibus ut cæteræ: ſed tibi qui mortalis erat. Siſyphus æoli filiuſ fuit. PNENitet. meropẽ mortali nupſiſſe. ET, Sola latet quia non uidetur. PVDore facti: cum pudeat nupſiſſe ſiſypho. Siue quod Electra non tulit ſpectare ruinas troiæ ante oculos non poterat illa reſpicere excidium troiæ: & cladẽ ſuorum nepotum: qui a dardano eius filio progeniti erant. ET Oppſuit manum oculum: ne uideret euerſionem troianæ gentis. Iccirco latet ea ſtella ut diximus. TER ſine perpetuo: nonis aprilibus hoc eſt. v. die menſis aprilis: erit feſtum Cybelis matris deorum: in cuius ſacris cum tympanis & ſtrepitu: & armiſonanti chorea agebantur eius ſacerdotes fiebant inſuper & ludi ad honorem ipſius. De his multa agenda ſunt. Nos oĩa ſuo loco explicabimus. SINE. permitte. COElum uerſetur: uerſatur ſeu rotetur ter. IN Axe perpetuo: ſupra quem perpetuo & ſine ulla intermiſſione rotatur cœlum. TER Titan: ſol. IVNGAT & ter reſoluat equos: ter oriatur & ter occidat: nam ortu iungit occaſu ſoluit equos SIC a terna cœli uertigine: & triplici ortu & occaſu tres dies ſignificat: ſic diem nonarum oſtendit. PROtinus tibia berecynthia: phrigia berecinthio monte phrigiæ: tum quod hæc ſacra e phrigia aduecta: ut paulo inferius dicemus: tum etiam: quod obliquam tibiam mydas in phrigia adinuenit. Gemina: thybias: marſias in eadem gente: ut Pli. inquit: & de quo dicemus in ſexto. CORnu inflexo: incuruo. FLAbit. flatu reſonabit. ET erunt feſta parentis: ideæ cibelis magne matris deoꝝ quæ e phrigia romam aduecta eſt ideo ideæ ab ida troiana. IBVNT ſemimares: galli cibellis miniſtris qui caſtrati ſunt ideo ſemimares: quia ſine genitalibus. ET Tundent: manu pulſabunt. TYMpana inania: concaua & uacua inſtrumẽta ſunt reſonantia cum manu pulſantur.

Aeraq; tinnitus ære repulſa dabunt:
Ipſa ſedens molli comitũ ceruice feretur
Vrbis per medias exululata uias:
Scæna ſonat, ludiq; uocant, ſpectate q̄rites
Et fora marte ſuo litigioſa uocant:
Quærere multa libet, ſed me ſon⁹ æris acuti
Terret, & horrẽdo lothos adunca ſono:
Da dea, q̄ ſcite doctas cybeleia neptes
Vidit, & has curæ iuſſit adeſſe meæ:
Pãdite mãdati memores heliconis alũnæ:
Gaudeat aſſiduo cur dea magna ſono:

¶ AERAq; tinnitus ære repulſa dabũt: Aes in rebus diuinis adhiberi ſolitum eſt autore Macrobio & i his maxime ſacris quibus delinire aliquos: aut deuouere: aut exigere morbos uolebant. Vtebantur autem æreis inſtrumentis alterum altero percutiente etiam in ſacris liberi. Vnde illud eſt. Aera ne tantũ ære repulſa ualent. Eſt ſane tinnitus uocabulum e ſono natum. IPSA ſedens ſimulachrum matris deum ferebatur a gallis: eratq; ſedẽtis effigies. Ipſa enim eſt terra elementum depreſſum ad infima. COMitum ceruice: bene comitum: quia ut diximus Galli teſte Feſto uocabantur magnæ matris comites EXVlulata: ſolebant galli per furorem motu capitis comam rotantes olulatu futura prænuntia. Luca. Crinemq; rotantes ſanguineum populis ulularunt triſtia galli. SCAEna ſonat ludiq; uocant. Megaleſia dicit Sic enim appellati ſunt ludi magnæ matris: qui inſtituti ſunt (ut ſcribit Liuius) ob dedicationem ædis eius deæ quam. M. Iunius Brutus in palatio dedicauit. Ab his dicta e purpura megalenſis ut quidam tradunt quod ea p̄tores in ludis magnæ matris uterentur. Animaduertendum autem: ne cum nonnullis erremus qui interprætantur Megaleſia magnos ludos. Alii enim ſunt ludi de q bus ait Iuuenalis atq; a plebeis longe megaleſiã: & alii ludi magni. Liuius in prima decade: Solennes deinde annui manſere ludi romani: magniq; uarii appellati. Hos Auguſtus uouit ioui teſte Suetonio ſi remp. in meliorẽ ſtatum uertiſſet poſt quintili uarii cladem acceptam. Ludos feſtos omnis ætas coronata ſpectabat autore Seruio HORRendo lotos adunca ſonum: Ex loti arboris materia tibie fiebant autoribus Feſto plinio & iulio polluce. Vnde ut quidam cenſent loton palladiam dictam legimus quod tibia uſus ſit pallas. Scire autem debemus quod ut inquit Ply. qui loton eſſe tantum arborem putant uel Homero autore argui poſſunt qui inter herbas ſubnaſcentes deorum uoluptati loton primam nominauit: quam idem Pli. prouenire inquit ſimilem fabæ. Hero. uero lilium uocat cuius radicem ait eſculentam eſſe ac ſuauitate præſtanti. & ex eo quod medium loti eſt panes confici. Loton uero arborem alii fabam ſiriacam uocant. Alii fabam græcam: alii celtin: quæ eſt fructu ſuauiſſimo. Vnde illud eſt Ouidii: Sic nona dulichio lotos guſtata palato illo quo nocuit grata ſapore fuit. Ab ea lotophagi nominati ſunt: quos Artemidorus ſcripſit ſiccam regionem incolere & loton herbam edere ac radicem: eaq; comeſta nihil potu indigere. Quod a Strabone falſum exiſtimatur: qui ait Meningẽ inſulam lotophagorum terrã putari cuius Home. meminit: ibiq; & lotum arborem multam eſſe fructu dulciſſimo. & ulyſſis aram qui ad Lophagos (ut idem Home ſcribit) tempeſtate maris impulſus acceſſit. Eadem arbor italiæ quoq; familiaris eſt teſte Plynio Sed extra italiam præcipua circa ſyrtes atq; naſamonas quam Macrobius ex autoritate Veranii inter fœlices arbores ponit. Eius lignum cariem uetuſtatemq; non ſentit: eſtq; colore nigro & ad tibiarum cantus expetitur: radix uero ad capulos cutellorum. Apud Thuſcos ſacrificæ tibiæ e buxo olim fieri conſueuerunt. Ludicræ uero e loto oſſibus aſininis atq; argento. DA dea: dic quæ ſcire cupio: ut Sed tamen iſte deus qui ſit da tityre nobis. Sunt autem uerba poetæ ad Cibelẽ: quæ muſas iuſſit aperire Naſoni quæ uellet. SCITE: eleganter. Vnde apud Terentium ſcitus puer natus dicitur e Pamphilo. DOCTAS neptes: nouem muſas magni iouis filias: ut inquit Heſiodus: quæ ex memoria ſuſceptæ creduntur. Licet Alcmæon poeta cæli & terræ magnoruʒ deorũ filias putauerit. Varro autem ut ſcribit Seruius tres tantum muſas eẽ cõmemorat. Vnam quæ ex aquæ naſcit motu. Aliã quã aeris ictus efficit. Tertiã quæ mera tãtũ uoce cõſiſtit. Earũ ſimulachra multiplicata ſunt ut

ANT. FAN.
Aera in ſacris adhibebantur
Simulachrum cibeles
Gallorũ ululatus
megaleſia
Magni ludi
Tibiæ ex loto
Lothos
Lotophagi
Muſæ

idem tradit Varro. quod in ancilibus accepimus ita ut nouem exiſtimetur: quas fuluius nobilior egregie pictas romam traſtulit ex ambracia. Vnde græcus poeta mellifluam Sapho laudauit quaſi decimam muſam: cuius ſenſum nos latine ſic expreſſimus. Mnemoſyne obſtupuit modulantem carmina ſapho credidit & decimam uiuere Pieridē. Non caret autem ratione nouem muſarum numerus. Placuit enim Heſiodo octauam muſam Vraniam eſſe. quoniam octaua ſphæra quæ ſeptem uagam amplectitur proprie colum uocatur. Nam nona omuiuꝫ maxima per Calliopem a quibuſdam accipitur.

PAV. MAR. ¶ AERA: ærea quoqꝫ inſtrumnta. REPulſa repercuſſa. AERE: alio æreo inſtrumento. DABunt tinnitus ex colliſione æris fit tinnitus qui ita ab ipſo ſono uocatus eſt. IPSA ſedens: ſimulachrum ipſius inſtar ſedentis FEREť: in ipſa pompa. MOLli ceruice mollium: & effœminatorum comitum. EXVlulata: ululatu celebrata. PER medias uias urbis: per urbem ipſam. SCOEna uocatitur in theatrum. Quod cum haberet formam hemicycli: ſpacium quod erat iter duo cornua erat ſcœna. Vnde aut ludentes: aut agentes fabulam egrediebantur Nunc autem fiebant ludi: quæ megaleſia uocabant. Ita enim dicebantur ludi magnæ matri deum facti: de quo Liuius in bello macedonico. M. Iunius Brutus ædem magnæ matris deum in palatio dedicauit: & ludos ob eam dedicationem factos megaleſia appellauit. Et uocant ludi qui nunc exhibentur. SPEctate quirites: ludos ipſos. ET Fora litigioſa: contentioſa ubi litigatur ante prætorem. VACent ſuo marte: per tranſlationem a bello uacent a litibus. QVAErere multa: libet: uellem de multis inquirere: ad hæc ſacra pertinentibus. Sed terre me ſonus æris acuti: exterior tinnitu æris acute reſonantis. ET Lotos: tibia ex lotho. ADVNca: incurua terret etiam me. HORrendo ſono: horrorem incutienti. Lothos enim ut Pompeius inquit arboris genus eſt ex cuius materia fiebant tibiæ &c. Ideo lothos poeta dixit. ſed de ea plura diximus in primo libro. DA DEA: dic tu dea cauſam huius ſonitus. Cybeleia. ipſa deorum mater. ViDit neptes. muſas iouis & memoriæ filias: ſic ipſius matris neptes. QVAM ſcyte doctas: omni doctrinarum genere cumulatas. QVAM ſcite quam eleganter. Vnde apud Terentium. Scitus puer natus eſt ideſt elegans. ET iuſſit has: muſas. ADESſe curæ meæ: & reſpondere & docere: ſiquid eſſet in quo dubitarem. O Alumne heliconis. o muſæ quæ educate eſtis in helicone mōte. MEMores mandati. quod mandauerit uobis mater deorum adeſſe mihi. PANdite: demonſtrate. CVR dea magna: ipſa magna mater. GAVdeat ſuo aſſiduo: non intermiſſo in ipſis ſacris.

Sic ego, ſic erato, menſis cythereius illi
Ceſſit, qꝫ teneri nomen amoris habet:
Reddita ſaturno ſors hæc erat optime regū
Anato ſceptris excutiere tuis:
Ille ſuam metuens, ut quæqꝫ erat edita prolē
Deuorat, immerſam uiſceribuſqꝫ tenet:
Sæpe Rhea qſta eſt, totiēs fœcūda nec unq̄
Mater, et indoluit fertilitate ſua:
Iuppiter ortus erat, ꝑ magno teſte uetuſtas.

ANT. FAN. ¶ SIC erato: hæc muſa ab amore appellatur & nuptias adinuenit. Bene igitur electra eſt ut dicat quæ ad uenerem pertinent. MENſis cythereius illi ceſſit: per interpoſitionem dictam eſt. Cythereium autem menſeꝫ Aprilem uocat: quia dicatus eſt Veneri quæ in cythera

cythera porphyris

inſula educata dicitur quæ olim Porphiris dicta eſt: ubi æneas matri templum extruxit teſte Dionyſio Ea diſtare a malea promontorio quinqꝫ mil: paſſuum putatur. ad quam Venus concha delata eſt. REDdita ſaturno

Saturnus filios edebat

ſors hæc erat: ferunt Saturnum cum audiſſet eſſe in fatis: ut aliquando filius ei regnū adimeret comediſſe partus qui ex Ope nati eſſent quod ideo fingiť teſte diuo Auguſto: quia diuturnitas temporis æternitatis deus ē & autor temporum ut inquid quicquid gignit ipſa conſumit. Saturnus enim Macrobius. Vnde a græcis immutata littera chronos quaſi chronos uocatur. Eam ob cām ops cū iuppiter eſſet in lucem editus ſeruari filium

abaddir

cupiēs Saturnum decepit lapide in os eius iniecto qui Abaddir dicitur teſte Priſciano: & a Saturno pro ioue de

Gallorū tinnitus purbem

uoratus eſt. Ipſum autem iouem curetibus & coribātibus cuſtodiendū dedit: qui pulſantes clipeos ſuos & galeas egerunt ut uagitus iouis patrem laterent. In cuius rei memoriam Galli cibelē comitantes urbem ſtrepitu & tinnitibus complebant. Alia ad hunc locum pertinentia quæ antiquitas fabulata eſt non imprudens prætereo. Eſt

Rhea Opalia

autem ſciendum Rheam & Opem eandem eē quæ dicitur ſaturni uxor & ſoror: cuius dies feſti autoribus feſto Varrone Opalia dicebantur: celebrabanturqꝫ (ut ſcribit Macro) menſe decembri quemadmodum & ſaturnalia omni iam fœtu arborum coacto. quoniam ſaturnum & Opem repertores frugum ac fructuum crediderūt

Saturnus a ſatu

quos nonnulli cœlum & terram eē arbitrati ſunt. Saturnumqꝫ a ſatu dictum. cuius cauſa de cœlo eſt. & terram

Ops

Opem cuius ope humanæ uitæ alimenta quæruntur. uel ab opere per quod fructus frugeſqꝫ naſcuntur: cui deæ ſedentes uota concipiebant & de induſtria terram tangebant. Eſſe autem opem & Cibelen unum numen Ouid. oſtēdit alibi. ut ipſe quoqꝫ auſonias Cæſar matreſqꝫ nuruſqꝫ carmina turrigere dicere iuſſit opi. ANATO ſceptris excutiere tuis ſunt qui tradunt ſaturnū timentem ne a filio regno pelleretur ioui paraſſe iſidias Quod cū is cognouiſſet patrem e regno dicitur pepuliſſe. NEC unq̄ mater: cum ſaturnus filios abſumeret.

PAV. MAR. ¶ SIC ego: dixeram. SIC erato: reſpondit. ſ. Erato enī una eſt ex muſis: elegiſqꝫ fauet uatibus dictaqꝫ eſt ab ερωσ qꝫ eſt amo: quod præſit his qui amoris faces recinnunt: habet hæc aprili menſe ius cū hic mēſis ſit ueneri & amoribus ſacer. MENſis cythereius: ueneris menſis hoc eſt aprilis. CESſit illi: erato. QVOD habet nomen teneri amoris: nam ερωσ ερατο amor: unde & ipſa Erato dicta. REDdita ſaturno: uerba ſunt ipſius eratus referentis ſaturni & iouis hiſtoriam: quæ erit paulo altius repetenda: Saturnus ut poetæ referūt. Erat monitus ne prolem uirilis ſexus ſeruaret: nam ab ea deiiciendus eſſet e regno. Ex quo deſtinauit omnem prolem interimere nato ioue oblatum eſt ſaxum: quod pro filio deuorauit. At infans iuppiter in dicteum montem: ut aliqui in idā

cretenſem tranſlatus educatuſq; eſt:& cũ uagiret:ne a Saturno audiretur:pulſantur tympana & tybiæ:ſic a patriis inſidiis tutus fuit. Aliter tñ ex hiſtoria ſacra Euhemeri a Lactantio refertur. Saturnum.ſ.cœli ex ueſta filium fuiſſe:& Titani fratrem:uxoremq; Opim duxiſſe Titanus qui maior natu erat regnum poſtulabat:perſuadẽt mater & ſorores ſaturno ne concedat:quod ubi ille pſenſit:firmat cũ ſaturno fœdus ut ſi quis liberorum ei uirilis ſexus natus eẽt:necaret. Idea cã fecit:ut ad ſuos natos regnũ rediret. Itaq; qui primo natus eſt: necatus eſt. Deinde poſterius nati ſunt gemini:iuppiter & iuno:ſed iunonẽ ſolam Saturno in conſpectu dedere. Iouẽ aũt abſcõdẽtes ſaturno inicio educandum dedere. Itẽ neptũnũ clam a ſaturno ops parit: eũq; clanculũ abſcõdit. Et cum deinde pareret Plutonẽ:& Glaucã:fœmella patri oſtẽſa:clã pluto ſeruatus eſt glauca parua emorit̃:quod ubi reſciuit Titanus cũ filiis uenit:ſaturnum:& opim cõprehendit.incluſitq; cũ cõpedibus. Sed adultus iuppiter:cũ cretẽſib⁹ ueniens Titanum & filios expugnauit & parentes e uinculis liberauit. Et patri regnum reſtituit. Sed poſtea admonitus forte ſaturnus ut a ioue caueret:ne eum regno pelleret:ioui inſidias parauit. Quo cognito iuppiter patrem fugauit:& regnum ſibi uendicauit &c. Hæc illæ poetæ hiſtoriam ipſam peruerterunt.ſed depulſo ſaturno plura diximus in primo libro. Nunc ſic inquit muſa. HAEC ſors erat reddita ſaturno:hoc acceperat ſaturnus reſpõſum. OPTime regnum:rex optime ad illud reſpexit:quod eo regnante fuiſſe dicitur aureum ſæculu;. TV excutiere.a nato filio. TVIS ſceptris.inſtrumentum pro re.i.tuis regnis filius qui tibi naſciturus eſt te e regno eiiciet. ILLE ſaturnus. METVens ſuam prolem:ſuos filios. VT quæq; erat edita:nata ut quiſq; uirilis ſexus naſcebatur. DEVorat quia dicunt oſtenſum pro iure ſaxum:& illud deuoraſſe. ET Tenet immerſam:ſobolem obruptam. VIScenbus tenet intra uiſcera quod deuorauit. RHEA: quæ & ops iouis mater ſaturni uxor. ESt quæſta toties fœcunda nec unq̃ mater quærebatur quod totiens pareret:nec unq̃ ſeruabatur filius:quo mater dici poſſet. ET indoluit ſua fertilitate:quod erat ita fœcũda:cũ totiens pareret. IVPpiter erat ortus:natus. VETVſtas creditur pro magno teſte:nouis aliis huiuſce rei teſtes.niſi uetuſtatem. CVI eſt adhibenda fides:tanq̃ magno & præſenti teſti.

Creditur/acceptam parcẽ mouere fidem:
Veſte latens ſaxum cœleſti gutture ſedit:
Sic genitor fatis decipiendus erat:
Ardua iamdudum reſonat tinnitibus ida.
Tutus ut infanti uagiat ore puer:
Pars manib⁹ clypeos/galeas ps tũdit inanes
Hoc curetes habẽt:hoc corybantes opus:
Res latuit patrem priſciq; imitãtia facti:
Aera deæ comites raucaq; terga mouent:
Cymbala p̃ galeis/p̃ ſcutis tympana pulſãt:

¶ACceptam parce mouere fidem:quia quod uetuſtas accepit & credidit a nobis quoq; recipiendum eſt ne læ datur autoritas uetuſtatis. IAMdudum:hoc aduerbiu; interdum ut placet Seruio q̃primum ſignificat & nimiũ RESonat tinnitibus idæ.idam cretæ dicit de qua Vir. Mons idæus ibi O gentis cunabula noſtræ:ibi idæi dactili quos Curetes ſiue Corybantes poetæ appellant:teſte.Diome.excogitarunt luſus genus:celaruntq; uocem iouis infantis ut diximus ſupra. Fuit autem luſus ut concurrerent æneis clypeolis tinnitumq; æris facerent non ſine rythmica pedis dactyli compoſitione unde a montis nomine & qualitate facti idæi dactyli appellati ſunt. Eſt & ida in phrygia cui ab ida cretæ Teucer nomẽ dedit poſtq̃ e profectus in phrygiam. HOC curetes habent hoc corybantes opus. Sperat Curetes a coribantibus ſecũdum eos qui uolunt alios eſſe Curetes alios coribantes. Placet enim Diodoro Corybantum fuiſſe Iaſii filiũ quẽ uult poſt patris interitum cum Dardano ſacra cybelis in phrygiam tranſtuliſſe initiatoſq; ſacris coribantes nominaſſe. Curetes autem eẽ e terra genitos ſiue idæorum dactylorum progeniem quibus multarum rerũ inuentionem tribuit. Cæterũ Strabo in decimo ſuæ geographiæ multa ac pœne inexplicabilia de curetib⁹ refert:quos noanulli ex carnania genus duxiſſe uolunt quidam ex Etholia alii ex Euboia alii a Creta. Et uel dictos curetes a cura tonſuræ.quod qui Euboiam incoluerũt ab occipite capillati fuerint & a fronte dentonſi Vel ab Heroe quodã. Vel a monte Curio qui pleuroni imminet cũ ii in ætoliam habitatum migraſſent. Vel a Cura iouis alendi qa ſunt qui dicant nouem in rhodo fuiſſe Telchines rheæ comites in Cretam qui quoniam alẽdi iouis curam geſſerunt Curetes noiati ſunt. Alii Curetes ætoliã habitantes ſic dictos tradũt quod ſicuti coræ.i.puellæ longas ſtolas induerẽt. Lege cætera apud eundem coſmographum hac lege ne rideas ubi etiam iuenies eẽ qui Curetas Coribantes'& ideos dactilos eoſdem eẽ tradiderunt.

ANT. FAN. Coriban- tuũ luſus Coribãtes Curetes

¶PARCT mouere fidem accepiam:quaſi noli tu turbare credulitatem rerum.quas a ueteribus accæpimus:ſed credas etiam tu ita fuiſſe. SAXVM latens ueſte.ſaxum quod pannis inuolutum.eſt illi pro ioue oblatum. SEDit cœleſti gutture:deuorauit ille:& in eius gutture ſedit. Quod phiſice ad tempus referẽ.quoniã id oĩa denorei.quod in primo libro attigimus. Sic genitor.ſaturnus. ERAT decipiẽdus pro ſeruãda uirili prole. ARdua ide.mõs idæus.in creta altus.& aſcẽſu difficilis. RESonat iãdudũ.ex quo natus erat iuppiter. reſonat mõs tinnitibus æris ne uagiẽs puer audiat̃.ideo inqt. VT puer.iſans iuppiter. TVTus ab inſidiis.ſ. patris. VAgiat.uagitum edat.nã uagire puerorũ eſt. ORE infanti.cũ ipſe infans eẽt. PARS ipſoꝝ miniſtrorũ. TVNdit uerberat. CLYpeos manibus aliqui legunt ſudibus. Sic enim hic uerſus apud Lactantiũ eſt quia baculis pulſabat clipeos. PArs tundit galeas inanes concaua & uacua capitum regmina ærea.unde tinnitus ederet̃. HOc opus habẽt Curetes.hoc Corybãtes:hoc officium dum educabat̃ iuppiter exercebant curetes & corybãtes. ET enim poſt ideos dactylo qui in Creta fuere ſecuti ſunt ut Diodo.inquit curetes quos quidã ex terra genitos uolunt. Alii progeniem ideoꝝ dactyloꝝ habitaſſe autẽ in mõtibus.tecta & indumẽta quæ natura p̃beret habẽtes nõdũ reptis domibus. A quibus multa ad uittẽ utilia inuenta ſunt primi greges ouium cogere.pecora alia man-

PAV. MAR.

ſueface re:mellis uenandi: ſagittãdiq; modum induxere:repperere inſuper enſem galeam:ac cum armis ſaltandi morem:quorum ſtrepitu permagno Saturnus deceptus eſt. Aiunt enim iouem:clam ſaturno:ab rhea matre datum:ab his nutritum fuiſſe. Arthematus autem euboeus:Stra.referente. Curetas inquit calcydem incoluiſſe ſed aſſidue de lelanto campo bellum gerentes:cum hoſtes anteriorem captarent Cæſarem eoſq; diſtraherent: ac occipite capillatos extitiſſe:a fronte detonſos. Vnde a cura ideſt a tonſura:curetes ideſt detonſos appellati: & in ætolia habitũ migraſſe:ubi cum intonſa ſeruarent capita. Acarnanes cœpiſſe nominari. Pleriq; ab heroe quodã utrũq; nationem nomen tenuiſſe aiunt: Alii a monte quodam curio pleuroni imminent:curetas nominatos Alii dæmonas quoſdam:deorumue miniſtros curetes uulgant Alii eoſdem eſſe curetes:& cyribantes:& caberos:& idæos dactylos:& telchines oſtendunt. Et paulo poſt de Corybantibus proſequitur Strabo: Plures opiniones referens. Additq; poſt multas: Veriſimilius inquit ſcepſius:eoſdem eſſe curetes:& coribantes:qui in matris deorum ſacrificiis armati ſaltantes:caſti & puri ſunt aſſumpti ideo autem corybantes appellari: quod inter ſaltandum capita iactent:quod choryptin dicitur:quos Betarmonas uocat Homerus. Hinc qui capita ſaltando iactant & numine aſpirantur & furiis agitantur:corybantiare dicimus. Diodorus uero inquit Iaſium corybantum genuiſſe:mortuo iaſio Dardanus:& corybantes in phrygiam ſacra Cybelis detulerunt. corybantus initiatos ſacris: Corybantes nominauit &c. Res latuit patrem. quia iouis educatio Saturno nunq̃ aperta fuit. COMItes:ipſi miniſtri cybeles qui eam in pompa comitantur. MOVent æra:pulſat ærea inſtrumenta : ad tinnitus edendos. ET TERga rauca timpana ipſa ex tergis hoc eſt ex coriis:rauce reſonantia. IMItamina priſci facti ad imitatione eorum:quæ ipſi curetes fecerant in educando ioue. Aliqui legunt priſciq; imitantia facti & eorum tendit ſententia:quæ ſunt imitatricia ueterum factorum:& Lactan. inquit. Quicquid eſt geſtum in abſcondendo puero:id ipſum per imaginem geritur in ſacris. Quod Ouid. exponit in faſtis:& adducit hos octo uerſus ſimul lib. i. inſti. Verum ut idem quoq; tradit:hanc totam opinionem:quaſi a poetis fictam Saluſtius reſpuit: uoluitq; ingenioſe interpretari:cur altores iouis dicãtur curetes fuiſſe:ſic ait:quia principes diuini intelligendi fuerunt:uetuſtatem:ut cætera in maius componentem:altores iouis celebrauiſſe:& reliqua Hunc cumulate fefellit ipſe Lanctan. PVLſant:ergo. CYMbala:ipſa parua timpana. PRO galeis:loco galearum. Cum prius conſueſcẽt pulſare galeã & clipeum nunc pulſabant cimbala. & timpana. Ideo pro ſcutis pulſant timpana.

Tibia dat phrygios, ut dedit ante modos:
Deſierat, cœpi cur huic genus acre leonum:
Præbeat inſolitas ad iuga curua iubas:
Deſieram, cœpit feritas mollita per illam
Creditur, id curru teſtificata ſuo eſt:
At cur turrifera caput eſt onerata corona.
An primis turres urbibus illa dedit:
Annuit, unde uenit dixi ſua mẽbra ſecandi.
Impetus, ut tacui pieris orſa loqui:

ANT. FAN.

Tibia phrigia

¶TIBIA dat phrigios ut dedit ante modos. Virgi. in viii. æne. Ite per alta dindima ubi aſſuetis biforem dat tibia cantum. Nouimus autem romanos (ut ſcribit Seruius) ſacra matris deum more phrigio coluiſſe. idem etiã tradit tibiam phrigiam impares:& inequales cauernas habuiſſe & dextre quidem unum foramen fuiſſe ut ſcripſit Varro. ſiniſtræ duo quorum unum acutum ſonum habuit:alterum grauem. Dicta eſt autem tibia quod cum olim ſimplex eẽt ex oſſe. fieret tibiarum : quales graues habent & aues eiuſmodi. Obliquæ tibiæ inuentionem Pli. midæ phrigio tribuit geminarum uero tibiarũ Marſiæ Alii tibiæ inuentorem fuiſſe apollinem uolunt Alii Alii Euterpen unam muſarum. Sed ut cum tibiis uoce caneretur trezenum dardanum inſtituiſſe tradunt. GEnus acre leonum leones matris deorum currum trahũt

Leone trahunt currum cibeles

quia (ut placet Seruio) omnis feritas maternæ effectioni ſubiacet. Vel ut Macrobio quia hæc dea terra eſt quæ ab aere uehitur quem continet cœli ambitus:cuius naturã ſimilis eſt leonum ualidorum animalium impetu atq; feruore. Suſtineri autem rotis eadem dea dicitur:quia mũdus rotatur & uolubilis eſt. AN primis turres urbibus ipſa dedit:turrium inuẽtio non datur matri deũ. ſed ægiptiis potius. Erat autẽ Cibelis ſimulachrum capite corona turrium inſignito quia ipſa eſt terra quæ oppida & turres ſuſtinet. IMPetus. furor quo impelluntur galli ſibi abſcindere pudibunda.

Turrium inuentio

PAV. MAR.

¶TIBIA. quæ ex lothi materia erat. non eſt mutata. DAT phrigios modos modulos ſonoros, quales in phrigia edebantur. VT DEDit ante prius quam ipſa ſacra deferrentur in urbem. DESIERAT . loqui ſcilicet ipſa erato. COEPI. ego ſcilicet loqui. CVR huic matri deum. GENVS acre leonum. ipſi acerrimi leones. PRAEBEAT COmas inſolitas iubas non aſſuetas ferre iugum. AD IVGA curua:ad currum quem ipſi iugati trahunt. Leones enim agunt currum magnæ deorum matris aliqui legunt iubas inſolitas & idem eſt. DESIERAM ego ſcilicet loqui. COEpit ipſa erato loqui. CREDitur feritas mollitas manſuefacta. PER illam cibellem iccirco leones trahunt eius currum quia prima fuit quæ truces & feras beſtias manſuefecerit. Sed in decimo met. alia cauſa affertur. De hipomene & atlanta. cum pomis ille aureis a Venere datis eam curſu deciperet & ſuperaret. impatiens amoris cum in templo cibelis congrederetur. Dea ambos conuertit in leones & eos currui alligauit. Sed muſa refert cauſam ad manſuefactam feritatem, Sed ab initio alii alia animalia reddiderit manſueta. IDEST TESTificata ipſa cibile. SVO CVRRV ubi habet leones alligatos. AT CVR eſt onerata caput cur habet caput oneratum. CORONA turrifera ferenti turres nam turrita pingitur. AN ILLA DEDit turres primis urbibus. an prima ipſa fuerit. quæ turres urbibus couſtroxerit. ANNVIT affirmauit muſa ita eſſe. eam ſcilicet turres dediſſe. Plinius uero id muneris aliis aſſignat. inquit enim Traſon muros: Turres, ut Ariſto. Ciclopes tripini ut Theophraſtus ægiptii. DIXIT ego. Vnde uenit impetus ille furor. furor. SECANdi ſua membra cur miniſtri magnæ matris ſecant pudẽdas partes & abſcindunt ipſa genitalia.

VT tacui:ego. PIEris:erato a piero mõte:uel ab ipſis pieribus. SIC orſa loqui:ſic loq̄ cœpit. PHryx puer in ſiluis cãm erato refert ad attyn pueꝝ:quẽ Cibele amabat:qui qa fidẽ fregit diſſecuit eam partẽ: qua illã læſerat:inde morẽ habuiſſe inquit initiũ:& de hoc Lactan. Deum inquit mater & amauit formoſum adoleſcentẽ:& eundẽ cum pellice deprehenſum:exectis uirilibus ſemiuiꝝ reddidit. Et nunc a gallis ſacerdotibus ſacra eius celebrantur &c. Sed nos ut aliud ad hanc rẽ adducamus. Illud aduertendũ erit:quod poetæ eandẽ eſſe cibelẽ:& rheã deoꝝ matrẽ oſtendere uidenẽ. Veꝝ Diodo. menonẽ phrygiæ:idiæqꝫ regem fuiſſe refert. Qui uxorẽ duxerit Dindymenẽ. Ex ea natam fœminã:cum nutrire nollent:a ſe expoſitã in cibellum montẽ hanc pardali:aliæqꝫ feræ nutrierunt:quã uidens ſtupenſqꝫ miraculo mulier ꝗdam pecora paſcens:eã ſuſtulit:& a loco cibellem nominauit. Quæ adulta & forma:& prudẽtia excellens fuit fiſtulã compactã & ad luſum choreas:Cymbalũ:Tympanumqꝫ prior aduenit:& pecoꝝ & pueroꝝ morbis remedia. Et quia multos in ſinu fouit:& ob amorem ſingulis ꝑſtitum:matrem ab oĩbus dictam ferunt. Hæc prouecta ætate adoleſcẽtem quẽdam eius regionis Atthym nomine dilexit. Quem poſtmodum dixerunt papam. Cum eo clam colens grauida facta eſt. Quod ut parẽtes norunt:in regiam accitam:ut Virginem pater ſuſcepit:& Attym:& nutrices interfici iuſſit:atqꝫ īſepultos abiici Cibellem dolore perculſam:inſanam effectã in publicum prodiſſe ferunt. Soláqꝫ uniuerſam patriam paſſis crinibꝰ perambulaſſe. Miſertus marſias illam ſequutus eſt:poſt certamen cũ Marſia:Apolline eius amore captũ ferunt:& cum ea uſqꝫ ad Hypboreos erraſſe. Sed uexatis morbo phrygiis:reſponſum eſt ex oraculo: ut Atthyos corpus ſepelirent:ut Cibellem uenerárentur:ut deam. Sed conſumptum tẽpore:cum atthios corpus nõ inuenirẽt: imaginem eius fecere:circa quam planctu ac lamentis ſacra inibant Cibelis uero Ara erecta annis ſingulis ſacrificabát. Poſtmodũ in priſcinũte oppido phrygiæ:ſũptuoſe conſtructo tẽplo:honores illi ſacraqꝫ ſolẽnia cõſtituere. Myda rege ad ea:plurima cõferente. Poſitiqꝫ erant circa deæ ſtatuã pardali:ac leones a qbus olim eẽt enutrita. Hæc ille. Idqꝫ ſupremũ pro rõne quoqꝫ afferri poſſet ſuperiori quæſtioni. Cur leones ad currum habeat.

Phryx puer in ſiluis facie ſpectabilis altis
Turrigeram caſto iunxit amore deam:
Hunc ſibi ſeruari uoluit, ſua templa tueri
Et dixit, ſemper fac puer eſſe uelis:
Ille fidem iuſſis dedit, & ſi mentiar inquit:
Vltima qua fallam, ſit uenus illa mihi:
Fallit, & in nympha ſagaritide deſinit eſſe
Quod fuit, hinc pœnas exigit ira deæ:
Naiada uulneribus ſuccidit in arbore factis:
Illa perit, fatum naiados arbor erat:

¶PHRYX puer:de hoc ſcriptores uarie fabulantur. Nam ut ſcribit Seruiꝰ Atys puer ſpecioſus cum magnæ matris ſacris ꝑeſſet a rege ciuitatis ſuæ amatus eſt: a quo cum intelligeret uim ſibi inſtare clam in ſiluas profugit ubi cum inuentus uim ei ſtuderet inferre uerenda ſtupratoris abſcidit: qui moriens eandem ipſam corporis partem puero abſtuliſſe dicitur: quẽ cum antiſtites deæ ſemianimẽ ſub pinu inueniſſent:perlatum in templum fruſtra reficere conati defunctum tumularunt: cuius ut perpetua memoria maneret magna mater inſtituit: ut quot annis in ſacris ſuis plangeretur pinumqꝫ arborem tutelæ ſuæ aſcripſit:effecitqꝫ ut cultores ſui uiriles ſibi partes amputarent qui cum gladiis ſuis eſſe finguntur:ut ſignificetur omnibus pro terra ſua eſſe pugnandũ. Ouid. autem in hoc loco uult puerum ipſum dilectum a Cibele & deæ ipſius ac datæ fidei immemorem cum cognouiſſet nympham Sagariti filiam ſtatim in furorem uerſum ſibi uirilia amputaſſe. Catullus uero eius furoris cauſam non deæ:ſed gallo flumini tribuit:cuius aquis epotis puerum dicit in furorem actum abſcidiſſe ſibi eam quam diximus corporis partem. Diodo autem uult Cibelen ab hoc puero fuiſſe compreſſam:eumqꝫ iuſſu parentum cibelis interfectum. Sciendum placuiſſe Porphyrio philoſopho ut refert diuus Auguſti. a quo Euſe. non diſſentit atyn excaſtratum nihil aliud ſignificare q̄ florẽ qui decidit ante fructum. Fuit & Atys Croeſi filius qui in uenatione ab Adraſto interfectus eſt autore Herodoto. Item Atys iunior eius frater qui imminẽte percuſſore patri cum antea mutus fuiſſet uocalis euaſit. CAſto amore: Vide Diodorum qui aliter ſentit. FAC puer eſſe uelis:caſtus & incorruptus. IN nympha ſagaritide: Putant nonnulli nympham quam atys cognouit proprio nomine Sagaritiden appellatam:quod nõ placet. Addita enim eſt ſyllaba (ut poetæ interdum faciunt) patronimico:ut Clioqꝫ & beroe ſoror oceanitides ambæ: Deduciturqꝫ nomen a Sagaro quem fluuium conſtat fluere per phrygiam ad oppidum Berecintum. FATVM naiadis arbor erat: Hamadriaden eſſe oſtendit quam Naiaden dicit. Sunt enim Amadriades nymphæ quæ cũ arboribus & naſcuntur & pereunt.

ANT. FAN.
Atys & eiꝰ fabula
Atys croeſi filius
Sagaritides
Hamadriades
PAV. MAR.

¶PHRYX puer:atthis e phrigia. SPEctabilis facie:formoſus. IN ſiluis altis iunxit deam turrigeram: cœpit Cibelẽ gerentem turres in corona. CAſto amore: quia illa attim caſte amauit. VOLVIT:dea. TVNC ſeruari ſibi:ne cui alteri iungeretur amore: ſibi ſoli ſeruari puerum uolunt. PVERI ſua templa: ut ille cuſtodiæ templi præeſſet. ET DIXit fac ſemper uelis eſſe puer: purus & caſtus:ne qua uoluptate corrumpare eſſe. PVER:ætate. Sexum & conditionem dicit. ILLæ:attis. DEdit fidem iuſſis:iurauit ſe ſeruaturum quod illa iuſſerat. ET inquit ſi mentiar:ſi fallam fidem & non ſeruauero:quod promiſero. ILla ſit mihi ultima uenus: ille ſit mihi ultimus coitus. QVA:uenere ſeu quo coitu. FAllam:decipiam quaſi ut deiceps coire cum aliqua non poſſim. FAllit:quia fregit fidem. ET deſinit eſſe quod fuit:deſinit eſſe puer & caſtus. IN nympha ſagaritide:filia ſagaris fluuii qui eſt in phrigia. IRA deæ:dea irata. EXIgit ex debito poſcit. POEnas hic ex hoc ſcelere. Sagaꝝ unde ſagaritide fluuium phrigiæ. Herod. oſtẽdit Liui. uero de bel. mac. fluuium eſſe dicit Gallogræciæ:qui per phrigiam defluens:& ad berecinthum oppidum ꝑtinens:in propontidẽ tãdem influit &c. SVccidit: incidit ipſa Cybele. NAiada:nympham ipſam ſagaritida. VVLneribus factis in arbore:oſtẽdit illam poeta

BIBLIOTECA UNIVERSITAT DE GRANADA

nympham fluminis:cū dicat.Naiada a ἀνάω q̄d eſt fluo:& oſtendit amadryda.cū amadryades ſint deæ arboꝝ: quæ cū his naſcunť:& moriunť.Sic nunc illā ſuccīſam inq̄t in arbore tanq̃ amadriada:qa ſuccidit arborē in qua illa uiuebat uiuēte arbore:moriēte arbore mortua eſt ipſa. ILla perit:extincta eſt. FAtum naidos erat arbor: nāq; diu ſeruata eſt arbori icolumis:ſeruata ē & nympha.

Hic furit:& credēs thalami ꝓcūbere tectū
Effugit,& curſu dindyma ſumma petit:
Et mō tolle faces,remoue mō uerbera clamat
Sæpe paleſtinas iurat adeſſe deas:
Ille etiam ſaxo corpus laniauit acuto
Longaq; in imundo puluere tacta coma ē:
Voxq; fuit,merui meritas do ſāguie pœnas
Ah pereant partes quæ nocuere mihi:
Ah peāt dicebat adhuc,onus iguinis aufert:
Nullaq; ſunt ſubito ſigna relicta uiri:
Venit in exēplū furor hic, molleſq; miniſtri
Cedunt iactatis uilia membra comis:
Talibus aoniæ facunda uoce camœnæ
Reddita quæſiti cauſa furoris erat:
Hoc quoq; dux opis mōeas p̄cor,uñ petita.

ANT FAN. ¶HIC furit:agiť in furorē atys credens tecta ꝓcūbere cū reuera nō eſſet q̄d uidebať. PAleſtinas deas: furias quæ tres ſūt: Alecto Tiſiphone & Megæra noctis & herebi filiæ.Has nō a Siria paleſtina quā maxima gens iudeoꝝ habitauit:ſed a paleſtina quæ ē Epiri regio paleſtinas dictas nō dubitamus:de qua inq̄t Luca.Paleſtinas uncis confixit harenas:quoniā in Epiro eſt acheruſia. & cū Varro tēpla eſſe doceat in cœlo:in terra:& ſub terra: de poſtremo illud legiť: Acheruſia tēpla alta orci ſaluete infera. PAR tes quæ nocuere mihi:pudibūda q̄bus matrem deū mihi infenſam reddidi. VEnit in exēplum: q̄a comites cybelis ſiue galli ſibi uirilitatē amputarunť.

Paleſtine deæ

QVAE ſiti furoris:nō quæſiti a gallis ſed cuius cauſam ipſe quæſieram.

PAV. MAR. ¶HIC:attys. FVrit furore corripiť. ET credēs procūbere tectum thalami:cū furore ꝑcitus exiſtimaret corruere tectū.Effugit & petit curſu ſūma dyndima:furore agebať celeri curſu in altos phrygiæ mōtes. Dyndima n.mōtes ſunt in phrygia:unde & cybele dyndimene dicta:ut teſtať etiā Strabo. ET clamat modo tolle faces: uidebať uidere furias ſe ip̄m inſectātes facibus:& uerberibus:iō TOlle faces:remoue uerbera:noli dea cruciare me facibus & uerberibus furiaꝝ:ideo ſubſeq̄tur. SAEpe iurat adeſſe deas paleſtinas liceat nunc mihi ſine arrogantia rem meā tueri:ne q̄s me mea laude defraudatū iri uelit:hic.n.locus a nullis unq̃ nr̄æ ætatis uiris intellectus eſt:p̄terq̃ a nobis.Primus ego explicui:& quicūq; ſunt poſtea interp̄tati:aut ſn̄iam meā ſecuti ſunt:aut nō recte intellexerunt.Dicā primū de loco.tum de ipſis deabus. Paleſte locus eſt i ora Epyri:apud Oricon:quo e nauibus deſcendit Cæſar:cū iret cum exercitu aduerſus Pōp.Emendati codices cōmentarioꝝ Cæſaris teſtantur. Sed in his imp̄ſſis deprauatus eſt locus. Sic.n.inquit poſtridie terrā attigit germanoꝝ ſaxa inter & alia loca periculoſa:quietā nactus ſtationē:& portus oēs timens:quos teneri ab aduerſariis arbitrabatur ad eū locum: q̄ appellatur pharſalia:oībus nauibus ad unā incolumibus:milites expoſuit &c. Qui appellatur pharſalia inq̄t:cū oīno pharſalia dicere non debeat.Miror hoc alios nō obſeruaſſe.In codice uetuſtiſſimo quē ego reperi & emi in calcide euboica:erat qui appellať phaleſte ibi tantūmodo ſup̄abundabat aſpiratio.nam paleſte legendū ut paleſtia: quod negari non pōt.Cum Luca.in.v.pharſaliæ dicat lapſa paleſtinas uncis cōfixit arenas.Loquens etiā de claſſe Cæſaris Cōſtet ob id paleſtinas arenas in Epyro eſſe.Nō.n.nunc agimus de paleſtina Syriæ annexa.Deas uero ipſas q̄s non apte uidet furias eſſe intelligendas cū poeta faces:& uerbera addat.Nobis āt:cum de hoc loco q̄reremus:fideliſſimus utriuſq; linguæ interpres:omni doctrinaꝝ genere:& laude cumulatiſſimus: in quo nuper magnā iacturam fecimus in antiquiſſimo lyricoꝝ principioꝝ interprete oſtēdit furiaꝝ templū in Epyro fuiſſe. Item & in alio græco codice uetuſtiſſimo.Hoc nō ſolum mihi:ſed Pōponio quoq; uetuſtatis indagatori diligentiſſimo demōſtrauit.Itaq; deæ paleſtinæ hoc in loco pro furiis accipiendæ:a tēplo quod erat in ea regione quas adeſſe ille iurabat attys cū furore ꝑcitus eſſet. ILle etiā:attys. LAniauit cor.ſa.acu.ſe ip̄m acuto ſaxo uerberabat:ita ut corpus laniaret.Abſcidit.n.lapideo cultro pudendam partem:q̃ reliquerat.Coma longa:longi crines. EST tra.in pul.īmun.ſordido.Verſabat ſe ip̄m in luto & trahebat inde:& fœdabat crines. ET fuit uox.dicebat. MErui ita.ſ.plecti. DO pœ.me.quaſi patior:quod merui ſupplicium. SANguine: ſanguinis effuſione. Ah pe.partes:corporis. QVæ no.mi.pereant pudenda:quibus fidē uiolaui:quæ faciunt:ut ita plectar. Ah pe.di.adhuc:quia pluries repetebat eadē uerba. AVfert onus inguinis: abſcidit ſibi genitalia. ET ſubito nul.ſunt reli.ſig.uiri:abſciſſis uirilibus.nullū ſuperfuit ſignum quo Vir cognoſceretur. HIC fu talis furor:qualis in illo fuit. VEnit in ex.q̄a inde habuit mos originem. MIniſtri:deinde cibelles.Sequuti ſunt exēplum. ET mi.mol.qui ob id molles:& tanq̃ fœmine fiunt. CEdunt:incidunt. MEmbra uilia:pudendas partes. COmis.ia.ſolutis & excuſſis crinibus.Verū Catullus aliter hyſtoriā retexens:oſtendit attym per mare in phrigiam ueniſſe & ad gallum fl.in furorē uerſum ſilice ſe caſtraſſe.Ait.n.ſuper alta uectus atis celere rate maria: phrigium ut nemus:citato cupidine:pede tetigit aditq; opaca ſiluis redimita loca deæ Stimulatus ubi furenti uagus amnis rabie. DEuoluit:exectus acuto ſibi pondere ſilicis.Itaq; ut relicta ſenſit ſibi membra ſine uiro.Niueis citata cœpit manibus leue timpanum &c.Ab hoc igitur initium ſumpſit iſta caſtratio:ut poſtea miniſtri deæ ſeu cultro ſiliceo ſeu texta uirilia execarent:unde Iuuena.in ſatyra credo pud.inquit ecce furentis Bellonæ:matriſq; deum chorus intrat.& ingens Semiuir obſcœno facies reuerenda minori:Mollia qui rapta ſecuit genitalia texta: & reliqua.

CAVSA furoris quæſiti:de quo ego quæſieram. EST reddita mihi.ſ. VOCE facunda:diſerta. TALIbus:uerbis.ſ. AOniæ camenæ:muſæ ab aonia de qua regione alias diximus. DVX opis:o muſa quæ inſtruis me in hoc opere:Moneas hoc quoq;:hoc etiam doceas.

¶VNDE pe.uenerit.Hánibale Italiá deuaſtante inſpectis libris ſibillynis cũ crebrius de cœlo lapidatũ eſſet: ut Li.ſcribit carmen a decéuiris inuentũ eſt pelli poſſe Italia uinciq alienigená hoſtem:ſi matris ideæ numen peſſi nuntæ Romá aduectum foret. Quod Syllius teſtaẽ his uerſibus:hoſtis ut auſoniis diſcederet aduena terris fati dicæ fuerant oracula priſca ſibyllæ cælicolũ phrygia genitricem ſede petitá laomedonteæ ſeruandá mænibus urbis. Quo carmine ſenatus eo magis motus eſt ꝙ legati q dona delphos portauerant referebant ſacrificátibus ipſis Apollini pythio oia leta exta fuiſſe. Vnde placuit ut quinq legati ad regé Attalũ mitterenẽ:qui Aſiá petentes ab oraculo delphico reſponſũ accæperunt cõpotes ſe per Attalũ regem eius rei fore quá peterent. Sed cum deuexiſſent tũ curarent ut eá qui uir optimus romæ eẽt hoſpitio acciperet. Igitur legati cũ pergamũ ad regem ſe contuliſſent attalus eos peſſinunté in phrygiá deduxit: quo i oppido ædé cybelis fuiſſe Diod.tradit. ſacrũq his lapidé quem matré deum incolæ eſſe dicebant tradidit: qué ibi tarracinæ iam eſſe romæ nunciatũ eſt ſenatus.p. Scipioné naſicam iudicauit in tota ciuitate uiꝝ optimũ eſſe qui cum oibus matronis hoſtiam ire iuſſus obuiam deæ:eamq de naui accipere & i terrá elatam tradere referendam matronis:poſtq̃ nauis ad hoſtiũ amnis tyberini acceſſit a ſacerdotibus deam accæpit extulitq in terram. Vnde eá matronæ in ædé uictoriæ q̃ tum erat in palatio ꝑtulere pridie idus aprilis qui dies feſt⁹ fuit. Cæterum poſtea dedicata æde matri deũ romæ ut infra diceẽ feſtũ eius conſtat ad nonas mẽſis fuiſſe tranſlatũ. nihil.n.fuit tá celebre apud romanos q̃ dedicationis dies. DINdymon & cybe.mõtes phrygiæ a qbus dea ut diximus Dindymene & cybele dicta eſt. Oppidũ uero eius Piſinus dr̃ a Stra.nũc oẽs peſſinũté uocát. Amená fon. iden. Idá phrygiá conſtat eẽ fontib⁹ plená:ut uenimus in plená uenatu & fontibus idá: Vnde eá multifonté dixerũt ut autor eſt Stra.qd ueꝝ eſſe declarat fluminũ multitudo inde in mare ꝓfluentiũ. TRoiá:res troianas ut iliũ in Italiá portans. Sæcula qnq:quingẽtos annos.ná ut.A.Gel.docet anno fere poſt Romá conditá qngenteſimo ac.xxxiiii.ſecundũ bellũ aduerſus pænos ſumptũ eſt. Notandũ át hoc loco ſæculũ ſignificare ſpaciũ centũ annoꝝ:dictũ(ut Varroni placet)a ſene:qd id ſpaciũ uitæ ſenis lõgiſſimũ puteẽ.unde ſæculares ludi dicti ſunt: q (teſte Feſto)poſt centũ annos fiebát. E Domito orbe:Nõ re uera toto orbe ſed parte orbis ſubacta. Ergo a toto parté accipe. Ná(ut inqt Liuius)nullas tunc in Aſia ciuitates ſocias habebat populus Romanus.

ANT. FAN.
Mater deum in Italia aducta.

Venerit, an noſtra ſemper in urbe fuit?
Dindymon & cybelõ & amená frõtib⁹ idan
Semper et italicas mater amauit opes:
Cum Troiam æneas italos portauit in agros:
Eſt dea ſacriferas pene ſecuta rates:
Sed nondum fatis latio ſua numina poſci
Senſerat, aſſuetis ſubſtiteratq locis:
Poſt ut Roma potens opibus iá ſæcula qnq
Vidit, et e domito ſuſtulit orbe caput:

Cybelis ædes ubi.
Sacrum lapidem cybelem eẽ dicebát p.Scipio naſica
Didymos cybelos Piſin⁹ quá & peſſinũté uocant
Ida multifons.
Sæculum
Sæculares ludi.

¶VNDE petita uenerit quaſi:unde romá aduecta fuerit. AN ſemper fuit in noſtra urbe:an ab initio romæ fuit:an aliunde aduecta. Vexáte Italiá Hannibale:ex libris ſibyllinis lecto carmine:cõpertum eſt:alienigená hoſtem Italia pelli poſſe:ſi mater idæa deportata romá eſſet:Ob qd ut Liuio referẽ.M. Vale.Leuius qui bis cõſul fuerat:& Cecilius galba legati:Gn. Tremellius Flaccus:&.M.Vale.falco quæſtores mihi cũ.v.quinqueremibus ex oraculo delphico accepere deũ matrem concedi:ſed Romæ a uiro optimo excipiendá eſſe hoſpitio. profecti poſtea in phrygiá.epiſinunte:tradente illam Attalo rege accepere.lapis erat:quem matré deum incolæ dicebát: Romáq deportarunt. Præmiſſo falcone:qui ferri deá nunciaret:moneretq a uiro optimo excipienda eſſe. Habita ſunt comitia p.Qu.Cecil.dictatorem creatiq conſul.M.Cor.Cetegus:&.P.Sempronius.In eo conuẽtu. P.Scipio naſica.Gn Cor.fi.illius qui in hiſpania ceciderit:uir optimus a ſenatu iudicatus adoleſcens nondũ quæſtorius. Is cum oibus matronis.hoſtiam ire iuſſus obuiam deæ:Eamq de naui accipere:& in terrá delatam tradere referendá matronis. Poſtq̃ nauis ad hoſtium amnis tyberini acceſſit:ſicut erat iuſſus in ſalũ naue euectus a ſacerdotibus deam accepit extulitq in terram:matronæ primores ciuitatis inter quas:unius claudiæ quintæ inſigne eſt nomen accepere. Cui dubia:ut traditur antea fama:clarioré ad poſteros tam religioſo miniſterio pudicitiam fecit. Et per manus ſuccedentes:deinde aliæ aliis:omni effuſa ciuitate obuiam:thuribulis ante ianuá poſitis qua ꝓferebatur:atq accenſo thure ꝓcantibus:ut uolens:propitiaq urbem romá iniret in ædé Victoriæ: quæ é in palatio pertulere deam:pridie idus apri.Iſq dies feſtus fuit:Populus frequens dona deæ in palatio tulit. Lectiſterniumq:& ludi fuere Magalezia appellata. Hæc ex Li.excerpſimus:ſed ultimus hic locus dubitare facit: quoniam oſtendit Liuius feſtum & ludos cõſtitutos pridie idus apri.l. At poeta idem oſtendit nonis aprilibus:& tamen uno eodem tépore fuerunt:ut dici non poſſit mutatum fuiſſe diem. Ego autem arbitror deprauatum eſſe Liuii locum:& debere legi nonis aprilibus:quia poeta non potuit tam facile deprauari qui carmina ſcribit:& ipſa feſta ſuo ordine:ut nihil uideatur immutatum:& credi par eſt:eum adhibuiſſe diligentiam:ut ita ſcriberet:qué admodum erat in aliis:tam faſtorum q̃ pontificum libris & annalibus:ut errare nullo quidem pacto potuerit: Quinetiam in marmore uetuſtiſſimo:ubi cætera quoq inſcripta ſunt. Hoc feſtum nonis apri.notatũ eſt. Quare ita cenſeo deinceps in Li.legendum:ſed ad rem redeamus. Erato hoc ipſa hiſto.recenſet. MAter:cybele deorum magna mater. SEMper amauit dindimon & cybelon:phrygiæ montes ut diximus:unde dicta eſt Dindimena & cybele. ET idam troianam.ſ. AMœnam frondibus:ideo amœná:quia nemoroſa & umbroſa. ET opes iliacas:troianas. CVm æneas portauit troiam:tulit troiana ſacra troianos deos. IN italos agros:in latiũ: ut eſt illud Vir. Inferretq deos latio:& illud ilium in Italiam portans. DEA:mater. PEne:quaſi. Eſt ſecuta rates ſacriferas:naues æneæ ſacra ferentis:quaſi parum defuit:quin ab ænea deferentur in urbé. SED ſenſerat: cognouerat:aut audiuerat. FAtis:ab ipſis parcis:q̃ fata:hoc é ſentié ordiné quæ cauſꝛꝝ diſpẽſant.nondũ po.la.ſu.nu.nõdũ aduenisſe tꝑs:quo i Italiá tráſferri deberet. ET ſubſtinerat aſſuetis locis:ſubſtitit tũc in phrygia:ubi

PAV. MAR.

eſſe conſueuerat. POſt deinde. VT.poſtq̄. ROma potēs opibus:quæ iā potētiſſima:atq̃ opulētiſſima erat. VIdit quinq̃ ſæcula:quinq̃ ætates quaſi q̄ngenteſimo urbis anno.& ſuſtulit:eleuauit caput. EDomito orbe: magna parte orbis ſubacta. SAcerdos uel ipſe pontifex max.uel ſacerdotes qui præerant cuſtodiæ libroꝝ ſibyllinoꝝ:qui ab initio fuere duo:deinde decem:poſtea auctus numerus ad.xv.īſpicit uerba fatalia:lybros ſibyllinos romana fata continentes.

Carminis euboici fatalia uerba ſacerdos
Inſpicit,inſpectum tale fuiſſe ferunt:
Mater abeſt matrem iubeo romana reqras
Cum ueniet caſta eſt accipienda manu:
Obſcuræ ſortis patres ambagibus errant
Quæq; parens abſit quoue petenda loco:
Conſulitur Pean:diuumq; accerſite matrem
Inquit,in idæo eſt inuenienda iugo:
Mittūt̄ pceres Phrygiæ,tūc ſceptra tenebat
Attalus:auſoniis rem negat ille uiris:
Mira canā lōgo tremuit cū murmure tellus

ANT. FAN. ¶CARminis eu uerſuum.ſibyllæ cumanæ.Cumas.n. condiderunt nōnulli profecti a chalcide urbe euboiæ ad nouas ſedes q̄rendas. FAtalia uerba:quia libri ſibyllini urbis Romæ fata cōtinebāt. SAcerdos:pontifex maximus per excellentiam Niſi malis accipere decēuiros: qui creabantur ut ſacros libros legerent interpretarenturq̃ carmina ſibyllina. PAtres ambagibus errant:cū non intelligerent q̄nam eſſet ea mater & unde peti eam iuberet oraculum. COnſulitur pæan:mittuntur legati ad Apollinem delphicum. MIttuntur proceres.Hi fuerunt.M.Vale.Le.qui bis conſul fuerat.M.Cecilius Metellus p̄torius Sulpicius galba edilici⁹ ac duo quæſtores. C.Tremelius Flaccus &.M.Vale.falco. PHrygiæ tūc ſceptra tenebat attalus:cauendum ne exiſtimemus hūc attalum eſſe qui rex pergamenoꝝ & Eumenis filius po.ro.ſcripſit hæredē:quod poſt delatam carthaginē & numantia iam euerſa factum inuenies. Vnde quoniam is ditiſſimus fuit & ſplēdida ſupellectile factū eſt:ut q̄ ſplendida & magnifica ſunt dicant̄ attalica. Sed quoniā attali plures fuere quēadmodū & Eumenes Hunc Attalum de quo nunc agitur eū eſſe conſtet q ex Attalo natus in bello macedonico q̄d ſecundū bellum punicū ſubſecutum eſt romanis aduerſus Philippū auxilio fuit De quo inquit florus:aderat ſponte in auxiliū attalus rex pgamenoꝝ:aderant rhodii nauticus populus.Eſt aūt pgamū aſiæ ciuitas longe clariſſima teſte Pli.ac diu(ut inq̄t Strabo)ſub attalicis regibus fortuna:cuius reges ſi unde profecti ſint & quo euaſerint ſcire deſideras lege eius geographi li.xiii.nō longe a fine q hunc attalū tradit natū ex attalo & antiochide achæi filia primo regē eſſe nūcupatum. AVſonius rē negat ille uiris:hyſtoriæ ueritas hoc habet ſecundū Li.nihil negatū eſſe romanis a rege Attalo.Populus cū romanus memor cæptā cum eo amicitiā pp cōe aduerſus Philippū bellū ſperāſq̃ factuꝝ eū regem q̄ poſſet populi Ro.cā miſit ad eū legatos quos ille comiter accepit peſſinuntēq̃ in Phrygiam duxit eiſq̃ deam tradidit in Italiam deportandum ut diximus ſupra.

Attali duo

Attalica.

Pergam⁹

PAV. MAR. ¶CARminis euboici:ſibyllæ cumeæ de qua paulo ſupius a cumis:urbe cāpaniæ:quā calcydenſes euboic icōdiderunt.de quo latius diximus in.vi.æn. FErunt:dicunt. INſpectunt:carmen quod īſpexerūt fuiſſe tale. Mater abeſt:hæc erat ſnīa inſpecti carminis.Abeſt deū genitrix:eā in urbem accerſatis:& adueniens: a caſtis manibus excipiatur. ABeſt mater:deoꝝ.ſ.quia in urbem nondū attuliſtis. O Ro.iu.req.ma.reqrere:& in urbē ferre deū matrem. CVM ue.aduecta erit:Eſt accipienda caſta manu:reſpexit poeta ad oraculū:quod fuit ut ab optimo uiro exciperetur. OBſcuræ ſor.obſcura erant hæc reſponſa:qa non intelligebantur. Patres:ipſi ſenatores. ERrant ambagib⁹:ipſa uerboꝝ obſcuritate. QVæue pa.abſit non.n.id apte conſtabat:matrē deoꝝ abeſſe. SEd tantūmodo matrē:ideo errabāt:qa neſciebant q̄ mater abeſſe diceret̄. QVoue pe.lo.& unde accerſenda eſſet. COnſuliter pæan:apollo. Acceſſere legati delphos:& ab oraculo habuere illis concedi deū matrem e phrygia. ARceſſite:euocate matrē. MAtrem diuū:deoꝝ parentē. INquit ipſe Apollo. INuenienda eſt in iugo idæo:q̄ſi reqrenda eſt in mōtibus phrygiæ:ibi eā inuenietis. MIttunt̄ pce.uiri patricii legati:& q̄ſtores pro ea in phrygiā. TVnc eo tpe.Atthalus:rex pgamenſiū. TEnebat ſcep.phry.impabat in phrygia. ILle.Attalus negat rē uiris auſoniis:nō uult matrē deum ro.concedere:ſed exigit hic locus ut de regibus pgami fiat ſermo:& res altius repetat̄.Lyſima.Agatoclis fi.q unus fuit ex ſucceſſoribus Alexandri:pgami & pecuniaꝝ cuſtodiā:quæ erant.lx.milia talentoꝝ:ut a Stra refert̄.Philetero thyanēſi cōmiſit:qui a puero ſpado fuerat:Is cum optime eēt educatus:dignus uiſus eſt:cui hæc crederent̄.Carus erat Lyſimacho:ſed cū ab arſione illius uxore diſſideret:q̄d eū accuſauerat locum ad defectionē perduxit.Lyſima.coactus fuerat a malis familiaribus:Agatoclē filium interficere.Seleucus Nicator reuerſus illū ſuſtulit:& ipſe a Ptole.ceranno ſublatus eſt.Eunuchus caſtellū & pecuniam poſſidet annis.xx.Erant ei fratres duo Eumenes natu grandior:& attalus iunior.Ex Eumene natus eſt Eumenes de patris noīe.Is pgami ſucceſſionem habuit:antiochū Seleuci filiū apud Sardis ſuperauit obiit cū annis.xxii.imperaſſet. Attalus ex attalo:& antiochide Achæi filia natus ſucceſſit:& primo rex appellatus:Galatas p̄lio ſupauit:& romanoꝝ amicus fuit:& cum eis aduerſus Phil.pugnauit in claſſe rhodioꝝ obiit cum ānis.xxxiiii.regnaſſet.Filios quatuor reliquit ex Apollonde Cizicena:Eumenē:Attalum:Phileterum:& Atheneum.Eumenes natu grandior regnauit:hic cum romanis aduerſus anthiochum magnum & aduerſus pſem bellū geſſit.A romanis totā eam religionē accepit:q̄ ſub anthiocho circa Tauꝝ erat Is urbē muniuit:Regnauit ānis.xlyiiii.īperiū Attalo filio reliq̄t:Qui ex ſtratonice ariarati Cappadocū regis filia nat⁹ erat.Filii admodū iuuenis: & īperii tutorē fratrē:attalum reliq̄t.Is cū annis uno &.xx.regnaſſet:multis rebus geſtis:iā ſenior mortuus eſt:Romanoꝝ contra Pſeudo Philippū ſocius fuit.Imperiū Attalo q ſub tutela erat reliq̄t. Is Philomator cognominat⁹ cū ānis.v.regnū tenuiſſet:morbo abſūptus eſt.Hæredes Romanos inſtituit.Qui poſtea eam regionē puinciā fecerūt:& aliam uocauere:eodem nomine: quo & continentem. Hæc de ipſis regibus.At ſimulachrum matris deorum:

ab eo Attalo Romanis traditum eſt:qui primus Rex nuncupatus fuit:poeta inquit eum ab initio negãtem tradere. Simulachrum ꝗ loquutum:& ſe ire uelle dixiſſe. MIRA canam:cantãdo feram admirabilia. TRemuit tellus cum murmure:uiſus eſt eſſe terremotus cum magno fragore.

Et ſic eſt adytis diua locuta ſuis:
Ipſa peti uolui, nec ſit mora, mitte uolentem
Dignus Roma locus quo deus omnis eat:
Ille ſoni terrore pauens, proficiſcere dixit:
Noſtra eris, in phrygios roma refert auos:
Protinus innumeræ cædunt pineta ſecures:
Illa quibus fugiens phryx pius uſus erat:
Mille man9 coeunt & picta coloribus uſtis
Cœleſtem matrẽ concaua puppis habet:
Illa ſuper fluctus fertur tutiſſima nati:
Longaq; phryxeæ ſtagna ſororis adit:
Rhœteumq; capax ſigeaq; littora tranſit:

¶ADYtis:Secreta parte templi tantum ſacerdoti datur acceſſus. DIgnus Roma locus quo deus omnis eat: ANT. FAN.
Quoniam exactiſſima eſt religio Romanorum. Vel qđ Roma eſt deorum ſedes. Lucanus: Te ne deũ ſedes nõ ullo marte coacti deſeruere uiri? NOſtra eris: Quia Romani a Phrygibus originem ducunt. PHryx pius: Aeneas pietate inſignis. PIcta coloribus uſtis: Moris fuit apud maiores ornari claſſes pictura necnon & onerarias naues cũ pugnaturos iuuaret:ut Ply. ſcribit ad cædem ſpecioſe uehi. Vſtos autem colores cur dicat idem oſtendit ut ex ea fit ochra exuſta rubrica in ollis nouis luto circũlitis. Idem hæc ſi torreatur æqua parte rubrica admixta ſandicem facit. SVI nati:neptuni: quia ipſa eſt deoꝶ mater. PHryxææ ſtagna ſororis: Helleſpontum cui Helle Phryxi ſoror nomen dedit ut dictum eſt

Claſſes pictura ornabãt maiores colores uſti.

RHæteumq; capax ſigeaq; littora tranſit: A regione idæ quæ mõtana eſt duo quidam flexus ad mare excurrunt. alter Rhæteum. alter Sigeum uerſus: ita ut uterq; dimidiati circuli lineam faciant. Vnde cum nouum iliũ quidam intra eorum flexuum finem eſſe antiquum uero intra initium uoluerint iure rhæteũ capax dicitur. Vel certe propter tot nauium receptacula. Sigeum promontorium a taciturnitate nomen accepit:quo tẽpore Hercules prohibitus hoſpitio ibi latuit & inde per ſilentium Troiam inuaſit. Tenedon:Inſulam prope hoſtia Helleſponti:quæ ut autor eſt Strabo diſtat a continenti ad ſtadia. xl. Eam alii Calydnam. alii Leucophryn dixerunt. Tenedos autem dicta eſt a Tene quodam autoribus Seruio & Cicerone qui orta fama ꝙ cum nouerca concubuiſſet hanc inſulam uacuam cultoribus tenuit quæ habuit portus duos & Apollinis Sminthei delubrum: ut Sminthei apolinis templum Sminthe præclare tenedi dominator Apollo. Inter hanc inſulam & Chium qua ægæus ſinus pandiť a dextera antandrum nauigantibus ſaxum eſt: quod qm̃ uiſentibus procul capræ ſimile creditur: quam Græci iſa nuncupant. Sunt qui uelint ægæum ſinum inde nominatum.

Sigeum

Tenedos

Sminthei apolinis templum

Antãdrũ

¶ET diua deæ ſimulachrum. SIC eſt locuta ſuis adytis: ſic ex ſuo ſacello dicere uiſa eſt. Aditum. n. ſecretior pars templi: quo ſoli ſacerdoti licet accedere. Ipſa uolui peti: ego ita uolui ut me Romani peterent: Ne ſit mora: quaſi ſinite: ut me Romam ferant ſine ulla tardatione. MITte uolentem: Mittas tu me Attale: cum ire uelim.

PAV. MAR.

ROma dignus eſt locus: quo eat omnis deus: digna eſt urbs: ad quam omnes dii eant: digna quæ deos omnis teneat & colat. ILle: Attalus. PAuens terrore ſoni quaſi pauefactus: & territus uerbis ſimulachri. DIxit proficiſcere: eas Romam. NOſtra eris: etiam cum romæ eris: eris noſtra. nam inter noſtros: quaſi cum illis: qui a noſtro genere genus trahunt. ROma refertur in auos phrygios: nam a phrygibus ducunt originem: & nos phryges ſumus: inter nos igitur uinculum eſt cognationis. PRotinus: innumeræ: poeta oſtendit ibi nauim fabricatam: qua aduecta ſit: ſed diximus acceſſere legati cum quinqueremibus. PRotinus: ſubito. SEcures innumeræ cædunt incidunt. ILla pineta: pinus illorum montium. QVIbus erat uſus phryx pius fugiẽs: quæ pineat: aut ex quibus montibus pinus inciderat olim æneas pius cum fabricauit naues quibus fugiens in latiũ uenit. MILle manus coeunt: quaſi conuenit iam ingens multitudo. ET puppis concaua quæ iam erat fabricata. PIcta coloribus uſtis: plerũq; colores aduſti ſunt: ut ſuperius dictum eſt: in nauibus uero pingebantur: aut deorum imagines aut hyſtoriæ: aut inſignia: & ſimilia. HAbet matrem cœleſtem: quia iam deæ ſimulachrum eſt impoſitum naui. ILla ſuper fluctus: agit nunc de itinere: aut lõga profectione: per quæ maria delata fuerit uſq; ad hoſtia tyberina. ILla: deum genitrix. Fertur tutiſſima: tuta ab omni procella: & undarum impetu. Super fluctus natis ſuper æquora neptuni filii. ADIT longa ſtagna: longũ & anguſtum fretũ. Sororis phrygeæ: Helles. quæ fuit phryxi ſoror: de quo ſuperiore libro: It ergo primũ in helleſpontum: Veꝝ ipſa deũ mater e piſinunte allata eſt. Piſinus aũt theliſtobogoꝝ erat: qui Bitinis & phrigibus ſunt finitimi: apud ꝑpontidẽ: & Stra. inqt lib. xii. Emporiũ eſt ipſius eoꝝ: qui in hac regione ſunt: & tẽplum maximũ habet magnæ uenerationis: Matris deũ: quã angidiſtã uocant: Sacerdotes qdã erant ꝑpotentes: nũc eoꝝ dignitas ĩminuta eſt. Hic locus magnifice ab actalicis regibus ſtructus eſt & tẽplo & porticibus ex albo lapide. Romani tẽplum celebre reddidere: accerſita inde deæ ſtatua: quẽadmodũ ea: quæ æſculapii erat ex Epidauro: hæc Stra. & maximus quoq; e piſnunte accerſitã aſſerit. Primũ igitur in propontidẽ deſcendit: deinde in Helleſpontũ uenit. Tranſit rhœteũ capax: apud Rhœtheum ꝓmontoriũ: in faucibus Helleſponti apud troiã: ad dextrã helleſpontum ingredientibus: ubi nos ipſi totiens fuimus: erat nauale & achiuoꝝ portus: & achaia caſtra: ideo capax dixit: ubi tã magnæ claſſis fuit ſtatio. ET littora ſigea: a ſigeo ꝓmontorio itidẽ helleſponto ĩminenti ita appellato qđ in eo tacite latuerit Hercules: cũ inſidias Laomedonti piuro parauit: σιγη. n. taciturnitas eſt. ET tranſit tenedon: Tenedos inſula ab hoſtiis helleſponti xxiiii. M. p. diſtat: hæc pri9 leucophris appellať: dicta ẽt eſt & Calydna: ĩ hãc nauigauit: cũ colonis Tenus Cycni. F. condita q; urbe ab ſe Tenedon uocauit: ſed plura ab hiſtoricis: & poetis de ea referunť: & nos in ea inſula de ſitu: & fertilitate eius carmẽ ſcripſimus. Repimuſq; in ea inſula epigrãmata plura in marmoribus uetuſtiſſimis.

Et tenedon ueteres æetionis opes:
Cyclades excipiunt/leſbo poſt terga relicta:
Quaq; caryſteis frangitur unda uadis:
Tranſit & icareum lapſas ubi perdidit alas
Icarus/ & uaſtæ nomina fæcit aquæ:
Tunc læua creten dextra pelopeiadas undas.
Deſerit/et Veneri ſacra cythera petit:
Hinc mare trinacriũ/cãdẽs ubi tingere (temperare) ferrũ
Brontes et Steropes Agmonideſq; ſolent:

ANT. ¶VETEres æetiõis opes Thebã dicit:quæ(ut ſcribit Strabo)Leſbo fuit oppoſita:ubi regnauit æetion:ut nos
FAN. thebã ad lecti ſacram æetionis ad urbẽ.Conſtat aũt æetionẽ opulẽtiſſimũ fuiſſe cuius filia Andromache nupſit
Aetion Hectori.Sed Achilles & Thebã euertit:ut lyrneſum & magnæ populatus mænia thebæ & æetionẽ interemit
Theba. & filios Eandẽ urbem & Thebas dicimus ut Tu patris i laribus priami ad troiã:aſt ego thebis andromache ma
rex gno quondã genita æetione.Alter Aetion Samothracũ ritus cerimoniaſq; cõſtituit. CYclades excipiũt leſbo
Cyclades poſt terga relicta:Cyclades inſulæ ſunt maris ægæi quẽ(ut ſcribit Plinius)circa delũ in orbẽ ſitæ ſunt unde & no
men traxere.Idem & Solinus tradit q eas inqt licet ſpa
ciis longioribus a Delo proiectas tñ circa Delũ in orbẽ
ſitas eſſe quẽ græci cyclon uocãt.Seruius uero non ideo
Cyclades dictas putat qd in rotunditate ſint:ſed qd lon
go ordine circuiri eas neceſſe eſt:uel pp promontoria:
uel qa naturale eſt ut concitatiora ſint maria uicinitate
terrarũ.Fuerunt aũt Cyclades ab initio.xii.deĩde plures
additæ ſunt. QVAq; caryſteis frangit unda uadis:A
Cariſtos Caryſto urbe Euboiæ nobili marmore caryſtio:ut in
duobus i quit Plynius.Vnde Lucanus eã ſaxoſam uocat ut Qua
locis. maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos.Ad hoc oppi
Cariſtiũ dum Euboiæ qd ad Cycladas uergit lapis naſcit(ut au
marmor. tor eſt Strabo)quẽ pectunt:nent:ac texunt unde mãtilia
Cariſtia conficiũtur:quæ ubi ſordeſcunt in flãmam proiecta mũ
mantilia. dantur.Eſt & Coryſtos in Laconia.unde ab Alcmane
Cariſtiũ poeta uinũ Caryſtium celebratur. TRanſit & icareum:icaros inſula una e Strophadibus mari Icareo nomen
uinum dedit:quã alii icaron.alii icariam dicũt ab icaro Cretenſi:quẽ Varro ſcripſit ibi interiiſſe naufragio & poetæ fa
Icaros in bulant paternæ ugæ comitem cũ ambo pẽnati e creta aufugiſſent in hoc mare cecidiſſe:quod autoribus Plynio
ſula. Strabone ac Solino ab ea inſula quã diximus nomẽ accepit:ſicut a Carpatho mare Carpathiũ:quod Icareo iun
Pelopon gitur auſtrũ uerſus.Cæterũ mare Icareum alii inter Cretã & Siciliã ponunt alii inter Samũ & Myconẽ:cui qui
neſus. dam ab Icaro Dedali filio nomen inditũ uolunt:Hoc mare nauigantes Romani a læua linquebãt. DEXtra pe
lopeides undas deſerit.Creta quidẽ nauigãtibus a læua:a dextra erat peloponeſus ſic dicta quaſi inſula Pelopis:
niſon.n.græci inſulã dicunt.Sed re uera eſt peninſula ſiue Cherõneſus.iſthmos.n.pelopõneſum iungit cõtĩncti
Cythe ſeperãs ioniũ ab ægeo:ut Aequora bina ſuis oppugnans fluctibus iſthmon. VEneri ſacra cythera:Hæc inſula
rea uenus eſt Laconiæ teſte Laertio in uita Chilonis cui olim Porphyrus nomen fuit.Ab ea Venus Cytherea dr ut mul
Trinacria tis placet:uel ab urbe Cytherea(ut Feſtus ait)in quãprimum Venus concha deuecta eſſe dicit cum in mari cõ
Brontes cepta eſſet. MAre trinacriũ:Siculũ mare.Trinacria.n.eſt Sicilia ſic a tribus promõtoriis dicta. BRontes:Hic
ſteropes miniſter Vulcani ſignificat tonitu quod bronti græce dicitur:ſitq; ut inquit Plynius cum in nube luctatur flatus:
Agmoni aut uapor.Steropes aũt nihil eſt aliud q̃ agrapi:ideſt fulgur:quod cum pingi nequeat:pinxit tamen Appelles in
des ſeu pi arte ſua eminentiſſimus.Agmonides uero qui & Pyragmon dicitur ab incude nomen accepit quæ a græcis ac
ragmon mon uocatur.Ab his cyclopibus fulmina fabricantur:ut poetæ canunt:quibus ſedes datur in mari Siculo:quia
inſulæ ibi ſunt numero ſeptem quas itali Vulcanias dicunt.

PAV. ¶ET ueteres opes:ueteres agros:& regnum. AEetionis:de thebano littore intelligit.Thebæ illius:quæ apud
MAR. Lyrneſum eſt:& ſub æetione fuerit.Qui ut teſtis eſt Home.pater fuit Andromaches coniugis Hectoris qui q
dem æetion ab Achille cum ſeptem filiis interfectus eſt. EXCIpiunt:eam.ſ. CYCLAdes:quæ in in ægeo in
ſulæ:quæ dælum circunſtant:de quibus Stra.cum meminit dæli.Eam inquit circunhabitate glorioſam reddide
runt inſulæ proinde uocauere cyclades:initio quidem duodecim fuiſſe perhibẽtur:pluresq; agnatæ ſũt. LEſbo
relicta poſt terga.Primo enim loco poſt Tenedon:leſbos inſula occurrit:deinde cyclades:ſed de leſbo plura di
ximus in ſecundo. ET qua unda frangitur uadis chariſteis:& tranſit ea parte:qua undæ franguntur. VAdo
ſis arenis:chariſtus:a chariſto urbe:quæ eſt in angulo Euboeæ uerſus Cycladas. TRANSIT & icarum:ma
re ſcilicet. QVOD eſt:ut Plynius inquit inter ſamum & miconum.Sed hoc a lœua reliquit. VBI in quo
mari. ICARVS:Dædali filius. PERDIDIT alas ueſtas:magnas:nam acceptis a patre pennis:cum al
tius euolaret:reſolutis uinculis cereis:& alas amiſit:& in mare decidit:cui nomen quoque dedit:ideo hic.
ET FECIT nomina uaſtæ aquæ:nam ab eo appellatum eſt mare Icarum. TVNC lœua a ſiniſtra:
Deſerit creten:Cretam inſulam:de qua in tertio libro diximus. EAM INſulam non attigit.ſed a lœua re
liquit. DEXTRA deſerit undas pelopeiadas:mare quod peloponneſum abluit:a Pelope dictam qui in
ea regnauit. Peloponneſus autem dicitur:quaſi inſula pelopis.Aegeo & Ionio cingitur Iſthmos choryn
thiacus facit ne inſula ſit:Anguſta quidem inter duo maria tellus. ET PETIT cythera ſacra ueneri:non at
tingit peloponneſum:ſed petit cytheram inſulam:quæ eſt inter maleam:& cretam:& in ea cythœra cythero
rum montes:unde Virgilius.Sunt alta cythœra dixit:inſula eſt Veneri ſacra quoniam in propinquis undis na
ta:& illuc conca delata eſt.Vnde in heroidibus:Nuda cythœriacis edita fertur aquis.Et Pomp.inquit:Cy
theream dictam Venerem a cythœra urbe in quam conca delata eſt. HINC a cythœris petit. MARE
trinacrium:ſiculum:quia trinacria dicta eſt Sicilia:a tribus eminentibus promontoriis.Pachinno Lilybeo
peloro:& ακροσ ſummitas dicitur:unde Diodo.uidetur oſtendere a tribus angulis dictam. VBI:in quo
mari. SOLENT tingere ferrũ candens.ferrum calidum & ignitum. BRontes & ſteropes & agmonides:
hi miniſtri ſunt Vulcani.& a re quam faciunt cognominari. BRontes a βρωμοσ:quod eſt tonitru.Steropes a

στερωπη:quod eſt fulgur. Agmonides hic a Virgilio pyragmon dicitur à πῦρ quod eſt ignis & agmon uicus. Fulmon enim hi cyclopes conficiunt:ideo ita appellati. Venit igitur mater deum in fretum ſiculum & iſulis æolicis:ubi eſſe Vulcanus exiſtimatur. ET legit:nauigat.

Aequoraq; aphra legit:ſardeaq; r̃gna ſiniſtris
Reſpicit a remis,auſoniamq; tenet:
Hoſtia contigerat qua ſe tyberinus in altum:
Diuidit,& campo liberiore natat:
Oĩs eques mixtaq; grauis cũ plæbe ſenatus:
Obuius & thuſci fluminis ora uenit:
Procedunt pariter matres natiq; uiriq;:
Quæq; colunt ſanctos uirginitate focos:
Sedula fune uiri contento brachia laſſant
Vix ſubit aduerſas hoſpita nauis aquas:
Sicca diu fuerat tellus,ſitis uſſerat herbas
Sedit limoſo preſſa carina uado:
Quiſquis adeſt operi pluſq̃ ꝑ parte laborat
Adiuuat et fortes uoce ſonante manus:
Illa uelut medio ſtabilis ſedet inſula ponto:
Attoniti monſtro ſtantq; pauentq; uiri:
Claudia q̃nta gen⁹ clauſo referebat ab alto:

¶AEQVOraq; aphra legit:Tranſit:ut Crebris legimus freta concita terris. Mare Aphrum ſiue Lybicũ eſt quod Lybiam alluit. SARdonaq; regna:Sardiniam inſulam notiſſimã in mari Tyrrheno romani ad urbẽ nauigantes a læua linquebãt ſed longe unde poeta proſpicit dicit. Ea a ſardo Herculis filio nomẽ accarpit qui e lybia ueniens inſulam occupauit. OMnis eques mixtaq; grauis cum plebe Senat⁹:Equeſtris ordinis uiri patres ſiue Senatores ac plebeii. QVæq; colunt ſanctos uirginitate focos:Periphraſis uirginum ueſtalium. CONtento:Extento fune cum omnes ſummo conatu nauem traherẽt aduerſus uim fluminis. SITIS uſſerat herbas. Conſequens pro antecedenti:hoc eſt ꝑ calore ſitis. SEdit:Conſtitit retenta uadis. PLuſq̃ pro patre laborat: Inſudat trahendi laborem tollerans plus ferre q̃ ſuppeditẽt uires. CLaudia quinta genus clauſo referebat ab alto:Non eſt quinta hoc loco prænomen poſtpoſitum uerſus gratia:uel ordinis nomen ut quidam putant. Legimus enim apud Liuium matronæ primores ciuitatis inter quas unius claudiæ quintæ inſigne eſt nomen accepere. Hæc Claudia experimento religionis pudiciſſima iudicata eſt:ut inquit Plinius. Nauem enim cũ ſacris matris deum obhærentem uado Tyberino extraxit precata palam:ut ſi ſibi pudicitia conſtaret ſequeretur. Cuius ſtatua:ut Valerius Maximus ſcribit ĩ uehiculo ædis matris deũ poſita eadem æde bis incẽdio conſũpta flãmis intacta ꝑmanſit. Alia eius gentis Claudia nouo more (ut ait Suetonius) apud populũ ſubiit iudiciũ maieſtatis:q̃ in cõferta multitudine optauit ut frater ſuus pulcher reuiuiſceret:atq; iterũ claſſem amitteret ut minor turba Romæ foret. Sciendũ gentem Claudiã ortam eſſe ex regillis oppido Sabinorũ deductãq; ab Appio Clauſo:cui poſtea Appio Claudio fuit Romæ nomen:ut inquit Liuius:qui poſt exactos reges cũ quinq; milibus clientũ & amicorum uenit Romam & ſuſcæptus habitandã urbis partem accæpit quo Claudia tribus eſt & familia nominata ut Seruius ſcribit:Vnde illud eſt Virgilii.vii.æneі.Ecce Sabinorum priſco de ſanguine magnum agmen agens clauſus magniq; ipſe agminis inſtar claudia nunc a quo diffunditur & tribus & gens:Lege Liuium libro ſecũdo primæ decadis & Plutarchum ĩ publicola. Meminit & eiuſdem Appii Clauſi Cornelius Tacitus his uerbis:Maiores mei quorum antiquiſſimus Clauſus origine Sabina ſimul in Ciuitatem Romanam & in familias patriciorum aſcitus eſt hortantur ut paribus conſiliis remp. capeſſam. Ab eo Clauſo Syllius Clauſos uocat quos Claudios dicimus:ut clauſorum decus atq; erepto maxima Romæ ſpes uero marcello.

ANT. FAN. Sardinia inſula Claudia quinta Claudia gens

¶AEquora aphra:mare lybicũ. Nam lybicũ illud ingens pelagus:qđ inter Siciliã & ipſam lybiã. ET reſpicit regna ſadoa:a ſiniſtris remis e mari lybico flectenti in oram latinorũ & hoſtia tyberina eſt ſardinia magna inſula a ſiniſtra:ideo a ſiniſtris remis dixit. Nã a ſiniſtra parte relinq̃tur in mari Tyrrheno:ita appellata dicitur inſula a Sardo Herculis filio:ut teſtis eſt Solinus. ET petit:ipſa nauis. AVſoniã:quia flexit curſũ in littus auſonium. CONtigit hoſtia tyberina:ſcilicet ubi & hoſtia urbs ab Anco martio fundata. QVaſi tyberinus: tybris fluuius. Diuidit in altũ:in pelagus q̃ſi qua in mare influit. Et natat cãpo liberiore:ꝑ latiora ſpatia: nã illuc uſq; fert̃ palueũ:poſtea exit in mare tyrrhenũ:Latiores:q̃dem aquarũ cãpos:per quos iã liberius natat. OMnis eques:exiuere obuiã deæ uſq; ad hoſtia tyberina uniuſcuiuſq; ordinis uiri:& matronæ:& uirgines. HAEſitq; nauis ĩ uadis tybridis ut nulla hoĩum ui trahi poſſet. OMnis eques:oẽs illi q erant equeſtris ordinis. ET grauis ſenatus: graues ipſi ſenatores. CVM plebe mixta:cũ populo. PRocedũt pariter:ſimul oẽs eunt cũ põpa. ET matres & nati filii:& uiri:q̃a exiuere obuiã:tam mares q̃ mulieres cuiuſcũq; etatis:ordinis & cõditionis. ET q̃ colũt ſanctos focos uirginitate:hoc ẽ Virgines ueſtales:quæ æternũ ignẽ caſte ſeruãt. VIri laſſant:defaticant. BRachia ſeduli:cũ ſedulitate & oĩ conamine trahẽtia. FVne cõtento:extẽto:quo conabant̃ trahere manũ in uadis herẽtem. Nauis ſopita:ꝑegrina:& q̃ peregrinã deam ferebat. VIX ſubit:uix ſub ire poteſt. imo ſubire non poterat. AQuas aduerſas:aduerſũ amnẽ. TEllus fuerat diu ſicca:diu nõ pluerat:ſic aruerat tellus:& q̃a nullis ĩbribus erat adiutus amnis:tenuis tũc erat eius aqua. SItis:ipſa ſiccitas ob aquarũ penuriã. VSſerat herbas: deficiente humore:aruerãt & ipſe herbe. CArina ꝑſſa.ſuo.ſ.onere. SEdit:ſubſtitit hærẽs. Vado limoſo:in uadis tyberinis:& lutoſis. QViſq; adeſt operi:ipſi q̃dẽ operoſo labori trahende nauis. LAborat pluſq̃ pro arte:q̃ſi pluſq̃ q̃ſq; ſuis uirib⁹ poſſit. Et adiuuat manus fortes:robuſtas & fortiter trahẽtes. VOce ſonante:clamore. ILla:nauis. SEdet:firma hæret. VElut ĩſula ſtabilis:ĩmobilis. MEdio põto:in medio mari:q̃a ut moueri nõ põt ĩſula: ita moueri nõ poterat nauis. VIri attoniti:exterriti. STãt & pauẽt mõſtro:q̃ſi ſtãtes expaueſcũt eo nauis miraculo:q̃ nullo hoĩum conatu moueri poterat. CLaudia q̃nta:cũ uiri fruſtra conarent̃:ex clariſſima Claudiorũ fa

PAV. MAR.

milia:uirgo claudia ꝑceſſit:q̃ cũ caſta non crederet̃: deã ipſam obteſtata:ut ſue teſtimoniũ pudicitiæ ꝓhiberet: Exiguo deĩde conamine funẽ trahentẽ nauis:ſequuta eſt:meminit hui⁹ rei diuus Hieronym⁹: & Trãqllus in uita Tyberii.de eadẽ ĩquit:quæ nauẽ cũ ſacris matris deũ ideæ obherentẽ Tyberino uado extraxit:præcata propalam ut ita demum ſequeretur ſi ſibi pudicitia conſtaret. CLaudia quinta:non quæ eſſet quinta numero : ſed nomine. REferebat genus:ducebat originem. AB alto clauſo:a quo emanauit domus claudia:de quo Virg.in ſeptimo æneidos Ecce Sabinorum priſco de ſanguine magnum agmen agens clauſus magniq̧ ipſe agminis inſtar.Claudia nunc a quo diffunditur:& tribus:& agens:Per latium poſtq̃ in partem data Roma Sabinis: & cætera.Nec facies ipſius Claudiæ.

Nec facies impar nobilitate fuit:
Caſta qd ẽ ſed nõ eſt credita, rumor iniquus
Leſerat, & falſi criminis acta rea eſt:
Cultus:& ornatos uarie prodiiſſe capillos
Obfuit, ad rigidos liguaq̧ prompta ſonos
Conſcia mens recti famæ mendacia ridet:
Sed nos in uicium credula turba ſumus:
Hæc ubi caſtaꝝ ꝓceſſit ab agmine matrum:
Et manibus puram fluminis hauſit aquam:
Ter caput irrorat:ter tollit ad æthera palmas
Quicũq̧ aſpiciunt mente carere putant:
Submiſſoq̧ genu uultus in imagine diuæ
Fixit:& hos dixit crine iacente ſonos:
Supplicis alma tuæ genitrix fœcũda deoꝝ
Accipe ſub certa conditione præces:
Caſta negor:ſi tu damnas meruiſſe fatebor
Morte luam pœnas:iudice uicta dea:
Sed ſi crimen abeſt tu noſtræ pignora uitæ
Redabis, & caſtas caſta ſequere manus:
Dixit, & exiguo funem conamine traxit
Mira, ſed in ſcæna teſtificata loquor:
Mota dea eſt, ſeqturq̧ ducẽ laudatq̧ ſeq̃ndo
Index lætitiæ fertur ad aſtra ſonus:
Fluminis ad flexũ ueniunt tyberina priores:

ANT. FAN. ℭIMPAR nobilitate:Verſus gratia e littera pro i ponitur.Dicimus enim ſum impar tibi.Potes & mutationem caſus factam accipere. CAſta quidem ſed non & credita:Falſo populi iudicio famæq̧ mendatio impudica dicebatur:Vt hic priſca ducens clauſorum ab origine nomen Claudia non æqua populi mala credita fama.

Ornatus uariæ prodiſſe capillis obfuit : Stultũ uulgus impudicam arguebat ex ornatu. CONſcia mens recti famæ mendacia ridet:Spernit obtrectantium linguas: qui nullius eſt ſuæ turpitudinis conſcius Iuuenalis:Viuẽdum eſt recte tum propter plurima tumq̧ his præcipue cauſis ut linguas mancipiorum contẽnas.Eſt autem ſententia color rhetoricus.Sed nos in uitium credula turba ſumus:Honeſta reprehendendi ratio. Miſcet.n.ſe mortalibus muſa quos arguit Iuuenalis:Hic uiuimus ambitioſa paupertate omnes. FLVminis hauſit aquam:Sic Virg.in.ix.æn.Ad undã proceſſit ſũmoq̧ hauſit de gurgite lymphã multa deo orans. TER caput irrorat:ter tollit ad æthera palmas: Impari utitur numero quod & numero deus impare gaudet:& ſtatim omnia ſunt ceſſura fœliciter. SVB certa conditione:Vt a te dãnata non immerito pænas luam abſolute uero certo iudicio populo ro.uita ꝓbetur. IN ſcæna:In ludis ſcænicis ubi nauem tractam a claudia retulerant hiſtriones uel reuera in cõſpectu populi tanq̃ in ſcæna:quod magis placet.

Mens recti conſcia obtrectantium linguas contemnit.

LAVdatq̧ ſequendo:nõ laudat uerbis dum ſequitur: ſed quia ſequitur laudat:hoc eſt teſtatur pudicã.

PAV. MAR. ℭFVIT impar nobilitate:Nam ut præſtantis nobilitatis:ita formæ quoq̧ præſtantis. CASTA quidem : erat. SED non eſt credita:non credebatur eſſe caſta.

RVMOR iniquus non æquus:ſed falſus & confictus:Læſerat:offenderat illam : nota uiolatæ pudicitiæ.

ET eſt acta rea falſi criminis:falſo arguebatur ſtupri: & uirginitatis non ſeruatæ. OBfuit cultus ex his ſumebantur ſigna coniecturalia corrupti animi & corporis quod ſe excolebat:tanquam amantibus placitura: Ipſe ergo cultus formæ obfuit. ET prodiiſſe:apparuiſſe. CApillos uarie ornatos: quos uario modo & pectebat: & innectebat:mens conſcia recti:animus honeſtatis ſuæ conſcius. RIſit mendatia famæ mẽdacem famam:& rumorem:qui falſo ferebatur. SED nos:loquitur muſa ſed perinde ac humo:quia nos hoĩes.ſ. SVmus credula turba in uitium:facile credimus quicquid uituperandum quoq̧ affertur. HAEC:claudia. VBI:poſtquam. e PROceſſit ab agmine:a multitudine. CAſtarum matrum:pudicarum matronarum. ET manibus hauſit aquam puram flu.& manus abluit & his aquam tyberini gurgitis hauſit. TER caput irrorat:ter aqua fluminea caput fudit. TER tollit palmas ad æthera:ter manus in cœlum ſuſtulit. QVicunq̧ aſpiciunt eam:ſcilicet ita agentem. PVtant carere mente:exiſtimant amentem & inſanam. ET ſubmiſſo genu:iam inflexis genib⁹ ipſa claudia. FIxit uultus in imagine Diuæ:fixit oculos in ſimulachrum ipſius matris deum. ET dixit hos ſonos hæc uerba. CRIne iacente:paſſis crinibus. ALma genitrix deorum fœcunda. O Mater deorum. ALma dixit:quod deos peperit:a quibus omnia aluntur:Fœcunda ob tot fœlices partus. Genitrix quod a matre hanc habeat diſtantiam:quia genitrix:ut inqt Nonius:ſemꝑ quæ genuerit nũcupatur.Mater uero aliquando ꝓ nutrice ponitur.Virg.in octauo:geminos huic ubera circũ ludere pendentes pueros:& lambere matrẽ.Plautus in menechmis:ita forma ſimilis pueri:ut mater ſua nõ internoſcere poſſet:quæ mãmam dabat:Nec adeo mater ipſa:quæ illos pepererat. ACcipe preces:meas. SVB certa cõditione:ſũpſit uerbũ e iure ciuili:de cõditionib⁹ in facto cõſiſtentibus:de qbus ita agit paulus iuriſcõſultus titulo de cõditionibus. Conditiones cõſiſtentes in facto uarietatẽ habent & quaſi tripartitã recipiunt diuiſionẽ:ut qd detur:ut qd fiat:ut qd obtingat:uel retro ne detur:ne fiat:ne obtingant ex his dandi faciẽdiq̧ cõditiones:in pſonas collocant̃:aut ipſoꝝ:qbus qd relinqtur:aut alioꝝ. TERtia ſpecies in euẽtu ponet̃ &c.Hæc uero cõditio ut fiat erit. CAſta negor:dicunt oẽs me nõ eſſe

caſtam. SI tu dãnas me.ſ.tanq̃ corruptam:& non caſtam. FAtebor meruiſſe:dicam ingenue me mereri ſuppliciũ. MOrte luã pœnas:plectar morte.Luere pœnas:pati ſuppliciũ ꝑ crimine. VIcta iudice dea:uicta ego tuo iudicio ſupplicio afficiar. SED ſi crimen abeſt:ſi ſcis me caſtã & incorruptã. DAbis thure:pignora noſtræ uitæ:re ipſa oſtendas ſigna:tanq̃ pignora & teſtes uitæ meæ pudicæ. ET tu caſta pudica & ſancta. Sequere manus caſtas:meas.ſ. DIxit:ita precata eſt claudia. ET traxit funẽ:ipſius nauis. EXIguo conamine: paruo conatu.Nam paruo labore traxit:& facillime ſequuta eſt ratis. MIra loquor:dico qdem ad mirabilia. SED teſtificata in ſcæna:quæ relata fuere in theatro:ut adhiberi fides debeat. MOta dea eſt:ꝑcibus ipſius Claudiæ. ET ſequit̃ ducem.præcedentem:& trahentem:uirginem. ET ſequendo laudat:ex hoc ipſo laudare uidet̃:qa ſequitur trahentem in ꝓbationem:& cõmendationem pudicitiæ illius. SOnus ĩdex lætitiæ:hoc eſt plauſus quo animorum indicat̃ lætitia. FErt̃ ad aſtra:nam datus eſt uirgini plauſus ingens:& uoces ſydera ſublatæ. Veniunt ad fluxum fluminis:Claudia ſenatus:& populus:& matronæ ueniunt illuc:ubi ſe incipit reflectere in lœuã amnis. PRIores dixere atria tyberina:dixere ueteres eſſe domum tybridis.

A tría díxerunt/unde ſiniſter abít:
Nox aderat,& q̃rno relígãt in ſtípite funẽ
Dantq; leuí ſomno corpora functa cibo:
Lux aderat,querno ſoluunt a ſtípite funem:
Ante tamen poſito thura dedere foco:
Ante coronarũt puppím,& ſine labe íuuẽcã:
Mactarunt,operum coníugíiq; rudem:
Eſt locus ín tyberím quo lubrícus ĩfluít almo
Et nomen magno perdít ín amne mínor:
Illic purpurea canus cum ueſte ſacerdos
Almonís domínam ſacraq; lauít aquís:
Exululant comítes,furíoſaq; tíbía flatur:
Et feríunt molles taurea terga manus:
Claudía præcedít læto celeberríma uultu
Credíta uíx tandem teſte pudíca dea eſt:
Ipſa ſedẽs plauſtro porta eſt ínuecta capena
Sparguntur íunctæ flore recente boues:
Naſica accæpít,templí non perſtítít autor
Auguſtus nunc eſt:ante Metellus erat:
Subſtítít híc Erato,mora fit dũ cætera q̃ro:
Díc ínquã parua cur ſtírpe quærat opes
Cõtulít æs populus,de quo delubra metell9
Fæcít aít,dandæ mos ſtípís índe manet:

¶VNDE ſiniſter abit:Fabulat̃ ibi eẽ regiam Tyberini ubi fluuius flectit̃ ſiniſtrorſum. OPerũ cõiugiiq; rudẽ: Vt hoſtia eẽt puriſſima. EST locus ĩ tyberim q̃ lubricus ĩ fluit almo.Huius fluuii ſupra meminimus ubi mater deũ.vi calẽ.apri.lauabatur ut ait uibius ſequeſter.Defluit aũt almo ĩ tyberim nõ admodũ longe a porta capena ut nõnulli dicũt.qbus illud aſtipulat̃.Illa ſedẽs plauſtro porta ẽ inuecta capena.Lota igit̃ ẽ Cybele tũc in eo fluuio.uñ factũ exiſtimamus ut poſtea illic lauari cõſueuerit. COmites.Non oẽs q deam comitabant̃ ſed galli ut diximus ſupra. FVrioſaq; tibia.ob gallos q furere uidebãt̃. TAurea ter.tympana.Quibus curetes uſi fuerãt cũ Rhea iouẽ peperiſſet.Ea e pellibus fieri dubiũ nõ eſt. BOues.A qbus deæ plauſtrũ trahebat̃. NAſica accæpit tẽpli nõ extitit autor.Accæpit legendũ eſt nõ incæpit ut qdã uolũt q exiſtimant uotã fuiſſe hãc ædem a Scipione Naſica.qd alienũ eſt ab hiſtoria Liuii q ſcribit Naſicã in ſalũ naue euectũ deã a ſacerdotibus accæpiſſe atq; ĩ terrã extuliſſe &.M.Liuiũ & Claudiũ cẽſores ædẽ matris deũ faciendã locaſſe eãq; tertiodecimo ãno poſt q̃ locata erat.M.iuniũ Brutũ dedicaſſe.Quare non placet qd in opuſculo uiroꝝ illuſtriũ legimus ubi eius libelli autor qcũq; fuerit:neq;.n.ẽ Plinius ut multi putãt.ſcribit tẽplũ hoc ĩcepiſſe Naſicã.qd cũ bis ĩcẽdio abſumptũ fuerit ut dixius ſupra.nemini miꝝ uideri debet ꝙ Oui. ſcribit hoc loco & Metellũ ei9 ædis autorẽ fuiſſe.& poſt Metellũ Auguſtũ.quẽ cõſtat refeciſſe ædes ſacras ueruſtate collapſas aut incẽdio abſũptas teſte Suetonio. Hic eſt ꝙ feſtũ matris deũ Romæ celebrari ut diximus conſueuit ñ pridie idus Aprilis ſed nonis huius mẽſis qbus ea ædes ab Auguſto fuerat dedicata.quã qdã uolũt fuiſſe nõ lõge ab ea porta q̃ deæ ſimulachrũ in urbem inuectũ eſt.ſed ĩ palatio fuit teſte Liuio. Parua cur ſtipe q̃rat opes.Moris fuit hoc tpe ut Romani matri deũ nũmos ſiue ſtipem q̃uis paruam offerrent.quoniam ſtipe a populo collata eius deæ templũ a Metello fuerat cõſtitutũ.

ANT. FAN. almo fl.

tympana.

Cybeles ædes ubi.

¶VNDE ſiniſter abit.uertit ſe in ſiniſtrã.ubi eſt reflexus fluminis.putauere antiqui eſſe regiam numinis tyberini.Vnde Vir.de eodem loco.cum facit deum ipſum loquentẽ.Ego ſum pleno.quẽ flumine cernis. STringentẽ ripas & pinguia culta ſecantẽ.Ceruleus Tybris.Cœlo gratiſſimus annis. HIC mihi magna domus.celſis caput uiribus exit. NOx aderat.ſubſtitere p noctẽ in ipſo flexu.quo ab hoſtiis tiberinis uenerant. REligant funẽ a ſtipite querno.a trũco quercus religere ꝑ ĩnectere.ſeu ligare dicimus. Vir.cũ laomedõtia pubes gramineo ripæ religauit ab aggere claſſem. COrpora functa cibo.poſtq̃ comederũt. DAnt locũ ſõno.quieti ſe tradiderunt. LVX aderat iã illuxerat. SOluũt funẽ a ſtipite q̃rno.ubi ueſperi religauerant. TAmen ante q̃ ſoluerẽt. DEdere thura poſito foco.erecta ad tꝑs ara. & ſuccẽſo igne thura adoleuere. ANte coronarunt puppẽ. anteq̃ inde diſcederent nauẽ uirẽtibus coronarunt. ET mactarũt iuuencã ſine labe.delectã ex armẽto.ſine ulla macula.q̃ nulla poſſet labe notari iuuencã ĩmolarũt. ET rudẽ opeꝝ.& couiugii quæ nec araſſet.nec tauꝝ ſuſtinuiſſet.& tria dat huic hoſtiæ.facit delectã iniũgẽ. & purã.ſed de his diximus ĩ.i.lib. EST locus. facit topographiã. QVO almo lubricus influit in tyberim.almo paruus eſt fluuius q interſecãs hoſtienſem uiã nõ longe ab illo flexu init tybrim.Aliqui putant eſſe illum.q eſt inter portam urbis hoſtienſem.& tẽplũ diui Pauli.remotior ab urbe eſſe non põt.qa galli quot annis.ibant illuc cum matris ſimulacro.qd indicat Luca.Et lotã paruo reuocant almone cybelẽ. ET minor annis. Perdit nomen in magno amne.Almo paruus flu.amittit ſuũ nomẽ.cum in

PAV. MAR

fluit in tybrim.ut de Iſará inquit Lúc.cum influit in Rhodanum.q gurgite ductus.p tam multa ſuo.famæ maioris in amnē lapſus ad equoreas nomen nō ptulit undas. ILlic in eo loco apud hoſtium almonis. SAcerdos canus.iam ſenior cum ueſte. PVrpurea.quo eſſet ornatior. LAuit dominam.deæ ſimulacrum. ET ſacra.quæ ſimul ferebanť.Aquis almonis:ipſius parui amnis & inde:mos ſumpſit initiū referendæ deæ illuc. EXululāt comites:galli miniſtri Cybelis ululatum ediderunt. ET flať:flatu reſonāt. TIbia furioſa:uel horrenda ut paulo ſuperius.horrendo ſono dixit.uel furioſa qa furere ipſi miniſtri uidebanť. ET manus molles:mollium miniſtrorum. FEriunt terga taurea:tympana ex taurorum corio. CLaudia præcedit:anteit. Celeberrima:laudatiſſima. VVLtu læto:leta.n.alias antecedebat. VIX tandem eſt credita pudica:tandem oēs credidere eam caſtam:ſed difficulter:credidere tamen. TEſte dea:quæ caſtas eius manus ſequuta eſt. Ipſa deum mater. SEdens plauſtro: quæ iam currui erat impoſita. EST inuecta:illata:& intra urbem uecta. POrta capena:qua exitur in uiam appiam:& inde regio portæ capenæ dicta eſt:qua porta itur ad ædem diui SEbaſtiani. BOues iunctæ:quæ iugatæ currum trahunt. SParguntur flore recente:recentibus floribus & uias ſternebant:& qui in ſpectaculo erant prætereuntes floribus ſpergebant. NAſica accepit.P.Scipio. Naſica qui uir optimus a ſenatu iudicatus eſt:deam accepit in ingreſſu urbis. Verꝫ Liui.inquit ab hoc acceptam in hoſtiis tyberinis: dediſſeqꝫ inde ferendam matronis. Templi non perſti.au.hic ipſe Naſica templum deæ non conſtruxit.&.Q.Cæcilius Metellus:ex donis deæ collatis tēplum in regione portæ capenæ matri deoꝝ erexit:inſtaurauitqꝫ illud poſtea Auguſtus:& ludos conſtituit:& ut eidem a mulieribus carmina canerenť. Vnde in prin.ſecundi libri triſtium. Ipſe quoqꝫ auſonias cæſar matreſqꝫ nuruſqꝫ Carmina turrigere dicere iuſſit opi. AVguſtus nūc eſt:autor.ſ.templi. nam illud reſtituit tpe ipſius poetæ:ideo nunc eſt:qa noſtro tpe ædem reparauit. ANte erat metel. Cæcilius erat autor: q ab initio erexit. SVbſiſtit hic erato:hic deſii loqui muſa. MOra fit.retardať.Dum cæ.q̄ro:in q̄bus inerat dubitatio. DIC iquā cur quærat opes:ipſa dea cur ſibi nūmos quærit. PArua ſti.paruo numo. EO.n.die ſinguli ſingulos nūmos offerebant. Ait cō.æs po.ut paulo ſupius diximus.Populus frequens in palatio dona deæ tulit:q teſtať Liui:Ergo ab ære collato a populo:mox conferendum quot annis ſtipum originē ſumpſit. DE quo:ære qđ populus contulit. MEtellus:ipſe.Q.Cæcilius Metel. FEcit delu.extruxit tēplum. INde:ex eo. Manet mos:ſeruať conſuetudo. Dande ſtipis:offerendorum nūmorum.

Cur uicibus factis ineunt cōuiuia quæro?
 Tunc magis indictas cōcelebrantqꝫ dapes:
Quod bene mutarit ſedem berecynthia dixit
 Captant mutatis ſedibus omen idem:
Inſtiteram,quare primi megaleſia ludi.
 Vrbe forent noſtra,cum dea ſenſit enim:
Illa deos inquit peperit,ceſſere parenti.
 Principiumqꝫ dati mater honoris habet:
Cur igitur gallos,qui ſe excidere uocamus
 Cum tantū a prhygia gallica diſtet hum9:
Inter ait uiridem cybelen,altaſqꝫ celænas
 Amnis,it inſana nomine gallus aqua:
Qui bibit inde furit,pcul hinc diſcedite q̄s ē
 Cura bonæ mentis,qui bibit inde furit:

ANT. FAN.

CVR uicibus fa.ine.cō. quæro: Mutuas ſodalitates dicit.Cice.in Catone maiore:Sodalitates.n. me queſtore conſtitutæ ſunt ſacris idæis magnæ matris acceptis.

Sodalitates mutuæ in ſacris cybeles

INdictas:a pōtifice ſiue a gallis comitibus matris deū ſiue ab epulonibus.Lege Feſtū. MVtatis ſedibus:mutanť a nobis ſedes cum e conuiuiis accedimus ad diuerſa conuiuia. Quod romani faciebant boni ominis cā: qm̄ cibele e phrigia romam tranſláta bene ac fœliciter ſedem mutauerat.

Megaleſia primi in urbe ludi.

QVare pri.me.lu.Vr.fo.no.hi ludi quo& ſupra meminimus iure primi ludoꝝ omnium habebanť qa par erat ut dii parenti ſuæ cederent & cū honorē matri exhiberent. CVR igiť &c. diximus ſupra matris deum comites a gallo flumine gallos uocari.

Cælene

ALtaſqꝫ celenas:urbem phrigiæ patriam marſiæ quē ab apolline ſuperatum & excoriatum ferūt. Vnde illud eſt Lucani. Et quæ tue munera pallas lugent damnatæ phœbo uictore celenæ.Id oppidum nonnulli lydiæ tribuunt.qđ nos monere non debet cum phrigiæ: Cariæ ac lydiæ loca ita inter ſe coeant.ut non facile diſtinguantur.Sciendum & collē ipſum in quo urbs eſt Celenas dici ut autor eſt Strabo & oppidū ipſum in cuius foro ſuſpenſa uiſebať Marſiæ pellis ut Herodot. ſcri. in utrem formata.quá ei detractam phriges ferebant apollinem.ſuſpendiſſe. INſana.q̄ inſanos facit ut dictum ē. PROcul hinc di.quis eſt Cu.bo.mē.ſenſus eſt. Vos q̄bus cura eſt bonæ mentis diſcedite pcul a gallo flumine.

PAV. MAR.

QVERO cur ineant conuiuia factis uicibus? poſtea interrogo unde ea ſit cōſuetudo.q in his feſtis uiciſſim mō ad hæc.mō ad illa conuiuia eant. ET magis tunc.magis q̄ ullo unq̄ tpe. COncelebrāt.cum celebritate frequentant. DApes indictas.ipſa cōuiuia indicta.nam indicebanť ab ipſis ſacerdotibus. & poſtea uiciſſim ibant.

QVod berecinthia.iō factis uicibus ineunt cōuiuia.qđ deoꝝ mater. BEne mutauit ſedem.pſpere cōmutauit montes phrigiæ.p urbe roma. Captant idē nomen.pſpere mutationis. MVtatis ſedibus cum e cōuiuio in cōuium ſe recipiam.Præerant huic rei epulones.q̄bus id inditū nomē. Quod Pompeio teſte indicendi ioui. cæteriſqꝫ diis epulas ptātem haberent.& Cice.in lib.de oratore.Pōtifices inq̄t ueteres pp ſacroꝝ multitudinem tris uiros epulones eſſe uoluerunt.cū eſſent ipſi a Numa.ut ēt illud ludicrum epulare ſacrificiū facerent inſtituti & alio loco.Romæ inq̄t erant ſacra deæ matris.in q̄bus diebus feſtis nocte epulabanť:Erātaūt ſeptem numero &c.Hi ergo erāt.q cōuiuia cōmutabant. Inſtiterā.q̄ res.ſ. QVare ludi megaleſia forēt primi in urbe nr̄a. Cur romæ primi dicāť.& prío loco fiāt ludi ipſi.quos cōſtituit.M.Iunius Brutus.& Megaleſia appellanť. & de q̄bus paulo ſupius diximus.& quoꝝ Liuius meminit. CVM dea.erato. INq̄t.n.qa. SEnſit.me.ſ.q̄rentem. ILla.cybele. PEperit deos.iouem.iunonē.neptūnum.plutonem. Ceſſere parēti.dii ipſi uoluere matri cedere. ET

mater habet principium dati honoris:hoc eſt primum ludoꝝ honorem:nam cum ludi dis exhibeanť. Primus honos matri deoꝝ debeť ideo ipſi primi & magni dicunť ludi. CVR ergo uocamus gallos: q ſe excidere: alia quæſtio.Cur galli dicti ſint miniſtri cybeles:q ſibi uirilia exciderunt: ſeu amputauerũt. CVM humus gallica: gallia ipſa. TAntum diſtet:diſiuncta & longe remota ſit. A phrigia:unde huc aduecta dea:hoc inqt cur appellanť eo nomine:qñ qdem a gallia appellari non potuerint. INter ait uiridem cybelem:muſa cãm appellationis ad gallum fluuium refert:cuius aqua epota furorem gignit. IS labiť p ea loca phrigiæ:ubi matris deum erãt tépla.Initium.n.capit ex modris phrigiæ:& in ſagaꝝ amnem influit.& Ply.inqt:Gallus phrigiæ flumen eſt: de cuius aqua potantes redduntť inſani.& Martianus aſſerit adeo miniſtros matris deũ gallos dictos ait erato. GALlus amnis:fluuius. A qua inſana:inſaniam & furorem incutiéti. IT:fluit. INter uiridem cibelem:cibelon & cibelem dicimus montem:de quo paulo ſupius. ET altas celenas:celenæ in phrigia collis qdam eſt:ut Strabo inquit:i quo urbs fuit eiuſdem noís:Hinc Antiochus ſoter hoíes tranſtulit in eam quæ nunc Apamia dicitur: & urbem appellauit de noíe matris apiamæ Artabazi filiæ:quæ Seleuco nicatori nupſit.Hæc in phrigia ab illo referunť.Sed ipſoꝝ locoꝝ nomina:in loca noſtra marſoꝝ tráſlata ſunt:ut fuiſſe hoc oppida putauerim:etiam ante marſiam ex Aſia pulſum:ſed de his in.vi.lib.plura dicemus. QVI bibit inde:ex eo fluuio. FVrit:furorem concipit. DIScedite hinc procul:lõge ab hoc fluuio recedite ne ſitis poſtea furore perciti. QVIS pro quibus. EST cura bonæ mentis: qui ſane mentis eſtis: & inſanire non uultis. Qui bibit inde furit:repetitio prioris expoſitionis: ad uehementiora monita.

ANT. FAN.

Non pudet herboſum dixi poſuiſſe moretũ:
In dominæ menſis, an ſua cauſa ſubeſt:
Lacte mero ueteres uſi narrantur, & herbis
Sponte ſua ſi quas terra ferebat ait:
Candidus elixæ miſcetur caſeus herbæ
Cognoſcat primos ut dea priſca cibos:
❡ Poſtera cum cœlo motis pallantias aſtris
Fulſerit, & niueos luna leuarit equos:
Qui dicet, quõdã ſacrata eſt colle Quirini:
Hac fortuna die publica, uerus erit:
❡ Tertia lux memini ludis erit, hac mihi q(dã
Spectanti ſenioꝝ continuuſq; loco:
Hæc ait illa dies libycis qua cæſar in oris

❡HERBOSVM moretum:in ſodalitatibus magnæ matris apponebať conuiuiis moretum e lacte caſeo & herbis ob conuenientiam eius cibi cum dea. Lac enim & herbæ fuit ueteꝝ cibus: & ipſam deam uetuſtiſſimã eſſe nemo dubitauerit quippe quæ é deoꝝ mater. LActe mero.lacte ſolo.Hoc cibo uiuunt nonnulli barbari: quos moriať Plyuius ignorare aut ſperuere tot ſæculis caſei dotem:quo tradunt uixiſſe Zoroactren in deſertis annis.xx.ita temperato ut uetuſtatem nõ ſentiret. POſtera cum cœlo motis pallantias aſtris fulſerit.viii. idus aprilis celebrať dedicatio ædis fortunæ publicæ in monte Quirinali:quo in loco ſacrata eſt ædes eius deæ quã nõnulli Protogeniam Liuius Primigeniam uocat non a Cn. Domitio prætore urbano:ut qdam uolunt non intelligentes qd Liuius tradat:ſed a. Qu. Martio ahala duum uiro ad idipſum creato quam ædem uouerat decem annis ante.P.Sempronius ſophus:qui cum in agro crotonienſi cum hãnibale male pugnaſſet coniunctis deinde copiis cum legionibus.P.Licinii proconſulis cum eodem hoſte conflixit:& cum in pricipio pugnæ ædem fortunæ primigeniæ uouiſſet ſi hoſtes funderentur compos eius uoti factus eſt.Hoſtes enim fuſi ac fugati ſunt & ſupra quatuor milia armatoꝝ cæſa.Itaq; idem Sempronius céſor poſtea eam ædem locauit quæ neq; ab eo neq; a Cn.Domitio:ſed a. Q.Martio dedicata eſt.Eſt autem fortuna publica quæ & primigenia dicitť ne quis dubitet legat tertiæ decadis Liuii librum uonum non longe a fine: ubi eius fortunæ hiſtoricus meminit cum in eodem libro ac paulo ante ſcripſiſſet temporibus ſecundi belli punici matrem deum e phrigia in italiam fuiſſe tranſlatam.Idem ét tradit:M.Liuium &.C.Claudium cenſores ædem matris deum locaſſe in palatio faciendã.

Moretũ

Caſei dos

Fortunæ publicæ feſtũ i mõte q̃rinali. viii.idus aprilis ꝓtogenia fortũa ſeu primigenia.

Pallantias autem aurora dicitur a fratre Pallante: ut cum præuia lucis tradendum phœbo pallantis inficit orbem.Eſt frater eius Pallas Titanis filius ex quo ex terra natam eſſe auroram fabulantur. Sunt & qui aurore patrem Pallantem uocant. LVna leuarit equos:equi a luna hoc loco leuari onere dicuntur lucis aduétu. TERtia lux.vi.idus aprilis Iulius Cæſar in lybia ſuperauit iubam & Scipionem cum perſequeretur reliquias exercitus Pompeiani.Nota eſt hiſtoria.Sciendum tamen iubam quem fuiſſe & ſuperbum & inertiſſimum legimus iõ hoc in loco magnanimum dici:quod & magno animo Cæſari aduerſatus eſt:& in oppido zamæ lignis congeſtis maximam in medio foro pyram conſtruxit:ut ſi forte bello foret ſuperatus igne ſubiecto ſe in eam proiiceret:is demum fluentibus rebus ad uoluntatem Cæſaris cum petreio conatus eſt ut per uirtutem interfecti eſſe uiderentur & cum infirmiorem illum ferro conſumpſiſſet impetrauit a ſeruo ut ſe interficeret:idque obtinuit. Appianus ſcribit eum regem ac Perregium cum nec fugam nec ſalutem ulterius ſpectare poſſent iedia ſe ac uulneribus inuicem confeciſſe. Triumphauit autem Cæſar (ut inquit Plutarchus) non de Scipione ſed de Iuba rege cuius filius Iuba in triumpho ductus eſt admodum infans: fortunatuſq; ea captiuitate: qua factum eſt ut ex numida ac barbaro inter ſcriptores doctiſſimos numeretur.Sane iubam autor perfidum uocat ob Aphrorum ingenia quæ & fallere & fidem frangere conſueuerunt.

Pallantias

Ludi i honoré cæſaris ob uictũ iubã v.idus aprilis Iube mors Iuba ſcriptor.

❡NON pudet herboſum:ultima quæſtio:Cur in epulis deæ moretum adhibebať. Cauſam refer muſa ad antiquos cibos:cum lacte & herbis olim homines ueſcerenť.Neq;.n.eſt aliud moretum.niſi admixtio multarum rerum cum lacte & caſeo. licet ſint qui pro intinctu uiridi accipiant. dixi ego. Non pudet poſuiſſe in menſis dominæ.apponere deæ epulis. HERboſum moretum.ex herbis & lacte & caſeo confectum. AN ſua cauſa ſubeſt.an eſt aliqua cauſa propria quare id fiat. AN ueteres.antiqui. NArranť uſi.quaſi dicant ueſci ſolitos ipſos

PAV. MAR.

ueteres., MEro lacte & herbis:hiis.n.ueſcebanť ante panis uſum. SI quos:quaſi & aliis cibis ſi aliquos. FERE bat terra ſua ſponte:nõ arata:non cõſita:ſed ſuapte natura. CAndidus caſeus miſceť elixæ herbæ: hoc nunc offerť epulis deæ:caſeus cum herbis elixis:q; moretum. VT dea priſca:deoꝝ mater antiqua. COgnoſcat primos cibos:qualibus Saturni tpe ueſci conſueuerũt.Hactenus de ſacris cibeles. POſtea cum cœlo.viii.idus aprileſ:hoc ſexta die mẽſis.Erit feſtũ publicæ fortunæ:cuius tẽplum a Cæſare cõſecratũ ẽ in colle qrinali:poſt aphricam uictoriã:de Scipione.& rege Iuba:de quo paulopoſt. POſtea pallãtias:ſequens aurora pallantis ex Titanũ genere filia. CVM fulſerit motis aſtris:pulſis ſyderibus:quæ aduentu maioris luminis obſcurať. ET luna leuarit equos niueos:alleuiarit ab ipſo ope:hoc eſt ubi occidet luna & mane illuxit. VErus erit:qui dicet:uera loqueť quicũq; id aſſeret. PVblica fortuna eſt ſacrata:ædes fortunæ publicæ:cõſecrata fuit quõdam. HAC die: quæ octaua eſt iduũ aprilium. TErtia lux:tertia dies a feſto publicæ fortunæ:hoc ẽ.vi.idus april. ERIT ludis: deputata ad exhibẽdos ludos:eo.n.die ludi fiunt. MEmini memoria repeto. HAC die.ſ. QVIdam ſenior cõtinuus mihi ſpectanti:q ſpectabã ipſos ludos. ET loco:qſi q continuato ordine ꝓximo nihil loco ſedebat:cũ ꝓximus eſſet dignitate. AIT:dixit. HAEC illa dies:referebat ille ſenex in ludis:eũ eſſe diẽ:quo Cæſar in aphrica uictor fuerat.Et.n.uicto cæſar pharnace Romam rediit.Conſul iteꝝ creatus eſt.ubi cognouit Catonis & Scipionis fugam in aphricam:q ad bellũ ab rege Iuba accendebanť:illuc traiecit: & Catone iam mortuo Iubæ & Scipionis debellauit exercitum.Expauentibus inaudito prius tubaꝝ clamore regiis elephantis.Scipio naue fugiens ſe ipſum interemit.Rex interim Iuba:ut in cõmentariis eſt ab omnibus ciuitatibus excluſus:deſpata ſalute: cum iam conatus eſſet cum Petreio:ut ꝑ uirtutem interfecti eſſe uidereſť:ferro inter ſe depugnãt atq; infirmiorem imbecilliorẽq; Iuba Petreium facile ferro conſumpſit:deĩde ipſe ſibi cum conareť gladio traiicere pectus: nec poſſet:præcibus a ſeruo ſuo ĩpetrauit:ut ſe interficeret idq; obtinuit:&c.Cæſar uero Romam ex aphrica rediens:ut inqt Plutar.ex ea uictoria magnifice ꝑ ora populi ferebať.Tantum.n.agri ab eo iditionem ſubactum ut annuo ꝓuentu ꝑcepturus fiſcus eſſet.Tritici qdem ducenta milia modium acticoꝝ.olei uero trecentas myriadas.Aliquot inde triũphos egit.Alexandrinum ponticum.aphricanum non de Scipione.ſed de Iuba rege eius filius.Iuba quoq; nomine infans admodum in eo deductus eſt triũpho.Fortunatiſſimam utiq; captiuitatem.qua effectum eſt.ut ex Barbaro.ſ.ac Numida inter doctiſſimos ſcriptores adnumeretur. Poſt triumphos ingentia militibus congiaria dedit.Ad conciliandam ſibi plebem ſpectacula edidit.cõuiuiaq; celebrauit.Vno die in duobus ac uiginti milibus triclynioꝝ epulum præbens uniuerſis.Munus gladiatorum ac nauale certamen adhibuit & reliqua.Ille igiť ſenex referebat Cæſaris uictoriam.qua quidem ipſi luci fuiſſe uidentur inſtituti. HAEc illa dies.ſ. QVA cæſar in oris lybicis.in aphrica.

Perfida magnanimi contudit arma iubæ:
Dux mihi cæſar erat,ſub quo meruiſſe tribunus:
Glorior,officiis præfuit ille meis:
Hanc ego militia ſedem,tu pace paraſti:
Inter biſquinos uſus honore uiros
¶ Plura locuturi ſubito ſubducimur hymbre:

ANT. FAN. ¶CONTVDIT.ꝑfregit ac tundendo ſupauit. TRIbunus. hic ſenior qui Ouidio ludos ſpectanti aſſidebat tribunus militum fuerat ſub cæſare. Eſt aũt a tribu tribunis nomẽ inditũ.Fuerunt enim ſub Romulo tres tribus qbus qui preerant tribuni uocabanť. HANC ego militia ſedem tu pace paraſti. Auguſtus teſte Suetonio ĩ ſpectaculis milites ſecreuit a populo & cum pleriq; equitum attrito bellis ciuilibus patrimonio ſpectare ludos e .xiiii.non auderent metu pœnæ theatralis pronũciauit non teneri ea qbus ipſis parẽtibuſue equeſter cenſus unq̃ fuiſſet. INter biſquinos uſus honora uiros.Poeta hoc loco decẽuirium ſe fuiſſe teſtať.nam erant q Ouidium equitem qdem fuiſſe dicunt ſed nullum honorem præterea niſi triũuiratum tuliſſe.ii.ne deinceps fallanť uideant accuratius quomodo hunc locum interpretenť.& illum.Nec male cõmiſſa eſt nobis fortuna reoꝝ uſq;.Decem decies inſpicienda uiris.Sane triũuiratum Ouidius tulit admodum iuuenis.ut Cœpimus & tenere primos ætatis honores Deq; uiris quõdam pars tribus una fui. Sciendum decẽuiros ſub Auguſto centũuiralem haſtam coegiſſe quam queſtura functi cogere conſueuerant.Is etiam noua quædam officia excogitauit in quibus triumuiratum legendi ſenatus & triumuiratum recognoſcendi turmas equitum:adiecitq; tribus iudicum decuriis quartam ex inferiore cenſu quæ ducenariorum uocata eſt iudicauitq; de leuioribus ſummis.

Ouidius fuit decãuir.

Triũuiratus ſub auguſto

PAV. MAR. ¶CONTVDIT:tundendo attriuit & oppræſſit. ARma ꝑfida:ꝑfidam & fœdifragã punicam militiã. MAgnanimi Iubæ:regis mauritaniæ. DVX mihi cæſar erat:qſi eo tpe ego ſub cæſare militabã. SVB quo tribunus.q eram tribunus mi. Glorior meruiſſe.ad gloriam mihi aſcribo ſub cæſare militaſſe. ILLE cæſar. PREfuit officiis meis.q ille impator.& ego ſub eo trib. EGO paraui hanc ſedẽ militia.tu paraſti pace.erãt in eo ordine ſubſellioꝝ.ubi ſedere nõ licebat.niſi q magiſtratũ geſſerant.Inqt ergo ille ſe militia. qa trib.fuerat. ius in eo ſubſellioꝝ ordine ſibi paraſſe.Poetam uero domi in pace. VSVS honore inter biſqnos uiros. q magiſtratum in decẽuiratu geſſiſti.Fuerat.n.poeta decẽuir.antea tñ iuuenis triũuir.Vnde in qrto triſtiũ.Cœpimus & tenere primos ætatis honores.Eq; uiris quõdam pars tribus una fui.Egitq; cãs in foro centũuirali.de quo ĩ ſecũdo triſtium ad Auguſtũ.Nec male cõmiſſa eſt nobis fortuna reoꝝ.Vſq; decẽ decies inſpiciẽda uiris.qn inter centũuiros iudiciũ dixiſſe conſtat.ut a principio diximus.Hoc aũt in loco decẽuiꝝ ſeſe oſtendit.Fuit.n.in eo magiſtratu decẽuirali in quo ipſi iudices de cauſis ad arbitriũ iudicabant.de quo ſeipſum ab integritate & fide cõmẽdat. In ſecundo.n.triſtiũ ſic ingt.Res quoq; priuatas ſtatui ſine crimine iudex.Deq; mea faſſa ẽ pars quoq; uicta fide: ſed de hmõi iudiciis in libris de oratore ad.Q.fratrẽ Ciceronis cumulatius differemus. PLura locuturi.cũ & alia multi ſimul collocaturi eſſemus.Subducimur.repellimur a ſubſeliis.SVbito hym ſubita pluuia.

Pendula cœleſtes libra mouebat aquas:
¶ Ante tamẽ q̃ ſũma dies ſpectacula ſiſtat:
Enſifer orion æquore merſus erit:
¶ Proxima uictricẽ cũ romã inſpexerit eos:
Et dederit phœbo ſtella fugata locum:

ris & Butæ filio qui ab Hercule cæſus dicitur. Imminet autem Eryx mari ea parte quæ ad italiam ſpectat ut ſcri
bit Polybius inter Drepanum & Panorum exceditqꝫ magnitudine reliquos montes Siciliæ præter unum æne
am. In eius uertice planicies eſt ubi fuit Ericinæ Veneris templum omnium Siciliæ templorum ornatiſſimum
opulentiſſimumqꝫ. Eodem in monte Anchiſes ſepultus nicitur:licet ſm Catonem ad italiam uenerit. Dionyſi-
us autor eſt æneā tēplū patri cōſtituiſſe ubi hæc fuit īſcriptio:Diui terreſtris qui fluuii Numici undas guberuat.
TERre cornua prima ſuæ. Tria ſiciliæ promōtoria uocat cornua eius inſulæ pœlorū Lilibeū Pachinum.
PAV. ¶HIMERAM aliq legūt himeraqꝫ & dydimē meli⁹ himerā & dydimē oppidū ē himera a zāςleis cōditū in ip
MAR. ſa trinacria. meminit Stra. & Pli. himera cū fl. inqt. Didime uero una ē ex æolicis īſulis in freto ſiculo. AGRigē
taqꝫ agrigētū oppidū apionib⁹ cōditū ī ſicilia Ply. uero inqt oppidū agragas:qđ & nr̄i agrimētinū dixere. TAu
rominium oppidum:& Plinius inquit Colonia taurominiū quæ ante anaſos:ut diximus. ET Liquærat melā
fl. qui ita dictus a colore nigræ aquæ. Pluribus in locis ſunt flumina eodem nomine nuncupata:ut in Migdonia
Calicia Thracia Boetia:Sicilia de quo hic agitur & aliis quoqꝫ in locis. LAEta paſcua quæ ſunt pinguia:& ferti
lia. BOVM ſacrorum:ſacrificio deſtinatorum:nam ut ex campis:quos irrigat Clitūnus amnis umbriæ abdu
cebantur boues immolandi:uti ex phaliſcis:ita ex paſcuis ſiculis quæ ab eo flu. irrigantur. HINC adit. uadit ipa
ceres. CAMerinā oppidum prope gelam flu. ET tapſon:quæ paruæ parua eſt inſula iuxta Siracuſas:par pene
flucti inde Virg. Tapſumqꝫ iacentem dixit. ET oloria hoc eſt cignea. TEMpe quæ in Sicilia ſunt inſtar theſ-
ſalicorum:planities quidem eſt quam irrigat Elerus flu. cūqꝫ in ipſius hoſtiis multi ſoleant eſſe cygni. oloria di-
xit alii legunt tapſon cygnea quæ tempore & idem eſt. ET Qua iacet Erix:quia inde etiaꝫ pertranſiuit. SEM
per apertus zephiro qui mons erix oppoſitus eſt zephiro uento ex occidente flanti:ubi erat templum ueneris
ery. quod in magna fuit religione romanis. Sed de hoc alias. IAM luſtrarat:circuierat. PELoridem arcem pe
lori. ET lilibea:lilibeum:ſeu lilibei montis uiga. IAMqꝫ luſtrarat pachinum:promontorium. PRIma cornua
prima promōtoria hæc. n. illa ſunt promontoria in tribus Siciliæ angulis pelorus ad ſeptemtrionem pachinnus
ad ortū. lilibeus ad auſtrū. TERræ ſuæ ſuæ inſulæ. QVAcūqꝫ ingreditur. incedit ipſa ceres

ℭCVM gēnit ales itym:Prognen dicit ut quem deteſtato quondam iugulauerat enſe nūc gemit ereptum garrula mater itym.Hic itys in phaſianum conuerſus dicitur ut Seruio placet:ꝓgne in hirundinem q̄uis probus in cōmentariis bucolicoꝝ ſcripſerit Philomelam in hirundinem:prognen in luſciniam fuiſſe cōuerſam. VINAꝗ paſtorem uidiſſet: Deeſt ſi. ET eſt ordo:Vna uox erat ecqua puella hac greſſus tulit:ſi paſtorem uidiſſet. ANT FAN.

AETNA:huic monti Typhoei caput ſubiectum eſſe fabulanť:ut Dextra ſed auſonio manus eſt ſubiecta peloro læua pachyne tibi lilybeo crura præmunť degrauat ætna caput ſub qua reſupinus harenas eiectat flāmāꝗ fero uomit ore typhæus.Ouidius alibi: Arua phaon celebrat diuerſa typhoidis ætnæ.Typhoeum nonnulli extra Siciliam excruciari dicunt.Pindarus uero in Siciliam qui eum Centimanum uocat.Sane ætnam quidam dicunt nominatum ab ætna Briarri.Alii aliter fabulantur. CAEreris ſacris nunc quoꝗ tæda dať: Diximus ſupra ſacerdotes Cæreris Daduchos appellatos a tæde geſtatione.Item legimus:Et ſi thura aberunt unctas accendite tædas. EST ſpecus &c.Locum deſcribit altum & præcipitem & aſcenſu difficilem quem Ceres conſcēdit frenatura dracones. FRenatos curribus angues:Per angues Cereris Sulcorum obliquitatem accipimus.Sicca: Tacto ac preſſo mari a curru non a Cerere. SYRtes: Scyllam & charybdim ſyrtes uocat quod non minora pericula illic ſubeātur q̄ ad ſyrtes Aphrice. ZANclea charybdis: Proxima zanclæ hoc eſt meſanæ quæ olim ob loci curuitatem zancle uocabať quoniam curua zanclia dicebantur ut autor eſt Strabo.Ante hanc urbem charybdis eſt immenſum uidelicet profundū quo inundationes freti nauigia per magnas circūductiones ac uortices præcipitata detrahunt: quæ ſecundum Saluſtium circa taurominitanum littus egerūtur ut Seruius refert Fuit autem Charybdis (ut quidam fabulantur) fœmina uoraciſſima quæ cum rapuiſſet boues Herculis a ioue fulminata atꝗ in mare præcipitata dicitur ubi naturam priſtinam ſeruans ſorbet uniuerſa. NISEI canes:Nota eſt Scyllæ fabula cuius canes niſeos dicit cum ipſa fuerit Phorci non niſi filia.ſic Virgi: in Buc. Quid loquar aut ſcyllam niſi. Eſt autem Scylla in italia ſecundum Seruium cum Charibdis detur Siciliæ:ut Dextrum ſcylla latus læuum implacata charybdis obſidet. VTriuſꝗ Plinius meminit his uerbis:In eo freto eſt ſcopulus Scylla item Charybdis mare uorticoſum ambo clara ſæuitia. NAVfragia monſtra: Admiſcet fabulæ ueritatem.Scopulorum enim cauernæ recipientes mare ac refudentes naufragium minitantur.

Typhoeus.

Charibdis zāclea

Charibdis oli fœmina Scille fabulā cōfūdit ét i ultio de remedio amoris.

Scylla.

Implet, ut amiſſum cum gemit ales itym:
Perꝗ uices modo pſephone mō filia mater.
Clamat, & alternis nomen utrunꝗ ciet
Sed neꝗ pſephone cererē neꝗ filia matrem
Audit, & alternis nomen utrunꝗ perit:
Vinaꝗ paſtorem uidiſſet an arua colentem.
Vox erat, hac greſſus æqua puella tulit:
Iam color unus ineſt reb⁹, tenebriſꝗ tegūť.
Omnia, iam uigiles conticuere canes:
Alta iacet uaſti ſuper ora typhoeos æthna:
Cuius anhelatis ignibus ardet humus:
Illic accendit geminas pro lampade pinus.
Hinc cereris ſacris nunc quoꝗ teda datur:
Eſt ſpecus exeſi ſtructura pumicis aſper
Non homini regio non adeunda feræ:
Quo ſimul hac ueit, freatos currib⁹ angues
Iunxit, & æquoreas ſicca pererrat aquas:
Effugit ad ſyrtes, & te zanclea charybdis:
Et uos niſcei, naufraga monſtra, canes:

ℭIMPLET loca cuncta miſeris quærellis per oīa loca:ꝑ quæ illa ibat: miſerabiliter quærebať. VT cum ales gemit itym amiſſum:ut thereus in upupam cōuerſus gemit filium itym noīe:Iā in auē quoꝗ cōuerſum. nota ē fabula quæ & in met.referť & in.ii.lib.attigimus. ET ꝑ uices:uiciſſim. Mater ceres. Modo clamat ꝑſephone: modo filia:mō ſuo nomine uocabat:mō filiæ appellatione. ET alternis uicibus.ſ. CIET uocat. VTrūꝗ nomen:& pſephones:& filiæ. SED neꝗ pſephone:ipſa clamata. Audit cererem:clamantem. NEꝗ filia matrē: q̄a neutra appellatione uocata rn̄det. ET utrūꝗ nomen:& pſephones & filiæ.Petit alternis: ꝑ ipſas uices repetitum:q̄a ab illa iā ad inferos abducta:nō audiebať. Vidiſſet paſtorem colentem uina ſi inſpexiſſet illa paſtorē uino indulgentē. AN uidiſſet colentē arua:ruſticum arantē:& ꝓſcindentem agrum. VOX erat ita ceres loquebať:& paſtores & agricolas interrogans. Aequa puella tulit hac greſſus.En aliqua puella tranſiuit per hanc uiā. PAV. MAR.

IAM color unus adeſt rebus.iam erat nox & unus eſſe rebus omnibus color uidebatur: q̄a nihil niſi tenebræ diſcernebanť. ET omnia teguntur tenebris:obſcuritate & nocturna caligine. IAM uigiles canes conticuere: quia quieti:& ipſi ſe dedere. ALTA ætna:& altus quidem mons eſt ætna unde erumpit ille ignis: illuc acceſſit Ceres.& faces accendit:alligariſꝗ ad currum draconibus:eum aſcendit:& ad remotiora loca progreſſa eſt.

AETNA alta iacet ſuper ora uaſti typhoeos impoſita eſt typheeo tota Sicilia & ætna eius caput degrauat:ut diximus in.i.lib.Sed æncelado impoſitam ætnam alii dicunt.Cuius typhoeos ignibus anhelitis:anhelitu iactatis. ARdet humus:ætnea.ſ.ex eius pectore emanat per hyatum ætneæ ignis. ILLIC:in igne ætneo. ACcendit:ceres geminas pinus pro lāpade:pro ſplendore & luce nocturna duas pinus ſuccendit.Hinc ex hoc. NVnc quoꝗ datur tæda ſacris cereris inde mos habuit originem: ut ſacerdotes cereris ipſi deæ ſacrificantes: tædam accenſam ferant appellatiꝗ ex eo δαδουχοι de quo diximus in.iii.lib. EST ſpecus exeſi:facit topographiā: quo in loco illa frenaſſet dracones. EST ſpecus aſper ſtructura pumicis exeſi:propter natiuam ipſius ſtructurā in exeſo & abroſo uetuſtate punice erat ipſe ſpecus aſper. REgio quidem. NON adeunda homini non feræ hoc eſt in quā regionem.i.in quo ſpecu nec hoīes aſcēdere.nec feræ poterant ob difficilem aſſenſum & excelſitatem loci & uideť illum locum ſignificare.quem Diod.iquit.undiꝗ præcipitiis abſciſſum eſſe. QVO ſimul hac uenit:in quod ſpecu poſtq̄ ceres uenit. IVNxit angues frenatas curribus.dracones iam frena tenentes ſimul

ligatos ad currũ iũxit. ET ſicca:nullis undis madida. PErerrat aquas æquoreas:errat p maria eo curru uecta. Sicula enim loca ſuis pedibus peragrauit:Longius aũt itura currum aſcendit:quẽ angues agunt. ET fugit celeriter uenit. AD ſyrtes:non tñ. Acceſſit in aphricam:ſed ſimilitudine quadã ſyrtium lybicar̃:pp nauigantium diſcrimina loca circa ſcyllã & carybdim ſyrtes appellat. ET te zanclea caribdis:meſſanã in ſicilia:ut Strabo inquit:condidere meſſenii:q pelloponneſum habitabant:a qbus & nomen permutauit. NAMq; prius zancle uocabaꝛ:cum curua eſſent loca:nam curua zanclia uocãt:ante urbẽ paululum in tractu carybdis oſtendiꝛ. VEnit ergo ad te ceres o carybdis:& plinius inqt in eo freto eſt ſcopulus ſcilla. ITem carybdis mare uorticoſum ambo clara:ſeuitia & cætera. ET uenit ẽt. Ad uos canes nyſei hoc eſt canes ſcyllei. Aequi uocatio noĩs fecit errorẽ nam & ſcilla dicta eſt niſi megarẽſis filia Etiam & filia phorci:q̃ demutata eſt ueneficio Circes in monſtrũ illud: qd a Virgilio ita deſcribiꝛ in tertio æneidos. PRIma hoĩs facies:& pulchro pectore uirgo pubetenus:poſtrema imani corpore piſtix Delphinũ caudas utero cõmiſſa lupor̃. Sed hoc ideo fictum:qd ſaxum ingens ſit humanam habens effigiẽ in parte ſupiori:in inferiori uero habet reſectos ſcopulos ſub radicibus cauernoſos:iter quos dum æſtiuoſum mare intrat:ab eiſdem refractum tumultuando repreſentat latratum canum & ululantes lupos. Monſtra naufraga:quaſi ubi ſæpe naufragium faciunt:qui inde nauigant.

Adriacũq; patens late bimareq; corinthum
  Sic uenit ad portus Actica terra tuos:
Hic primũ ſedit gelido mœſtiſſima ſaxo
  Illud cecropidæ nunc quoq; triſte uocant:
Sub ioue durauit multis immota diebus:
  Et lunæ patiens, & pluuialis aquæ:
Sors ſua cuiq; loco eſt, q nũc cerealis eleuſis
  Dicitur, hic celei rura fuere ſenis:
Ille domũ glãdes, excuſſaq; mora rubetis.
  Portat, & arſuris arida ligna focis:
Filia parua duas redigebat monte capellas
  Et tener in cunis filius æger erat:
Mater ait uirgo, mota eſt dea nomine matris:
  Quid facis in ſolis incomitata locis:
Perſtitit & ſenior q̃uis onus urget & orat
  Vt ſubeat tecta quãtulacũq; caſæ:

ANT. FAN. ¶ADRIACVMq; patens late:Hoc eſt mare qd ſuperum appellamus nomen accæpit ab Adria oppido clariſſimo. EST aũt pars maris ionii licet qdã ſcriptores aliter ſentiant. [Corithus.] COrinthũ:Oppidũ in iſthmo inter mare ionium & ægeum. Gelido ſaxo:qd deinde Athenienſes proprio noĩe Triſte appellarũt. SVB ioue durauit Sub dio. Durauit aũt abſolutum ẽ:ut Durate & uoſmet rebus ſeruate ſcdis. [Eleuſin] CErealis eleuſis:Dicimus & eleuſin quo nominatiuo utiꝛ Plinius & ẽ urbs Acticæ regionis ubi ſtrabo Eleuſinæ Cereſis tẽplum fuiſſe teſtaꝛ & Seruius regnaſſe Celeum inqt cui Ceres filiam querẽs [Celeus.] & liberaliſſime ab eo ſuſcepta oſtẽdit omne genus agriculturæ filiũq; eius Triptolemum recens natũ p noctẽ [Triptolemus.] igne fouit:p diem diuino nocte nutriuit:eũq; allatis ſerpentibus ſuppoſitum p orbem miſit ad uſum frumenti hoĩbus indicandum:quem Lactãtius grãmaticus ſcribit primũ inſtituiſſe Cereris ſacra quæ Græce ut diximus Theſmophoria appellantur. Eundem tradunt bouis & aratri inuentorem fuiſſe ut Plinius autor eſt. Ferũt aũt iamben Celei famulam auſam eſſe Cererem male tractare cũ eam ſollicitam aſpexiſſet:a qua deductum nomen iambi pedis putaꝛ ut Diomedes Grãmaticus ſcribit:qui uxorem Celei Meganirã uocat quæ ab Ouidio diciꝛ Menalinã. [Iãbe. unũ pes iãbus Magarina ſeu menalina.] EXcuſſaq; mora rubetis: Quoniam & aliunde quoq; habenꝛ mora. MAter ait uirgo. Reuerentiæ nomen eſt mater hoc loco & uocatiuus caſus. Mota eſt dea:recordata ẽ filiæ q̃ amiſerat. QVãuis onus urget:qa dixerat portat & arſuris arida ligna focis.

PAV. MAR. ¶ADRIACVMq; patens late:uenit in ſinum adriacum late patentem:de quo paulopoſt dicemus:cũ de ægeo & Ionio agemus &. COrinthum bimarem:q̃ urbs quondã caput:& lumen totius greciæ in edito monte ſedet inter ægeum:& Ionium ideo bimaris diciꝛ:nam in ipſo iſthm o achaico. SIC uenit ceres. O actica:quæ ægeo ablueris. IN portus tuos:nã exeuntibus peloponneſum periſtmum:ſtatim occurrit actiaca. VEnit enim ceres ad eam acticæ regionem ubi poſtea eleuſin ciuitas condita eſt. HIC in ipſa regione. PRImum ſedit mœſtiſſima ſaxo gelido:de cendens tum primum e curru ſedit in eo ſaxo afflicta mater tam dulci orbata filia. CEcropide. athenieẽſes a cecrope rege qui uagam ac diſperſam multitudinem in decem urbes habitãdas digeſſit. QVArum nomina:Cecropia:Tetrapolis:E patria:Decelea:Eleuſis:Aphiadna:Toricus:Brauron: Cytherus: Sphetthus. NVnc quoq; uocant illud triſte:eb ea Cereris mœſtitia etiãnum illud ſaxũ ab athenieẽſibus triſte nuncupaꝛ. SVB ioue:ſub dio. ut eſt apud Hor. Manet ſub ioue frigido Venator tenere coniugis imemor. IMMOta:q̃ nunq̃ ſe ex eo ſaxo dimouerit. Multis diebus durauit:patienter pſeuerauit ſub dio. ET patens lunæ:quaſi frigoris nocturni ſub ſerena luna & aquæ pluuialis:quæ eam ſupne rorobat. SORS ſua cuiq; loco eſt:quaſi quiſq; locus ad aliq̃ fortunam deſtinatus:ſeruatuſq; eſt. Nam in campis acticis ubi exiguum Rus erat Celei ſenis:futura erat aliq̃n Eleuſis ciuitas:clara ceteris relligione. Ea.n.in actica eſt:ubi ut Strabo inqt:eleuſinæ cereris templũ extat & phanum myſticum. qd Ictinus apparuit:turbæ theatralis capaciſſimum Dicitur enim Eleuſis & eleuſin. & inde eleuſina ſacra. Celeus autem ipſe ſenex cum in ſaxo ſedentem cererem repperiſſet:quæ anum ſimulabat orauit:ut domum eius iniret:obteſtatuſq; p ſalutem filiæ:flexit deam ingrediens languentem illius filium liberauit:daturaq; erat illi immortalitatem:niſi parentum ſimplicitas obſtitiſſet:hic fuit ille Triptolemus:cui ſeminãdi uſum monſtrauit:de quo paulo poſt dicemus. QVI locus nunc dicitur Eleuſis cerealis:quaſi urbs cereris. HAEC fuere rura celei ſenis:hæc rura coluit celeus:& menalina. ILLE:celeus. PORTAT glãdes domum quibus familiam paſceret. ET mora excuſſa rubetis, mora agreſtia e rubis excerpta, aut decuſſa. ET ligna

arida focis arſuris:quæ cremari deberent ab ignibus. FIlia parua redigebat monte duas capellas:erat huic Coleo parua filia:ea iam ueſperi capellas domum e paſcuis reducebat. ET filius tener:tenellus adhuc puer. ERat æger in cunis:laborabat infans aduerſa ualitudine. VIRgo:puella celei filia. Ait mater:uocauit illa cererem,nomine matris. MOta eſt dea nomine matris: commota eſt ceres:cum audiret ſe matrem uocari recordatione filiæ:quã querebat & illa poſtea ꝓſequuta eſt. Quid facis incomitata in ſolis locis:qd tu ſola in hac ſolitudine & iſto ſaxo ſedẽs facis. PERſtitit & ſenior celeus. QVamuis onus lignoꝝ.ſ.q̃.referebat. VRget:ꝑmit & aggrauat illum:pſtitit tñ. ET orat deam. VT ſubeat:ingrediaſ. TEcta ſuæ caſæ:quãtulacũqꝫ.exiguũ eius tuguriũ.

Illa negat:ſimul arat anum:miraqꝫ capillos
 Preſſerat:inſtanti talia uerba refert:
Soſpes eas ſemperqꝫ parẽs mihi filia rapta eſt
 Heu melior quãto ſors tua ſorte mea eſt
Dixit:& ut lachrymæ (neqꝫ.n.lachrymaſ do rũ ẽ)
 Decidit i tepidos lucida gutta ſinus:
Flent pariter,molleſqꝫ animi uirgoqꝫ ſenexqꝫ
 E quibus hæc iuſti uerba fuere ſenis:
Sic tibi,quã raptam quæris,ſit filia ſoſpes
 Surge,nec exiguæ deſpice tecta caſæ:
Cui dea ſic inquit,ſciſti qua cogere poſſes:
 Seqꝫ leuat ſaxo,ſubſequiturqꝫ ſenem:
Dux comiti narrat,q͂ ſit ſibi filius æger
 Nec capiat ſomnos inuigiletqꝫ malis:
Illa ſoporiferum paruos initura penates:
 Colligit agreſti lene papauer humo:
Dum legit oblito fertur guſtaſſe palato:
 Longãqꝫ imprudens exoluiſſe famem:
Quæ quia principio poſuit ieiunia noctis:
 Tempus habent cœne ſidera uiſa ſibi:
Limen ut intrauit luctu uidet omnia plena
 Iam ſpes in puero nulla ſalutis erat:
Matre ſalutata,mater menalina uocatur:
 Iungere dignata eſt os puerile ſuo:
Pallor abit,ſubitaſqꝫ uident in corpore uires:
 Tantus cæleſti uenit ab ore uigor:
Tota domus læta eſt,hæc ẽ materqꝫ paterqꝫ
 Nataqꝫ:tres illi tota fuere domus:

ANT. FAN.

¶SIMVL arat anum: Tegebat diuinitatem anus effigie. NEqꝫ.n.lachrymare deoꝝ eſt mortalium ſunt dolor & lachrymæ oẽſqꝫ animi perturbationes beatitudinem auertentes: non deorum ĩmortalium. SCIſti qua cogere poſſes:Inueniſti orationem qua cogeret obſequi uoluntati tuæ:qa dixerat celeus:Sic tibi quã raptam q̃ris ſit filia ſoſpes. INVIgiletqꝫ malis: Quieſcere nequeat acerbitate morbi. OBlito palato:qa decreuerat ceres ieiunio ſe affligere nihilqꝫ guſtare niſi inuenta filia. EXOluiſſe famẽ: Diæreſis eſt ut infantem caudis inuoluiſſe manum. TEmpus habent menſæ ſidera uiſa ſibi: ſenſus eſt Quia Ceres in principio noctis ieiunium ſoluit. ſidera uiſa tempus menſæ ſibi habent. Dicit autem Veſpernam quæ apud Plautum cænam ſignificat. Sed ſciẽdum (ut inqt Feſtus) cõſueuiſſe apud antiquos cænam dici:qđ nunc eſt prandium & meridianum cibum uocari cænæ nomine:Verſp nam aũt dici quam nũc cænam appellamus. IVngere dignata eſt os puerile ſuo: ut ui ſpiritus immortalis a puero mortem auerteret.

Veſpernã Prandiũ. Cœna.

PAV. MAR.

¶ILLA:ceres. NEgat ſe uelle ſubire caſã. SImul arat.n.anum:non.n.uidebaſ dea.ſed ſimilem ſe anui cuidam fecerat. ET preſſerat capillos mitra:ferebat ĩ capite mitram more gẽtis phrygiæ:& meoniæ. REfert talia uerba:ita reſpondet. INſtanti Celeo qui inſtabat:ut iniret caſam. SOSpes eas:abeas incolumis. ET ſemper parens:quaſi ut ſemp tibi filia ſit ſoſpes ne ea orbari poſſis. MIhi eſt rapta filia: quaſi ſis ſemp tu pater: qm̃ ego ſemper mater eſſe non poſſum:qa amiſi filiam. HEV quanto eſt melior ſors tua ſorte mea: quaſi quanto es tu fœlicior: quã ego ſim. nam fortunatior homo:q̃ dea: tu tecum habes filiam: ego raptam quero:& mouet inde cõmiſerationem:nam non inuidioſe dictum: ſed cũ dolore ꝓlata uerba:ob eius calamitatẽ. DIxit:ceres. ET lucida gutta ut lachrymæ decidit in tepidos ſinus: nõ fleuit ut lachrymas effunderet:nam un inqt. neqꝫ.lachrymæ deoꝝ:qa dii nequeunt effundere lachrimas ſed emicuit ex oculis gutta in ipſos oculoꝝ ſinus ad lachrymæ ſimilitudinem:ut eſt illud Vir. Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitẽtes. FLent pa. molleſqꝫ animi: lenes & mites animi. ET uir.& ſe.& pr̃ & filia cõmiſerati calamitatem cereris:& ipſi ſimul fleuere. E quibus duobus. HAEC fuere uerba iuſti ſenis:ita Celeus loquutus eſt. SIC obte.eſt. FIlia quã raptam q̃ris ſit tibi ſoſpes:ita ſit incolumis tibi eſſe debeat filia quæ cũ rapta ſit:a te nunc queriſ. SVrge:ex iſto ſaxo. NEC deſpice tecta: non aſpneris:& paruifacias tectum hoc. CAſe exi.parui huius noſtri tugurii. CVI:Celeo. DEA ſic inqt ſciſti q̃ co. poſ.quaſi ſciſti uti ea oratione:qua facile me ad obſequendum ĩpelleres:cũ ſoſpitem mihi filiam optaueris. ET leuat ſe ſaxo:ſurrexit. ET ſubſe.ſe.celeum. DVX:ipſe celeus ſenex. NArrat co.cereri. QVod ſit ſibi:æger filius:refert ſe hr̃e domi filiũ:& illum in cunis ægrotũ. NEC ca.ſom. nec dormire queat. ET inuigilet malis nimio lãgore inuigilet puer cũ qeſcere non poſſit. ILla:ceres. INItura par.pe.ĩgreſſura exiguã illius caſã. Colligit papauer ſoporifeꝝ:ſoporẽ inferens comedẽti diximus de papauere ſupius. HVmo agreſti:ex terra ĩculta:iõ legit papauer ut induceret languẽti puero ſõnum. FErſ guſtaſſe palato oblito:ꝓpoſiti ſ.ſui.id.n.debẽt cererẽ decreuiſſe nõ ante comeſſe:q̃ filiam cõperiſſe:tũc uero oblita ꝓpoſiti guſtauit papauer. Et ferſ ĩprudens:ĩprudenter. EXoluiſſe:ꝓ ſoluiſſe:eſt enim hic diereſis neceſſitate carminis.a Longã famen:ſoluit.n.ieiunium:qa pluribus diebus nihil guſtauerat. QVæ:ceres. QVIA poſuit ieiunia:qa comedit. PRIncipio noctis:in ipſo crepuſculo. SIdera uiſa habent:ſibi tp̃s menſæ:& illud in ſacris eius ſeruaſ:ut non ante ſidera uiſa:ſed in principio noctis epulemur:quoniam ea eo primum tpe ſoluit ieiunia. Limen ut intrauit: poſtquã ingreſſa eſt celei domum

VIdet omnia plena luctu:uidet lugentem pueri matrem eo qd moriebať filius. IAM nulla ſpes ſalutis erat In puero:qa iam deſperandum erat de illo. Salutata matre:poſtq̄ languentis puer matrem ſalutauit. MAter uocať menalina:ita illa appellabať. EST dignitas cereris iungere os puerile ſuo:ori.ſ.& ſi dea erat & immortalis: mortalem tamen puerum non eſt obſculari dedignata:& libato oſculo ille ſenatus eſt. ABit pallor:ex ore puerili. ET uident ſubitas uires in corpore:parentes ſubito redditum robur: & ualitudinem puerili corpori uiderunt. TAntus:tam magnus. VIgor uenit ab ore cœleſti ab ore cereris:tantus.n.fuit diuinitatis uigor:ut ſtatim illum ſanaret. Tota domus leta eſt:omnes qui domi erāt ingenti ſunt affecti letitia. ET mater & pater & nata:celeus menalina & filia. TRes illi parentes & filia fuere tota domus:quia nulli erāt alii niſi hi tres.

Mox epulas ponūt liquefacta coagula lacte:
Pomaq; & in cæris aurea mella ſuis:
Abſtinet alma ceres,ſomniq; papauera cāſ:
Dat tibi cum tepido lacte bibenda puer:
Noctis erat medium placidiq; ſilentia ſomni:
Triptolemum gremio ſuſtulit illa ſuo:
Terq; manu pmulſit eum,tria carmina dixit:
Carmina mortali non referenda ſono:
Inq; foco corpus pueri uiuente fauilla:
Obruit,humanum purget ut ignis onus:
Excutitur ſomno,ſtulte pia mater,& amens
Quid facis exclamat mēbraq; ab igne rapit
Cui dea,dum non es dixit ſcelerata fuiſti:
Irrita materno ſunt mea dona metu:
Iſte quidem mortalis erit,ſed primus arabit
Et ſeret,& culta præmia tollet humo:
Dixit,& egrediēs nubē trahit inq; dracones
Tranſit,& alifero tollitur axe ceres:

¶LIQVEFACTA coagula lacte:Lac denſatum coagulo.
ANT. FAN. CVM tepido lacte:Lac in febre ac dolore capitis medici docent non exhibendum. VIVente fauilla: Obruit puerum cinere ſed pruna admixta. STulte pia mater:Quæ dum ſtudet opem ferre filio:non eſt paſſa eum fieri immortalem. SED primus arabit:Athenienſes primi (ut iuſtinus refert) non ſolum olei.lanificii
Athenieſiū inuēta
ac uini uſum docūerunt ſed arare quoq; ac frumenta ſerere glande ueſcētibus monſtrauerunt.Idem etiam ſcribit frumenti ſationem a Triptolemo repertam eſſe: & eius muneris honorem noctes initiorum ſacratas. Hūc licet nonnulli inuentorem aratri fuiſſe tradiderint:legimus tamen Oſirim id inueniſſe:ut Primus aratra manu ſolerti fecit oſiris. Quod nos mouere non debet cum non uuus aratrum in toto orbe monſtrauerit ſed diuerſi in diuerſis locis.

¶MOX ponūt epulas:parāt mēſam & epulas ut ſimul
PAV. MAR. ueſcanť. LIQuefacta coagula lacte:hæ fuerunt epulæ lac coagulatum. ET poma & mella aurea aurei coloris. IN ſuis cæris qa nondum fauis expreſſa. Ceres alma quæ omnes alit. Abſtinet ab æpulis.ſ.non.n.eē uoluit. ET o puer: Tripto leme quem modo ſanauerat.
DAT tibi papa.bi.cum te.lacte:contuſa papauera:& lacti īmixta dat illi haurienda. SOmni cauſas:cum ſōnū puocent ut illi ſōnum inducerent:ut diximus de hoc ſuperius. Nec pigeat tritum niueo cum lacte papauer ſumere &c. NOctis erat medium:quaſi defluxerat iā media pars noctis. PLAcidiq; ſilentia ſomni erat.n. ea hora:qua omnia ſilēt:& quieſcunt animalia. ILLA ceres. SVſtulit eleuauit. TRIptolemum puerum. SVO gremio:ſuo ſinu:erat.n.illi puero īmortalitatem largitura. ET ter permulſit manu cum mulcēdo tractauit puerum. DIxit tria carmina:qbus eximeret ab illo mortalitatem. CArmina non referēda mortali ſono: quæ nec homini nota ſunt:nec pnunciari niſi a numine poſſunt. ET obruit:inuoluit. CORpus pueri foco:foci cinere. VIuēte fauilla:quaſi uiuentibus prunis:ea rōne calido cinere:& prunis obruebat:ut exureret quicquid erat humanitatis in puero & diuinū poſtea redderet. Vt ignis purget onus humanum:corpus qd hominis erat. EXcutiť ſōno ſtulte: expergiſcitur imprudenter illius mater. PIA & amens:pia quo ad curam filii : humanitatis ex officio:amens qa ſua imprudentia abſtulit diuinitatem a filio:quā erat illi ceres conceſſura. EXclamat qd facis: & hæc fuit amentia ipſius:qa exclamauit. ET rapit membra ab igne:puerum ab ipſis prunis. Sic deam ob opere inſtituto reuocauit. CVI menalinæ matri illius pueri. Dixit fuiſti ſcelerata dum non es:cum animo non ſis: actu ipſo fuiſti ſcelerata:qa eram illi diuinitatem exhibitura:tu interrupiſti:& ab incepto reuocaſti:ita ut exequi non poſſim qd uolebam. MEA dona:quibus eram illum ornatura. SVnt irrita:iam uana reddita & ſine effectu. MEtu materno:propterea qd tu extimaſti. ILLE quidem:puer. Erit moriturus:cum īmortalem reddere uoluiſſem. SED primus arabit poſtq̄ imortalitatem dare non potui tua cā:habeat hoc aliud munus primus ſit qui terram proſcindat Etenim ceres poſt inuentam Proſerpinam docuit hūc Triptolemum arare:ſerere & colligere:fruges maturas:& ſeruare. Vnde Diod. ſic inquit. Ceres frumenti:qd forte inter alias herbas naſcebatur ignotum cæteris prima uſum adinuenit:docuitq; hoīes ueſcendi ſeruandi ac ſerendi modum. EST aūt frumētum ab ipſa ante genitam Proſerpinam repertum. Nam poſt eius a plutone raptum frumenta oīa incendiſſe ferunt. Tum in iouis odium tum pp dolorem filiæ:ſed ea inuenta:& reconciliata eſſe ioui.& Triptolemo frumēti dediſſe ſemen.mandaſſeq;.ut cum oībus id donum participans ſeminandi modum monſtraret &c. Ideo hoc in loco poeta ex uerbis cereris primum araturum oſtendit Triptolemum iccirco in georgi. Virg. Vnaq; puer monſtrator aratri dixit & Plyni. hunc primum aratrum refert inueniſſe. ET ſeret. primus ſementi terræ iacet. Et tollet præmia culta humo.& percipiet fructum ex terra quā coluerit. DIxit. ceres. ET egredieus. exiēs Celei domo. TRahit nubem diuinam.ſ.quam dii ſecum trahunt ne ab hominibus uideanť. ET trāſit in dracones in currum.quem dracones agunt. ET tolliť ceres axe aliſero.attollitur curru uolanti propter alatos dracones. LIquit receſſu ſuo.ſ.cum ex ea regione diſceret reliquit.

¶SVnion expoſitũ:Seneca in Hippolyto:Pars illa diu uacat imunis q̃ua curuati littora pōti Sunion urget. ANT.
Hoc promontoriũ athenienſiũ eſt ubi reꝝ uenaliũ emporiũ fuit teſte Donato:ad qđ ſi a Ceraunis mōtib⁹ FAN.
rectã lineam duxeris in orienté ꝓtenſam totã pelopōneſum ad auſtrũ relinquens.Diſtat Suniũ a Piræo ſecun Sunium
dum Plyniũ milibus paſſuũ.xlii. PIræaq; tuta receſſu:piræa legendũ eſt hoc loco ſubtracta e penultima uer-
ſus gratia a Piræeo portu Atheniẽſiũ qui græce dicit.Cæteꝝ multi in ſoluta oratione ẽt piræus Piræus
ſcribunt. IN dextrũ quæ iacet ora latus:Ordo linqt orã atticæ uidelicet q̃ iacet in dextrũ latus. AEgæũ:hoc portus
mare unde nomé accepit ſupra dictũ eſt in eo cycla-
des ſunt. IOniũq; capax icariũq; legit:de icario mari Ionium
ẽt ſupra diximus.Ioniũ uero recte capax dicit cũ nō- mare
nulli imenſũ eſſe ſinũ ionium tradãt porrectũq; ab io-
nia ad Siciliã & Italiã:cuius partes eſſe Epiroticũ ma-
re Achaicũ & adriacũ uolunt. Vir.Inſulæ ionio i ma
gno Id ab ionia regione Aſiæ clariſſima nomen acce-
pit:q̃uis qdã uelint Io Inachi filiã huic mari nomẽ de
diſſe Alii uero aliter ſentiunt. MEroe ſiccaq; terra: Meroe
inſula meroe(ut inqt Strabo)clipei figurã habere dr̃
magnitudine ſua cæteras Nili inſulas ſuperãs.Eius.n.
longitudo eſt fere triũ milium ſtadioꝝ latitudo mille.
ambit libyã uerſus magnis quibuſdã harenæ cumulis:
Arabiã uerſus continuis mōtiũ p̄cipitiis Eſt in ea me-
roe ciuitas quã Cãbyſes cōdidit appellauitq; Meroen
a mr̃is noie. RHEnũ rhodanũq; padũq;:hos fluuios
autor heſperios uocat non ab Heſperia q̃ mō Italiam Rhenus
modo hiſpaniam ſignificat:ſed quod ſub heſpero ſint: Rhoda-
ideſt ad occidentem cum ſupra indiæ meminerit.Nã nus
rhenus galliam a germania diuidit.Rhodanus per galliam tranſalpinam:padus per ciſalpinam fluit. Padus

Sunion expoſitũ,pirhæaq; tuta receſſu
Linquit,& in dextrum quæ iacet ora latus:
Hic adit ægæũ quo cycladas inſpicit omnes
Ioniumq; capax icariumq; legit:
Perq; urbes Aſiæ longum petit Helleſpontũ
Diuerſumq; locis alta pererrat iter:
Nã mō thurilegos arabas mō deſpicit indos
Hinc libis hinc meroe terraq; ſicca ſubeſt:
Nũc adit heſpios,rhenũ rhodanũq; padũq;:
Teq; futuræ parẽs tybri potentis aquæ:
Quo feror,imẽſum eſt erratas dicere terras
Præteritus cereri nullus in orbe locus:

¶SVnion expoſitũ:Sunium actice ꝓmontoriũ porrectũ in mari:qua ad ſiniſtrã reflectitur ituris ex actica in PAV.
euboeã ubi eſt tẽplum panos:& ædes Veneris nũc a nauigantibus appellat caput colũnaꝝ. ET pyræa tuta: MAR.
tutos portus.Pyreus.n athenienſiũ portus ẽ. ET quæ ora iacet in dextrũ latus reliq acticã totam:quã qdem e
ſũmo p ægeum in cycladas:ut poeta ſcribit abeuntes ad dextrã relinquunt. HInc:ex actica. ADit ægeũ:qđ
qdem pelagus ita dictũ multi uolunt qđ in id ægeus rex athenaꝝ ſe p̄cipitauerit Ply.aũt aſſerit a ſcopulo:qui ẽ
inter Tenũ & Chium capræ effigiẽ habẽte.Nã æga græce caprã dicunt.Euſtathius uero inqt.Aegeũ mare dr̃:
ut qbuſdã uidet a capris euboicis:quo in loco ſic appellato:poeta neptũni equos regeſcere facit:alii ãt ab ægeo
Homerico:ut in Iliade ſcriptũ eſt &c. QVO:in mari. INſpicit ipſa Ceres. Oẽs cycladas:inſulas circa de-
lon de quibus paulo ſupius dixim⁹ in nauigatione magnæ matris. ET legit:tranſit.Non.n.nauigat ſed curru
ſupuolat. IOniũ capax:magnũ mare Ioniũ:qđ inter ægeũ & adriacum ſinũ eſt.Veꝝ Euſtathius de eo ſic inqt
Ionius ſinus poſt ſiculũ dilatat:ad Boreã rurſus incuruãs ad heſpeꝝ receſſum ſerpit:Nec ſolũ Ionius ſinus no-
minat.Sed adria ipſe dicit:& adriaticũ mare.Diligẽtiores aũt ionium partẽ adriatici dicũt. Dicit aũt:ut Ly-
cophroni uidet:& æſchilo ab Ius:quæ bos facta hinc enatauit.alii aũt a Ioane uiro italo:uel ab ionio uiro illy-
rico.Quidã aiunt & a Gaza uſq; in ægyptiũ pelagus ioniũ dici:ſimiliter ab Ius:& illic Cazã ionã uocãt qdam:
ubi bos erat in ſtatua Ius quæ eſt lunæ:Io eni luna eſt ſecundũ argiuam liguã p̄dicti aũt Iouis filius Adrias ex
hyſtoria tradit:a quo & ipſum pelagus adriacũ appellat alii ſic dicũt:Eſt adria ciuitas illuſtris & apud ipſam ſi-
nus adria.& fluuius adria.Bona aũt paſcuis ibi terra:ita qđ bis in anno fructũ ferat:Hæc ex Euſtathio. Et legit
Icarium:de quo ẽt paulo ſupius dictũ. PERq; urbes aſiæ:per eas urbes:quæ erant in ora aſiatica:& ægeo etiã
abluebant. PEtit longũ helleſpontũ:de quo pluribus in locis diximus:& lōgus qdẽ ſinus eſt helleſpontus:cum
anguſtus ſit.Protendit eni ab ægeo in propontida. Et alta:ſublimis ipſa ceres. Pererrat iter diuerſũ locis:q̈
ſi p diuerſa loca filiã quærens errabat. Nã modo deſpicit:e curru deorſũ aſpicit.Arabas thurilegos:thura col-
ligentes de qbus diximus in primo. MOdo deſpicit indos orientis populos:nã india ſub ipſo oriẽte ſole eſt.
Ita dicta ab Indo flumine maximo. HINC ſubeſt:cereri p aera deuectæ. LIBS:libyæ populus ſuperuolauit
n.libyã. HINC ſubeſt meroe.nã ſup meroem quoq; uolauit iſula qdem niſi ẽ:de qua Diodo. Cōplectit in-
quit flu.inſulas plures.Sed p̄cipuã meroẽ in qua eſt urbs inſignis inſulæ noie.quã Cãbyſes conditã:a mr̃e de-
noiatam Ciuitates in ea ſunt plures.Sed cæteris nobilior meroe:de ea Luca.i pharſalia li.x. Gurgite rupto am
bit nigris meroe fœcũda colonis.Læta comis hebbeni:quæ q̃uis arbore multa Frondeat æſtatẽ nulla ſibi mi
tigat umbra linea tã tectũ mundi ferit illa leonẽ. ET terra ſicca:ſubeſt etiã æthiopia:& plaga torrida.Nã & in
Torridã eſt ipſa meroe. NVnc adit heſperios:reflectens in occidentẽ curſũ:occidẽtis quoq; populos:& mon
tes & flumina pluſtrauit. HEſperios:italos:& hiſpanos. RHEnũ fluuiũ & alpibus ꝓfluentẽ:gallos a germa-
nis diuidentẽ:& in gallicũ oceanum exeuntẽ. ET rhodanũ:fluuiũ galliæ:q Auineonẽ p̄terfluit p ipſã Narbo-
nẽſem ꝓuinciã:in mare internũ exit.& a rhoda rhodanus dictus.Nã Ply.inqt.Atq; ubi rhoda rhodioꝝ fuit:
Ante dict⁹ multo galliaꝝ fertiliſſimus rhodanus amnis:ex alpibus ſe rapiẽs p Lemãnum lacũ:ſegnẽq; deferẽs
ararim Nec minus ſe ipſo torrẽtes. Sed Iſaram:& druentiã libica appellant duo eius ora modica. EX his al
teꝝ hiſpaniẽſe:alteꝝ metapinũ. Tertiũ idemq; ampliſſimũ aſſaliaticũ &c.& padũ qui p Ciſalpinã galliam la
bens qnq; hoſtiis in adriacũ exit. ET adit te tybri future parens potentis aquæ:tũc ſine honore erãt tybris:

ſed futurus erat regnator aquaꝝ:queadmodum appellat Virg.inqt ergo. Venit ad te o tybri:qui eris parens aquæ dominãtis ꝓpter futurã imperii romani magnitudinẽ. QVO feror:hæc oĩa cõmemorando. IMmenſũ:eſt q̃ſi magnũ plus q̃ fieri poſſit eſt. DIcere:terras erratas:p quas Ceres errauerit. NVLlus locus in orbe eſt p̃teritus omiſſus.Cereri nullus eſt locus:ad quẽ non acceſſerit:quia oĩa orbis loca perluſtrauit.

Errat & in cœlo liquidiq; immunia ponti.
Alloquitur:gelido proxima ſigna polo:
Parrhaſides ſtellæ(nãq; oĩa noſſe poteſtis
Aequoreas nunq̃ cum ſubeatis aquas)
Perſephonẽ natã miſeræ monſtrate parenti
Dixerat,huic helicæ talia uerba refert:
Crimine nox uacua eſt ſolẽ de uirgine rapta
Conſule qui late facta diurna uidet:
Sol aditus,quã quæris ait ne uana labores:
Nupta iouis fratri tertia regna tenet:
Quæſta diu ſecum,ſic eſt affata tonantem:
Maximaq; in uultu ſigna dolentis erant:
Si memor es de quo mihi ſit proſerpina nata:
Dimidium curæ debet habere tuæ:
Orbe pererrato,ſola eſt iniuria facti:
Cognita.commiſſi præmia raptor habet:
Ac neq; pſephone digna eſt p̃done marito.
Nec gener hoc nobis more parandus erat:
Quid grauius uictore gyge captiua tuliſſet.
Quam nunc te cœli ſceptra tenente tulit:
Veꝝ ipune ferat,nos hæc patiemur inulte
Reddat,et emendet facta priora nouis:

ANT. FAN. ❡Errat & in cœlo:ut a ſideribus petat num filiã uiderit. PARrhaſides ſtellæ:alloqtur utrãq; arcton ſiue urſam Hellicen uidelicet & Cynoſurã quas a parrhaſia.i. arcadia parrhaſides uocat.In ea ꝓuincia Azanes atq; parrhaſii ut diximus crediti ſunt cæteros græcos uetuſtate p̃ſtare. CRImine nox uacua eſt:cõſtat nobis q̃ noctu oĩa uidemus filiã tuã nocte a nullo raptã.

Parrhaſia

SOlẽ conſule qa is cũcta uidet atq; audit oĩa:ut inqt poeta. IOuis fratri:Plutoni cui ceſſit tertiũ regnum hoc ẽ inferi. IN uultu ſigna dolẽtis erãt:Horati⁹:Si uis me flere dolendũ eſt primũ ipſi tibi. DImidiũ curæ debet hr̃e tuæ:qa tu Proſerpiæ pater es nõ debes negligere filiã pro qua tm̃ laboris ſubiit mater:& arguit ab honeſto cupiẽs pſuadere ioui det operã ut reſtituat Pluto quã rapuit interim rhetorice aduerſariũ ĩ odiũ trahẽs. SOla ẽ iniuria facti cognita:nihil ꝓfeci errãs p uniuerſũ orbẽ:niſi q̃ cognoui a quo rapta ſit filia. COmmiſſi p̃mia raptor hẽt:q hr̃e debuit penã.

Gyges VIctore gyge:a parte totũ accipiendũ eſt.nã hoc dicit ſi gigãtes te ac cæteros deos e cœlo deieciſſẽt nihil poterã graui⁹ pati.Eſt ãt giges frater Briarei q cẽtimanus fuiſſe dr̃:ut Cẽtimanũq; gygẽ ſemiuirũq; bouem

PAV. MAR. ❡ERrat & in cœlo:ut a ſiderib⁹ ſciſcitaret̃:qd de filia. ET:alloquit̃. SIgna ꝓximã polo gelido:ſtellas arctico polo ꝓpinq̃s. IMmunia liqdi ponti:q̃ aqs occiduis nõ ĩmergunt̃ q̃ſi ſine munere oceani:nã ſtellæ q̃ in ea pte poli arctici ſunt nõ tendũt in occaſũ. PArrhaſides ſtellæ:Ceres cũ totũ orbem perraſſet:nec filiã cõperiſſet:cœlũ aſcendit:& urſas de filia ĩterrogat.

STellæ parrhaſides: Vrſa maior:& urſa minor arcadiæ:& parrhaſia:q̃ & archadia. Sed de his in ſecundo & tertio dixim⁹. NAmq; oĩa noſſe poteſtis:qa in ſublimi parte cœli eſtis:& inde nunq̃ diſceditis:oĩa ꝓſpicere:& cognoſcere uobis dat̃. Cum nunq̃ ſubeatis aq̃s æquoreas:cũ nunq̃ occidatis in oceanũ. MONſtrate pſephonẽ miſere parẽti:oſtẽdite mihi filiã meam. DIxerat:ceres. ELIce:urſa maior. REfert huic talia uerba:ita rñdit. NOX uacua ẽ crimine:q̃ſi filia tua nõ eſt rapta p noctẽ:Sic nox ſine culpa ẽ hui⁹ criminis.

CONſule ſolẽ de rapta uirgĩe:pete id ab ſole ut demõſtret:quoniã nocturna ſidera neſciũt. QVI:ſol. LAte:ample. VIdet facta diurna:ea q̃ p diẽ fiunt. SOL adit⁹:cũ illa ad ſolẽ acceſſiſſet:ab eo accipit filiã a Plutone raptã.& illi nuptã. SOL aditus quẽ illa adiit. AIt quã q̃ris:filia quã reqris:& de q̃ me cõſulis. NVpta iouis fratri Plutoni. TEnet tertia regna:iã effecta ẽ inferioꝝ regina prima regna cœleſtia fuere iouis. aquarũ neptũni. TErtia regna fuere terraꝝ:ſeu terræ uiſceꝝ:ea fuere ditis. SIc & illi nupta ꝓſerpina regina ẽ. NE uana labores:ne fruſtra errãdo magis te excrucies. QVæſta diu ſecũ cũ diu tacitas ſecum q̃relas effudiſſet.

SIC eſt effata tonantẽ:alloquuta iouẽ. ET maxima ſigna dolẽtis erãt in uultu:qa dolorẽ uultu maximũ indicabat. SI memor es de quo:uerba Cereris ad iouẽ cũ artificioſa q̃rella. QVærit̃.n.raptã filiã:habetq; accuſationẽ in iuridiciali ſtatu primo loco:inde arguit in pricipio cõmunẽ eſſe debere hãc ipſi ioui cura cũ ex eo genita ſit narratio qd poſteaq̃ orbẽ pererrauit:ſolũ cognouit ſcelus:& q plecti deberet:p̃mia pro peccato cõſequutus eſt:nõ opus fuit expoſitiõe rei:quoniã nota erat.Deinde arguit ab atrocitate rei:qd ea puella ioue & cerere nata nõ erat digna:q̃ raperet̃:augetq; hãc atrocitatẽ ab utriſq; pſona iouis:& raptoris nã qd ĩdignius pati illa potuiſſet. Si Titanes te e regno deieciſſent:quã nunc te regnãte:q̃ſi illud dicat:qa nec ille rapere:nec tu pmittere debuiſti. VItimo uero loco illud petit:ut filia reſtituat̃:& de uindicta remittere curã. SI es memor:o iuppiter. DE quo ſit mihi nata ꝓſerpina ex quo ego grauida ꝓſerpinã pepererim. DEbet hr̃e dimidiũ curæ tuæ:q̃ſi cũ ex te genita ſit:& mihi & tibi cõis filia:cõis quoq; filiæ cura tibi eẽ deberet. ORbe pererrato:cũ orbẽ perrauerim. SOla eſt cognita iniuria facti ſolũ in tot laboribus cognoſcere potuit rei ipſius iniura q̃ſi a quo filia mihi rapta ſit. RAptor pluto:q rapuit. HAbet præ.cõmiſſi hẽt p̃miũ ꝓ ſcelere.qa potit̃ rapta:cum affici ſupplicio mereat̃. AT neq; pſephone filia. EST digna marito p̃done:nõ digna:q̃ raperet̃ & raptori nuberet. NEC hoc more:p uiolentiã & raptũ. ERat no.pa.ge.q̃ſi neq; nos digni eramus:qbus gener e raptore cõtingeret. QVid graui⁹:qd triſtius & moleſti⁹. CAptiua:ſi capta fuiſſet ab hoſtib⁹. TVliſſet uictore gyge:q̃ſi ſi gigãtes te e regno deieciſſent.Gyges.n.ut Heſio.in theog.oſtẽdit cœli & terræ filius:Briareiq; fra

ter q cũ aliis gigãtib⁹ diis bellũ intulit. QVam tulit nũc te tenẽte ſceptra cœli:te in cœlo regnãte. VErũ im pune ferat:nulla pœna mulctetur raptor. NOS inulte:ſine ultione. PAtiemur hoc:tolerabimus hanc iniu riam nobis illatam. REddat:mihi.ſ.raptor filiam. ET emendet facta priora:quæ prius fecit. NOuis fa/ ctis:quaſi reſtituat filiam:ſic illatam iniuriam rependet.

Iuppiter hanc lenit:factumq; excuſat amore.
Nec gener eſt nobis,ille pudendus ait:
Nõ ego nobilior,poſita eſt mihi regia cœlo.
Poſſidet alter aquas,alter inane chaos:
Sed ſi forte tibi non eſt mutabile pectus.
Stantq; ſimul iuncti rumpere uincla tori.
Hoc quoq; tẽtemus ſi quidẽ ieiuna remãſit.
Si minus inferni coniugis uxor erit:
Tartara iuſſus adit ſumptis caducifer alis
Speq; redit citius:uiſaq; certa refert:
Rapta tribus dixit ſoluit ieiunia grauis:
Punica quæ lento cortice poma tegunt:
Non ſecus indoluit q̃ ſi modo rapta fuiſſet
Mœſta parẽs longa uixq; refecta mora eſt:
Atq; ita nec nobis cœlum eſt habitabile dixit.
Tartarea recipi me quoq; ualle iube:
Et factura fuit,pactus niſi iuppiter eſſet
Bis tribus ut cœlo menſibus illa foret:
Tunc demũ uultũq; ceres mentemq; recepit
Impoſuitq; ſuæ ſpicea ſerta comæ:

¶IVPpiter hãc lænit:dũ excuſas Plutonẽ in amorẽ trãſferẽs crimẽ & eũ dicit nomẽ eẽ pudendũ genero₂: cui uel Iuppiter nobilitate nõ p̃ſtat. NON ego nobi lior:quis meli⁹ regnũ mihi ſorte cõtigerit nõ ſũ tñ Plu tone nobilior cui regnũ cõtigit iferoꝝ: cũ cœlũ mihi & neptũno maria nõ p̃ſtantia nobilitatis:ſed forte cõ tigerit. STat:placet ut ſtat caſus renouare urbis. SI qdẽ ieiuna remãſit:ſi qdẽ hoc loco duæ partes orõnis ſũt. Vñ ſi ꝓduci debuit qđ ſeq̃ns carmẽ oñdit: ut ſi mi nus iferni cõiugis uxor erit. Sed qs dubitet tãtæ aucto ritatis poetæ uel maiora cõcedi. Eſt ãt ſenſus. TEnte mus reſcidere m̃rimoniũ ſi ꝓſerpina nihil apud iferos guſtauit & ieiuna pmãſit. SPeq; redit citi⁹: alludit ad uelocitatẽ planetæ. PVnica:a pœnis poma punica ac ceperũt q̃ & granata dicunt̃. Lege Plyniũ. TArtarea re.me q.ual.iu.artis ẽ interdũ petere q̃ nolumus: ut q̃ uolum⁹ cõſeq̃mur. BIS trib⁹ ut cœlo mẽſibus illa fo/ ret:hoc ideo fingit̃ qa Luna modo augens modo mi/ nuens lumen ſuum uidetur apud ſuperos & inferos equis temporum ſpatiis commorari. ANT. FAN.

Siquidem pria cor/ repta

¶IVPPIter hãc lenit cõſolat̃ cererẽ. ET excuſat fa/ ctũ:dep̃cat̃ culpã. AMOre:eſt.n.trãſlatio criminis ĩ amorẽ:ut Pluto excuſat⁹ habeat̃. Et in meta.refert̃ il/ lud cũ pluto ꝓdiiſſet ex iferis ad Trinacriæ fundamẽ ta cõſpiciẽda cũ uiderent̃ a Typhœo cõcuſſa a cupidi ne pcuſſus ẽ:& uiſã tũ primum uirginẽ arſit ac rapuit. Nũc uero Iuppiter cererẽ leniẽs:pudori eũ genero₂ nõ eẽ inqt:qm̃ frater ẽ:tñ ſi illa filiã oĩno uelit: educet̃ ab iferis.ſi hũc diẽ ibi ieiuna fuerit. AIT Iuppiter. NEc ille gener ẽ nobis pudẽd⁹:nõ ẽ quo erubeſcere poſſu/ mus coge uero. NON ego nobilior:nõ ſũ p̃ſtãtior illi nobilitate:nã ex iiſdẽ parẽtib⁹ nati ſum⁹. REgia ẽ mihi poſita:extructa. COElo q̃ſi regnũ cœleſte mihi ceſſit. ALter e f̃rib⁹.ſ.hoc ẽ ip̃e neptũn⁹. POſſidet aq̃s: nã aq̃s dñat̃. ALter:Pluto. POſſidet inane chaos:uacua Erebi regna:& ĩ meta. PER chaos hoc ĩgẽs uaſtiq; ſilẽ tia regni. Virg. Et chaos:& phlegeton loca nocte ſilẽtia late. QVod ſi forte nõ ẽ tibi pect⁹ mutabile.ſed a ꝓ/ poſito remoueri nõ potes. ET ſtat:q̃ſi id fixũ aĩo ſedet. RVmpere uincula tori ſemel iũcti: q̃ſi uiolar̃ federa cõiugii:q̃ ſemel inita ſũt. TOri iũcti:dixit p metonymiã.nã qđ tenet ꝓ eo qđ tenet̃. TOr⁹.n.cõiugio nexos tenet. HOC quoq; tẽtemus: ut cõiugiũ uiolet̃:& illa ab ĩferis reuocet̃. SIqdẽ:ꝓ ſi. REmãſit ieiuna:ſi nihil apđ ĩferos hauſit rũpet̃ torus & reducet̃. SI minus:ſi nõ fuit ieiuna. ERit uxor ĩferni cõiugis:hẽat illa Pluto nẽ uiꝝ. TArtara iuſ.a.miſſus ẽ ad ĩferos mercuri⁹ ea cã rettulitq; illã tria grana punica comediſſe:q̃ qdẽ rõne reuocari nõ poterat. VErũ ĩ meta.refert ab Aſcalapho ex acherõte & Orne genito ꝓditã ea grana comediſ ſe:Propterea ille ĩ bubonẽ demutatus ẽ. CAducifer:Mercurius uirgã ſerpẽtibus nexã ferẽs:quẽ Caduceũ uo cãt. IVſſus ab ioue. ADit tartara ſũptis alis talaribus alatis aureis:q̃ pedilla ab Homero uocant̃. REdit:ci/ tius ſpe:otius q̃ illa ſperaret. ET refert certa uiſa:ea q̃ uidit & cõperit̃. RApta ꝓſerpina. SOluit ieiunia:fa/ mẽ nã comedit. TRibus granis:q̃ grana. TEgũt punica poma:mala punica. COrtice lẽto:molli & fragili: De punicis pomis ita Ply.inqt. Circa Carthaginẽ punicũ malũ cognomẽ ſibi uẽdicat aliq granatũ appellãt: di/ uiſũ & ĩ genera apyrinum uocãdo cui lignoſus nucleus abeſt. Sed cãdior ei natura:& blãdiores Acini:miuſq; a mari diſtictiq; mẽbranis. Quiq; ſpẽs:dulcia amara mixta. Acida uinoſa:& reliq̃. NON ſecus:nõ aliter. IN doluit mœſta parẽs:Ceres ip̃a cũ reuocari filia nõ poſſet. QVam ſi fuiſſet mõ rapta:prius tñ lenibat dolo rẽ ſpe reuocãde ab ĩferis filiæ:nũc cũ nõ det̃ ita ĩdoluit:acſi mõ eẽt illa rapta grauior.n.ẽ recens dolor: quã tpe aliquo extenuatus. ET uis ẽ refecta:q̃ſi uix recreari potuit. LOnga mora:Lõgo tpe. ATq; ita dixit nec cœ lũ ẽ habitabile nobis:poſteaq̃ filia eẽ ĩ cœlo nõ põt. Nec ego cœlũ colã. IVbe me quoq;:me ẽt iubeas o Iup/ piter. REcipi ualle tartarea apđ ĩferos:ut diutius cũ filia eẽ poſſim. ET factura fuit:deſcẽſura ad ĩferos. NI ſi Iuppiter eẽt pactus:hoc Cereri ꝓmiſiſſet. VT illa foret bis tribus hoc ẽ ſex mẽſibus cœlo. HOC illi ꝓmi ſit:& cõceſſit Iuppiter ut filia ſenis mẽſibus eẽt apđ ĩferos.ſenis apđ ſupos. Quod qdẽ ad lunã refert̃: q̃ partẽ tpis in ĩferiore:partẽ in ſupiore hemiſperio abſumit. Vñ qđ ſupius quoq; adduximus. Varro ꝓſerpinã inqt lunã eẽ. Quæ ut ſerpẽs mõ in dextrã:mõ in ſiniſtrã:mõ in ſupiorẽ:mõ in ĩferiorẽ partẽ cœli moueat̃. Et ipſa luna apđ ſupos & ĩferos eq̃s tẽpoꝝ ſpatiis cõmorat̃. Diuus uero Auguſtinus & alii ita interp̃tant̃: ut ꝓſerpina fœcũditatem ſeminũ ĩdicet:& a ꝓſerpẽdo ipſa Proſerpina dicat̃:& filia Cereris:ideſt terræ:q̃ cum quodã tpe PAV. MAR.

defuiſſet apud īferos rapta dicebaꝫ. Vñ ceſſauerūt aratra:& ruſtica īſtrumēta. Sed cū luctu publico celebrata rediiſſet fœcūditas fuerūt præ gaudio ſolēnia q̄dā illi īſtituta p̄ſertim athenis magnificētiſſima. Tūc demum: cū pmiſſum eēt ſenis mēſibus redire illā ad ſupos. CEres recepit uultū & aīum. Et pallor mœrore cōtractus abiit e uultu & aīum ipſa reſūpſit:nā recreata eſt ab ingēti dolore. Et iposuit ſuæ comæ:ſuis crinibus. SErta ſpicea:& ſpicis:nam his Ceres coronatur.

Largaq̧ prouenit ceſſatis meſſis in aruis
Et uix congeſtas area cœpit opes:
Alba decet cererem, ueſtes cerealibus albas
Sumite, nunc pulli uelleris uſus abeſt:
❡ Occupat aprilis idus cognomine uictor
Iuppiter, hac illi ſunt data templa die:
❡ Hac quoq̧ ni fallor populo digniſſima nr̄o
Atria libertas cœpit habere ſua:
❡ Luce ſecutura tutos pete nauita portus
Ventus ab occaſu grandine mixtus erit:
Sit licet & fuerit tñ hac mutinenſia cæſar
Grandine militia contudit arma ſua:

ANT. FAN.

Ceſſatis

Candide ueſtes i cerealibus.

